ENEDIC

VICTOR

OGNOST

6590/D

£2-10-0
Cat 62. 345

£135

A.x.0.98

collated
V.D.

Ex libris
PIERRE DUHEM.

46892



BENEDICTI
VICTORII FAVENTINI

Philoſophi, ac Medici excellentiſſimi, Theo
ricam medicinæ in doctiſſimo Bono
nienſi Gymnaſio edocentis, in
Hippocratis Prognoſti-
ca commentarii.

His acceſsit Theoricæ latitudinum
Medicinæ liber, ad Galeni ſco
pum in arte medicinali.

Florentiæ apud Laurentium Torrentinum Ducalem
Typographum MDLI. Cum Priuilegio.

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO DVCI FLORENTINORVM COSMO MEDICI, BENEDICTVS VICTORIVS FAVENTINVS MEDICVS S. D.

EVRIPIDES INTER GRAECOS poëtas luculentus, Illuſtriſsime Princeps, calamitatem eſſe humanæ vitæ conditionem probè fatetur, quippe cum variis curarum procellis, diuerſis periculórum fluctibus, & anxiis morborum ſqualoribus frequenter obuolutum hominem facilè dignoſcamus. Obruimur ſæpenumero præ duris fortunæ telis, immergimur haud rarò ſollicitis animi noſtri procellis, agimur non mediocriter turbulentis iniquæ ſortis anfractibus. Quòd ſi miſeræ vitæ decurſum prudenter perpenderis, diuinam poëtæ ſententiam ſapienter prolatam fuiſſe diiudicabis. Ego verò continuis grauiſsimarum literarum ſtudiis aſtrictus, vitam catenatis laboribus infractam perduxi ne telluris, vt inquit Homerus, inutile pondus eſſe viderer. Generoſus quidem animus egregia rerum facinora ſemper adire contendit, & ocium ſegne deuitans, immortalitatis geſta diligenter excogitat. Iam diu artem medicam ex præclariſsimis autoribus deguſtans exercui, & ipſam publicè, ac priuatim in celeberrimis Italiæ Gymnaſiis ſolerter excolui, & haud ſegniter huic oneri ſuppoſitus, talem prouinciam accuratè tractaui. Emeritus miles cum à militari ſudore dimouetur, fulgentem clypeum, teretes haſtas, & bullatam loricam domeſticis laribus infigit, vt gratum ſuorum factorum monumentum poſterior ætas benè proſpiciat, & futuros nepotes ad quodlibet opus ſubeundum exuſcitet. Idem profectò mihi contingit, vt quicquid in ſenili ætate collegerim, bonis ſcilicet literis inſudans, & eximios earum fructus excerpens, maximis heroibus id dedicare propoſui: vt hominum ſaluti conſulens, mortalium vita, quæ citò euaneſcit, vlterius progrediatur. Mei ſudoris veſtigia clariſsimorum procerum pe-

ctoribus collocare decreui, ne temporis iniuria pereant, inuidorum latratibus deleantur, & ne denique in præceps tam benefacta ruant. Medicinam ſummis præconiis veteres extulerunt, eam magnis laudibus decorarunt, & innumeris rerum præclarè factis illu ſtrarunt. Inter cæteras ingenuarum artium dignitates ea ſola quidem viget, propterea quòd præſtantiorem hominis partem ſeruat, ac tuetur. Propter quod Græcia virtutum omnium parens, præci puos medicos ingenti honore exornauit, & eorum nomen immor talitati commendauit: cum ſola Reipub. commoda ſuggerat, & morbos profligans populis fideliter ſuccurrat. Hippocrates Cous medicorum numen, Apollinis, ex quo prodiit, obſcuram dicendi phraſim imitatus eſt; nam ſtudioſus quiſque hoc ipſum animaduer tere poteſt, eum eſſe in loquendo breuem, & conciſum, qui omni bus in rebus Delio natatore indigere videtur. Proinde Galenus cum Hippocratis ſententias compreſsiores eſſe, quàm neceſsitas pateretur, dignoſceret, eas omni ingenii ſui conatu enodare aggreſſus eſt, ne ſtudioſus moleſtis laboribus addictus, & implicitus tam diuinum autorem inique contemneret. Ex limpidiſsimo ipſius fonte certa medicinæ diſciplina exhauritur, & vberrimè de promitur. Inter libros, qui adhuc extant, præſtantiores, tres de Præſagiis feliciter edidit, in quibus medicinam eſſe diuinam iurè fatetur: cum ibi futura præſcire ſapienter edoceat, & verè demon ſtret. Artis medicæ peritus, cùm propè ægrotantis conſpectu futura prænuntiat, & firmis principiorum ſuorum regulis ventura fando præſagit, non ſecus ac vates eximius habetur, & tunc maiori numinis dignitate pollere coniicitur. Et vt tales libri, qui Prognoſtici inſcribuntur, planiori via à iunioribus percipiantur, com mentariis meis eos elucidare contendi, vt medicinæ Tyrones vaticinia efferre comprehendant. Has, vt ingenuè fatear, lucubrationes maximis laborum ærumnis conſtruxi, multiſque vigiliis eas diligenter congeſsi: vt gracilia Hippocratis verba vberius exci piantur, & verboſa Galeni documenta breuius colligantur. In iis ſolum veritatis flores decerpere volui, & non concinnatas dictionis expolitæ figuras affectare conſtitui: ne vacuo tantum verborum ſtrepitu perſonans, occluſum veritatis nucleum ignarus omit tam. Vbi philoſophiæ præceptis veritas altius effoditur, ibi fucatis dicendi lenociniis minimè indigemus. Ornari res ipſa negat, contenta doceri. Vt à Theoninis dentibus, à rabidis morſibus, à ſtrepenti latratu, ab impiis homunculorum calumniis, & denique ab improbis adunci naſi conuitiis tutius acquieſcam, mihi deum tutelarem, ac ſacrum aſylum parare cogitaui, quod ſuo patrocinio me illæſum defendat, & ſua autoritate ab hoſtili aculeo me intactum

tactum præripiat. Neminem profectò dignoui, qui, vt tu, prouinciam talem ſubire valeat, cum tu omnibus virtutum numeris abſolutiſsimus à me iam diu videaris. Ex nobiliſsima totius Italiæ familia natus, te talem præſtas, qualem omnes à pueritia tua animo conceperunt: & imperii habenas, ac Iuſtitiæ rigorem tam moderatè temperas, atque regis, vt tuos maiores & ſapientia, & prudentia haud mediocriter antecellis. Inter inclytiſsima tuæ gloriæ præconia illud ſilentio prætereundum minimè cenſui, quòd florentiſsimam Academiam tam mirificè conſtruxeris, & doctiſsimis eam viris refertam compoſueris, vt hac via ad perpetuam gloriam deuenias, & cæteris totius Europæ principibus regendi normam vnicè deſignes. Timantem imitabor, qui velo tegebat, quod penicillo non ſcitè exprimebat: ſic te ſilentio inuoluam, cum tanta dicendi facultas ingenii mei vires opprimat, ac ſuperet. Hoc munus tantæ maieſtati exiguum lubens amplectaris, cum te patronum mihi deſtinauerim, & præſidium, dulceque decus meum te potiſsimum elegerim. Quod ſi in aliquem erroris ſcopulum imprudenter impegerit, & aliquam reprehenſionis notam ſuffuſum patietur, mihi humanè ignoſcas velim: cum homini haud facile ſit in varios errores aliquando non delabi. Ab omnibus fortunæ malis te Deus eripiat, teque diutiſsimè incolumen nobis condonet, ac tuis votis omnia ſecurè miniſtret. Vale clariſsime Princeps, & interim Benedictum ſub corde feras memor.

BENEDICTI VICTORII FAVENTINI IN PROGNOSTICA HIPPOCRATIS PRAEFATIO.

NEMINEM *me cenſere uellem, in Hippocratis Prognoſtica commentarios edidiſſe, ut popularis auræ, atque inanis gloriæ cupidus efficerer, alios quippe prouocantem, aliiſue inuidentem, ſed ut amicis familiaribus morem gererem: præſertim his, qui nobilem hanc artem, & diuinam ediſcere cupientes, me ad ea, quæ nunc ſcribuntur, potiſsimum impulerunt; eaque liberali animo aggrediar, ad optatumque finem perducam, ſi meis animi uiribus omnipotens, & piiſsimus Deus lumen & uitam conceſſerit. Fuit inquam Hippocrates, ut ait Plato in Protagora, ex Aeſculapij ſtirpe natus: dixit enim & in Phædro, ſi Hippocrati Aeſculapij ſucceſſori credendum eſt. At Hippocrates, qui Prognoſticorum libros conſcripſit Heraclidæ filius fuit, non autem ille, qui Gnoſidici filius noſtri Hippocratis auus adſcribitur, cum omnium ſententia ſit, eum ſolum duos conſcripſiſſe libros, de Fracturis uidelicet, & Articulis, ut ait Galenus primo libro de Ratione uictus in morbis acutis, commento decimo octauo. Nempe fuit Hippocrates natione Græcus de inſula Co, in Aegæo mari non longe à Rhodo diſtante, quam hodierni uulgares nominant Lango, olim amœniſsima, & multorum habitationibus occupata, & iucundiſsima his, qui eò nauigabant, uictualibuſque omnibus plurimum abundans, optimis præſertim uinis, & à Co denominatur Cous ciuitas inſulæ, patria Hippocratis, qui dicitur Cous, à Co inſula, & patria, Coo. In cuius Co ſuburbanis nobile, & inſigne Aeſculapij delubrum conditum erat. Præualuit inquam ciuitas hæc præclaris uiris, præſertim Hippocrate medico, & Apelle pictore. ait enim Ouidius. Si nunquam Venerem Cois pinxiſſet Apelles, merſa ſub æquoreis illa lateret aquis. Et hic Hippocrates in medicinali doctrina adeo abunde præualuit, præſertim in futurorum præſagijs, ut potius Diuinus, quàm humanus ab omnibus cenſeretur, ut ait Galenus in libro de Secretis. Cuius commendationem habes à Galeno quarto Methodi medendi Capite quarto ubi ait: Oſtendi uerò perſæpe tum reliquos antiquos, tum uerò maxime omnium Hippocratem talia ſcripſiſſe, debetque qui callere priſcorum interpretandi genus uolet, in illis exercitari. Laudes quoque Hippocratis à Platone habebis, ſi Galenum inſpexeris primo Methodi. cap. ſecundo. Videbis quoque Hippocratem ueritatis potius, quàm gloriæ amatorem, ſi Galenum legeris in libro de Atra bile, ubi ait: Hippocrates ergo uir quidam honeſtus, bonuſque uidetur fuiſſe, non honoris, aut gloriæ, ſed ueritatis amator. Inuenies etiam Hippocratem primum omnium in medicina fuiſſe, qui recta inſtitit uia, ſi Galenum percurres ſecundo Methodi curatiuæ, cap. ſexto. Cum igitur iam Autoris nomen libri Prognoſticorum inuentum ſit, nunc illius ſubiacentiam percurramus: & recordari oportet illius, quod dixit Ariſtoteles in Poſterioribus analyticis, quod in idem cadit, primo totius ſcientiæ ſpeculatio, & omnis partis eius, totius quidem conſideratio uniuerſalior eſt, partium uerò minus uniuerſalis. ob quam rem cum materia totius medicinalis inquiſitionis ſpeculationiſque ſit corpus humanum, igitur & libri Prognoſticorum inquiſitio, & conſideratio circa corpus humanum, uti circa materiam, & ſubiectum erit, ubi quippe conſideratio uniuerſalior, hic uerò minus uniuerſalis. Quòd autem humani corporis, ueluti ſubiacentiæ conſideratio medica ſit, habes hoc à Galeno primo Aphoriſmorum commento primo agente ad expoſitionem huius uerbi Hippocratis. Experimentum periculoſum, ubi ait; Experimentum autem periculoſum uoco propter materiæ dignitatèm, quam eodem commento dixit corpus eſſe humanum. Et in li-*

bro de

bro de Subſtantia facultatũ naturalium dixit Galenus inquirens medici materiam, melius eſt dicere corpus ſuſcepturum animam. Nempe nollem quempiam dicere Galenum per corpus ſuſcepturum animam materiam intellexiſſe, aut ſubiectum operis medici, nequaquam autem uoluiſſe materiam, aut ſubiectum ſcientiæ medicinæ. Idem enim eſt utriuſque materia, & ſubiectum, ut placuit Auerroi ſecundo Phyſicorum commento tertio ubi ait: Secundum hoc, quod accidit quibuſdam, ut ſubiectum artificij in quod agit, eſt ſubiectum artificii in quo inuenitur ſcientia artificii, ut ars medicinæ. Eiuſdem quoque mentis. ſ. corpus humanum fore ſubiacentiam doctrinæ medicinalis fuit Hippocrates libro ſecundo de Priſca medicina, ubi ait: Cenſeo nanque nuſquam aliunde recte de hominis natura cognoſci, ſciriue poſſe, quàm ex medicina, quod facile cognoſcetur, cum quis ritè totam medicinam compre henderit: & idem uoluit Hippocrates in libro de Locis in homine, ubi ait: Corporis enim natura rationis in medica arte principium eſt, neque quiſpiam obiiciat mihi Galenum noluiſſe humanum corpus eſſe medicinæ ſubiacentiam, per hoc, quod dixit in libro de Sectis: Medicinæ intentio eſt ſanitas, finis uerò eſt ipſius adeptio, pro intentione ſubiectum intelligens: cui dico ipſum facile errare, quoniam credit Galenum uoluiſſe medicinalis doctrinæ ſubiectum eſſe ſanitatem ſicut non eſt, cum enim adepta ſanitas ſit medicinæ finis, ut dixit Galenus libro de Sectis: & Ariſtoteles in ſecundo naturalium, & ſecundo Poſteriorum materiam, & finem non in unum coire affirmat, non erit ſanitas medicinæ ſubiectum. Ob quam rem intentionis nomine noluit Galenus ſubiectum, cum dixit: Medicinæ intentio eſt ſanitas, ſed intentionis nomine conſiderationem intellexit, ut ſic legatur, Medicinæ conſideratio eſt ſanitas. Medicus enim non conſiderat ſanitatem uti materiam, ſed tanquam ſcopum, quem arte ſua attingere cupit, quem cum adeptus fuerit, ſibi finem artis ſuæ uendicauit. Medicus igitur ſanitatem conſiderat, ſeu intendit, ut eam adiſpicatur non autem conſiderat corpus humanum ut ipſum adipiſcatur, ſed ut in eo inuentam ſanitatem conſeruet, & amiſſam recuperet, & ſi quid circa corpus humanum agendum ſit, quo ſanitas tueri poſſit, uel eidem reſtitui, id agat medicus ſiue curatione, ſiue prognoſticatione id agere uoluerit; hos enim actus medicus exercere poteſt, ut ſanitatem inducat, ut oſtendit Hippocrates in proœmio Prognoſticorum. Cum igitur totius medicinalis doctrinæ ſubiacentia ſit humanum corpus ſub uniuerſaliori ratione, qua ſanitas poteſt tueri, & in eo perdita reuocari, ita & libri Prognoſticorum ſubiectum eſt corpus humanum per rationem minus uniuerſalem, & magis contractam ad accidentia contingentia corpori ægroto, à quibus aſſumuntur indicia Prognoſtica futuræ mortis, uel ſalutis, uel longitudinis, uel breuitatis morbi ipſius. Et ne quis mihi obijciat prolixitatem in uerbis, & dictionibus ſubiecti, dicam quemadmodum alias cenſui. ſicut totius medicinæ ſubiectum eſt corpus humanum ſanabile, ſic & libri Prognoſticorum ſubiectum eſt corpus humanum ægrotum prognoſticabile. De fine autẽ libri Prognoſticorum ſequar Galeni ſententiam: ſicut enim medicinæ totius finis eſt ſanitatis adeptio, etſi æger aliquando moriatur, ſic & libri Prognoſticorum finis eſt adeptio ſanitatis ex præſagiis ad ſalutem, uel mortem. Medicus enim in curando ægrotum primo intendit ad ſanitatis adeptionem uti in finem: Vbi uerò moriatur æger non tollitur, adeptionem ſanitatis eſſe medicinæ finem. quoniam medicus non intendit mortem, niſi ut eam prohibere ualeat, & hoc eſt medicum intendere ad ſanitatis adeptionem tanquam ad ſuum finem. Sic inquam præſagimus de futura morte in libro Prognoſticorum, nõ tollimus tamen Prognoſticorum libri finem fore ſanitatis adeptionem ex præſagijs ad ſalutem, uel mortem, quia non præſagimus mortem niſi ut eam prohibere ualeamus, & talis intentio ad præſagium mortis eſt ad adeptionem ſanitatis, uti ad finem, quoniam præſagijs ad mortem medicus obuiam it accidentibus, ut mortem prohibeat futuram, & ſanitatem adipiſcatur, ut ait Galenus Prognoſticorum prima ſectione commento primo. Non lateat autem quemlibet cupientem ſcire ordinem, quem tenet liber Prognoſticorum Hippocratis ad alios medicinæ libros tum Hippocratis, tum Galeni, quòd liber Prognoſticorum Hippocratis à me ordinandus eſt poſt tertium Tegni Galeni, atque poſt

eum commentandus eſt, quoniam in libro tertio Tegni de diſpoſitionibus agitur corporis humani, ut ſanitate, ægritudine, & neutralitate per relationem ad cauſas, ut ait Galenus tertio Tegni, & quoniam à cauſis illarum diſpoſitionum, ut maxime oſtendit Galenus poſſunt contingere accidentia uaria, quibus facile æger necari poſſet, ut ait Galenus in libro de Symptomatum differentijs, cap. ſeptimo ubi ait: Symptomatum omnium naturam præcedunt morbi. Ideo medicus ab illis accidentibus cognitis debet aſſumere indicia, quibus prognoſticabitur de futura ſalute, uel morte, & ſic medicus præſagiendo excitabitur, ut à longinquo obuiam eat, & accidentibus, & morbis, ut æger ſaluetur. Hic quoque liber anteponendus eſt ad omnes libros Hippocratis, in quibus agit de morbis uulgaribus & ubi ſermonem habet de morbis curandis, & pariter his, quos Galenus confecit de Arte curatiua, & hoc propter commoda, & utilitates, quæ inducunt præſagia in modo morborum curationis, ut ait Hippocrates in præfatione libri Prognoſticorum, & Galenus in primo de Ratione uictus in morbis acutis, commento tertio. Nempe ex his, quæ diximus in unum accumulando autoris nomen, ſubiectumque, & finem libri prognoſticorum & ipſius autoris intentionem, ſic dicam. Hippocratis intentio in libro Prognoſticorum eſt edocere medicum prognoſticari de futuro termino morborum corporis humani ægroti ad bonum, uel malum, ad ſalutem, uel mortem per indicia aſſumpta à ſymptomatibus contingentibus morbis eiuſdem ægroti corporis, & dixit.

BENEDICTI VI-CTORII FAVENTINI IN PROGNOSTICA HIPPO CRATIS COMMENTARII.

Commentarius primus Sectionis primæ.

I

MEDICVM vti prouidentia, vt mihi videtur, optimum eſt.

OPVS Prognoſticorum communi quodam diſcrimine ab Hippocrate tribus partitur Sectionibus. Primæ ſectionis intentio eſt edocere, præſagire de ſalute, vel morte: de bono, vel malo termino, atque de longo morbi interuallo, & breui ægroti corporis per accidentia contingentia morbis acutis. Secundæ ſectionis intentio eſt, idem indicare per accidentia aduenientia morbis diutinis collatione ad morbos acutos. Tertiæ verò ſectionis conſideratio eſt, prognoſticari in vtriſque acutis videlicet, & diutinis morbis collatione ad criſes, & dies decretorios. At Prima ſectio duplici parte ſecatur. Prima procemium decernit. Secunda verò expedit, quod ab initio propoſitum eſt. At oritur dubitatio apud Galenum Commento primo. Cur operi huic Hippocrates procemium prætexuit, cum antiqua eius conſuetudo fuit operibus ſuis plurimum non proponere procemium? Huic dicit Galenus, quòd etſi Hippocratis mos fuit operibus ſuis plurimum nullum prætexere procemium, ipſe tamen neceſsitate coactus huic libro procemium prætexuit: neceſsitatem autem Galenus explicuit, quoniam Hippocratis tempore quidam adfuerunt Medici, qui ſe Methodicos nominabant, putantes præſagia nullum ad vſum Medicorum conferre iuuamentum, qui ſibi ipſis perſuadentes, dicebant duo tantum fore Medicorum officia, quibus communi vſu totam medicinæ intentionem complent. Vnum in ſanis corporibus inuentam, videlicet, ſanitatem conſeruare. Alterum in ægrotis corruptam ſanitatem reuocare. Prædicere autem futura officium eſſe Diuinatoris, & Aſtronomi, non Medici. Volens igitur Hippocrates hæreſim hanc à medicinali doctrina propellere, neceſſario confecit libro Prognoſticorum procemium, in quo intendit edocere, quantum officio, & vſui Medicorum præſagia conferant, & id rectè fieri debet in procemio, ſiue exordio. Aiunt enim Oratores, vt Cicero de Oratore. Exordium eſſe orationis principium, quo animus auditoris conſtituitur, vel apparatur ad audiendum, diſcendúmque ea, quæ in oratione narranda ſunt. Igitur cum quis audierit ab Hippocrate præſagia multum vſui Medicorum conferre, atque multa commoda ipſi Medico afferre, ſtatim eius animus apparabitur, & conſtituetur ad audiendum, & celerius ad diſcendum, quæ in doctrina Prognoſticorum dicenda, approbãdáque ſunt, & certè etiam ad remouendum falſam mentem eorũ Medicorum, qui ſe Methodicos dicebant. Et quoniam hæc eſt procemii intentio, ideo neceſſario coactus eſt Hippocrates huic operi ſuo procemium conficere. Amplius volens Hippocrates illorum malam auferre mentem, qui præſagia nullam Medico conferre vtilitatem dicebant, neceſſario habuit illis oſtẽdere, & rationibus comprobare doctrinam Prognoſticationis vſui

medicorum admodum validam eſſe,& neceſſariam. Hoc autem maximè fit prooemium prætexendo,quoniam nomine procemii intelligimus orationem, qua quis modi,doctrinæ,& commentationis neceſsitatis cauſam aſsignare decreuerit, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, Commento primo. Igitur Hippocrates ſtatuens modi doctrinæ prognoſticæ,& neceſsitatis commentationum eius prædicere cauſam,prætexit operi huic procemium,etſi aliis in operibus hoc ſubticuerit, & dixit. Medicum vti prouidentia &c. Sed oritur dubitatio. Cur medici negantes doctrinam prognoſticationis eſſe intereſſe medici,Methodici dicuntur? Huic dixit Galenus in libro de Sectis ad eos,qui introducuntur,quòd iudicium in rebus inuenitur duplex.Vnum quippe,quod à ſola ratione procedit:Alterum verò,quod à rebus iis, quæ euidenter apparent, ortum habet. Primum ſequuntur Rationales,quoniam à cauſa nota procedunt ad eſſe,& cognitionem effectus,& iſtud agunt demonſtratione propter quid,& aliquando ab euidenti effectu, ii ad cognitionem cauſæ procedunt, vt in Poſterioribus analyticis dixit Ariſtot. & ii Rationales dicuntur & Dogmatici propriè: ſecta enim rationalis dogmatica propriè dicitur, vt ait Galenus in libro Definitionum medicarum, & hanc ob cauſam Galenus Hippocratem dogmaticum appellat primo Aphoriſmorum,Commento primo:& nolo, vt mihi obiicias Hippocratem,vt apparet in libris Prognoſticorum ab euidenti ſolum proceſsiſſe, quoniam concluſiones,& ſententias hic,& in Aphoriſmis ſolum attulit Hippocrates,quam plurimum amauit,ob breuitatis cauſam. Rationem autem ſententiæ, & theorematis commentanti relinquit, dans quippe intelligere, quòd non muniti rationali contemplatione ſuos non curent legere ſermones. Et hoc habes à Galeno prima Prognoſticorum ſectione,Commento nono.Alterum verò iudicium Methodici ſequuntur,qui in morbis curandis ſola indicatione ab effectibus cõtenti ſunt, vt neque locum affectum,neque morbi cauſam,neque ægroti ætatem, neque tempus anni,non regionem, non denique virtutem ægroti, non eius naturam, habitúmque,neque aſſuetudines conſiderant,reiiciuntque hæc omnia inquit Galenus dicentes ſe ſola in affectibus indicatione contentos eſſe,quæ ab ipſis ſola trahatur, quam rem Methodici dicebant medici officium eſſe ſolum corporis ſanitatem repertam conſeruare,& perditam reuocare,quæ duo indicationem ab euidenti effectu aſſumunt, & non ab his,quæ occulta ſunt,veluti à præſagiis. Quo fit, vt medici,qui præſagia ad vſum medicorum cõferre negabant,merito Methodicos ſe ipſos dicebant.Altera igitur emergit dubitatio. An officium prognoſticationis, ſeu diuinationis ad medicum attineat? quod non quiſpiam ſyllogizat.Scientiæ ſecantur veluti & res, vt dixit Ariſtoteles Poſterior. primo, igitur diſsidentium ſcientiarum diuerſæ erunt rerum conſiderationes, & cognitiones. At Medicina, & Aſtronomia diſsident,igitur earum erunt diuerſæ res conſideratæ. Sed Aſtronomiæ conſideratio eſt de præſagiis,igitur eorum non erit medicina:aliter enim eiuſdem rei eſſent diuerſæ ſcientiæ,quarum vna ſub altera minime foret,quod à Philoſophis putatur falſum.Igitur officiũ prognoſticationis,vel diuinationis,præſagitioniſque ad medicũ non attinet. Item non attinent ad medicum quæ non ſunt, quoniam eſt artifex nõ cognoſcens, niſi quæ ſenſui offeruntur,vt eſt Galeni animus ſecundo Artis medicinalis,ſed præſagita non ſunt,quoniam futura ſunt,ergo ipſa,neq. eorum præſagia ad medicũ attinere poſſunt. Contra dixit Hippocrates primo Prognoſticorum.Medicũ vti prouidentia,vt mihi videtur, optimum eſt, & idem in ſecundo Prorrhetici libro ait: verum ſigna ſcribam,ex quibus ſanos futuros homines,& morituros conjectare oportet,& tum breui tempore,tum longiore ſanos futuros, aut perituros: & idem ad hoc demonſtrandum in procemio libri Prognoſticationum tria attulit capita,iuxta trium rationum numerum,quibus illud comprobari facile poterit.Dico igitur ad rationem primam accepto vno notatu digno,quod eſt præſagia ab altero duorum poſſe aſſumi, ab vno ſcilicet ab accidentibus contingentibus iis qui eũ habitant,quorum accidentium cauſę non ſunt in homine,ſed in ſuperioribus à quibus prodeunt varii influxus iuxta diuerſos ſuperiorum aſpectus,à quibus hæc accidentia præſertim hominibus contingere permittũtur:vbi igitur quis in Aſtrorum ſcientia edoctus euadet,ab illis quippe accidentibus capiet indicia futuri euentus eorum,de quibus ex arte ſua facile diuinare poterit;Et hæc eſt illa diuinatio,& prænotio

A notio,quæ ad Aſtronomum attinet. Sane ab altera re pręſagia aſſumi poſſunt,ſcilicet,ab accidentibus contingentib. corporib. humanis ægrotis. Quorum cauſæ ſunt in homine ægroto præter naturam operantes in eo, à quibus accidentibus edoctus in arte, ſeu ſcientia medicinæ facile capiet indicia, quibus prædicere facile poterit futuros euentus hominis ægroti ad ſalutem, vel mortem,tum etiam ad longitudinem morbi,& breuitaté.& hoc præſagire eſt,quod ad medicũ attinet.Igitur quoniam hæc præſagia ſunt diuerſa, ita & ſcientia medicinæ ab aſtronomia diuerſa habetur.At ſecundæ rationi dicitur,quòd præſagia à quibus medici prænũciant, præſentia ſunt: quoniam accidentia, à quibus aſſumuntur in effectu ſunt, præſagita verò & ſi præſentia ſunt, quoniam autem eorum eſſe maxime pendet ab accidentibus à quibus ſumuntur,& à cauſis eorum, quæ pręſentia ſunt, ideo & ea eſſe facile quis coniectari poterit, vti effectus in ſua cauſa exiſtit. ob quam rem præſagia ad vſum medicorum admodum commoda eſſe Hippocrates ſenſit, & rationi-
B bus inducit, & dixit, medicum vti prouidentia, vt mihi videtur, optimum eſt. Nempe ſententiam Hippocratis, qua edocet præſagia vſui medicorum admodum conferre. Sic ſyllogizamus. Illud in medica arte optimum eſt, quo medicus facile ſuæ artis finem adipiſci poteſt,ſcilicet medicũ vti prouidentia ipſe facile ſuæ artis finem adipiſci poteſt, igitur medicum vti prouidentia optimum eſt. Non te lateat, cum in arte propter eius finem omnia moderari contingant, vt ait Ariſtoteles in Analyticis poſterioribus: quoniam finis in arte præſtantior eſt ſemper his, quæ ipſum præcedunt,vt dixit Galenus libro ſecundo de Tuenda ſanitate: & quoniam omnium artium proprium eſt propoſitum finem appetere, & ipſum vti bonum conſequi, vt ait Galenus in libro, An ars tuendæ ſanitatis ad medicinalem artem, aut ad exercitatoriam attineat,ad Thraſybulum. Igitur in medica arte conſequi finem bonum, optimumque erit. Item iam ſciuiſti medicum ex vſu prouidentiæ, vt in præfatione huius libri Hippocrates edocet tria rerum genera conſequi poſſe, à
C quorum quolibet ipſe finem artis ſuæ facile adipiſci poterit. Vnum quippe, quoniam ægri liberalius parent ipſi. Secundum, quoniam medicus obuiam vadit & morbo, & accidentibus prohibendo eorum euentum, vel magnitudinem. Tertium ex uſu prouidentiæ medicus vacat crimine accuſationis, & mortis, & cum tria hæc genera rerum ſalutis corporis ægroti cauſas eſſe cenſeantur:igitur non immeritò accepimus orationem hanc, ſcilicet, medicum vti prouidentia facile ſuæ artis finem ipſum adipiſci poſſe. Quo fit, vt ſententiam Hippocratis in hac præfatione inferamus .ſ. igitur medicum vti prouidentia optimum eſt. Et Hippocratis verbum conſiderabis, vt mihi videtur:, quoniam per hoc indicat mentem medicorum, qui ſe methodicos appellabant, non eſſe acceptandam, ſed tanquam erroneam, veritatique oppugnantem repellendam, ſuamque fore tuendam, & rationibus comprobandam:videlicet,quòd ad vſum medicorum præſagia admodum conferant, quam Hippocratis mentem Galenus approbat primo de Ratione victus in morbis acutis commento tertio.& iterum conſideratione dignum eſt, ſi alias Hip
D pocratis traductiones aſſequi voluerimus, ſanè quæ de ſignificatione huius nominis, prouidentia,à Galeno dicuntur in commento longiori præfationis Hippocratis, nedum ſuperflua, verum & vana fore ſuſpicabitur, cum alibi ſic legatur, medicum prænotionem adhibere, optimum eſſe mihi videtur. Alii verò prudentiam, aliique præuiſionem conſcribunt. Sed quoniam magis credendum eſt Galeno veraci, quàm noſtro ſeculo Græculorum turbæ fallaci. Ideo Galeni commentationem non præteribimus, ob quam rem notatu dignum eſt, quòd huius nominis prouidentia, variæ, multæque ſignificationes deſcribuntur, quibus cognitis ſignificabitur quali nominis prouidentiæ ſignificatione Hippocrates vti velit, cum ait medicum vti prouidentia, vt mihi videtur, optimum eſt.Eſt igitur huius nominis prouidentia cõmunis ſignificatio hæc .ſ. cura,& circa rem diligentia, quæ in omnibus artibus facile inuenitur, vti pictor curam, & diligentiam habet hanc, vel illam figuram exquiſitius pingere. In arte quoque exercitatoria prouidet quis, quia curam habet, & diligentiam, vt ſuæ exercitationis conuenientem eligat horam:veluti etiam dixit Euripides in Hecuba,vbi ait.Hæc moriens tamen multum prouidit, vt honeſte caderet, id eſt curam habuit, & diligentiam, vt honeſta, & laudabili

morte moreretur. Sanè & Medicus circa ſuum propoſitum finem hac prouidentia A vtitur, quoniam curam, & diligentiam habet, vt optimam, & laudabilem ſui finis adeptionem operetur: noluit tamen Hippocrates huius nominis prouidentia, ſignificatione ita communi, & lata vti, cum dixit. Medicum vti prouidentia, optimum eſt. Altera etiam propriori ſignificatione vtimur nominis huius prouidentia, Et eſt curam gerere alicuius rei, & præparare ſui vtilia, vti formica ſibi prouidet, cum tempore æſtiuo colligens, & cuſtodiens grana, curam ſui gerit, & ſibi vtilia præparat, & hanc ſignificationem voluit Cicero in de Officiis, vbi ait, Satis iam omnibus, quę neceſſaria erant prouiſum putabant. Et hac nominis, prouidentia, ſignificatione plerumque medicus vti poterit, etſi eam Hippocrates hic non acceptet, cum dixit Medicum vti prouidentia &c. Certum enim eſt, cum medicus circa corpus operatur ęgrotum, curam gerit ęgritudinis, & pręparat ad vtilia tum ſibi, tum ægroto, & hoc eſt quod Cicero dixit primo de Diuin. vbi ait. Medicus B morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias Imperator, & tempeſtates nauis gubernator, ſanè, & hac prouidentia dixit Galenus apud Philoſophos mundum gubernari, & eadem nullo occurrente diſcrimine cum prudentia coit, vt dixit Cicero in libro de Legibus, vbi ait. Sic ingenii aciem ad bona deligēda, reiicienda contraria, quæ virtus ex prouidendo eſt appellata prudentia. Hanc quoque mētem habuit Galenus libro ſeptimo de Decretis Hippocratis, et Platonis, vbi ait: ſapientia, & prudentia in vna animæ virtute ſimul coeunt ſcilicet rationali, & quoniam ſapientis eſt prouidere, non immerito ſapientia appellata eſt prouidentia, & prouidentia prudentia dicetur. Alias verò ſignificationes nominis prouidentia, quas retulit Galenus in magna enarratione pręfationis libri Prognoſticorum Hippocratis ſilentio præteribo, cum earum commentationes crediderim potius ad pulchritudinem, & ornamentum, quàm ad eſſentiam ſcientiæ pertinere, & dixit Galenus primo de Ratione victus in morbis acutis commento tertio. Quòd ſermonem C protrahere in his, quæ nō attinent ad opus medici eſt ſuperuacaneū, ob quam rem talem nominis prouidentia, ſequar ſignificationem, qualem voluit Hippocrates, cum dixit. Medicum vti prouidentia, vt mihi videtur optimum eſt. Et dico Hippocratem prouidentia ipſa pręſenſionem ſignificaſſe, iuxta illud Galeni cōmento primo, Sectionis primæ pręditionum. pro præſenſione dixiſſe prouidentiam perſpicuum eſt, & in magna enarratione ait. At vero Hippocrates non ita. ſed de præſenſione prouidentiam dixit: & in proœmio libri Prorrhetici Hippocratis idem habetur: & hoc approbat Galenus ex ſequela Hippocratis in textu ſecundo cum infert. Præſentiens enim, & prædicens &c. Ex communi igitur vtriuſque ſignificatione .ſ. pręſenſionis, & prouidentię: Dicam quòd videre quędam antequam fiant, illud eſt pręuidere, & ſic pro vel pręuim habet temporalem, quia ſignificatur vel prius vel ante. Quo fit, vt prouidere ſit prius, vel ante videre, à quo prouidentiæ nomen D ortum eſt: & quoniam videre quoddam ſentire eſt, ideo à præuidere præſentire, & à præuidentia præſenſio facta eſt. Quo fit, vt dicamus præſenſionem eſſe ſenſum quorundam ante, vel prius, quàm facta ſint, & idem prouidentiā eſſe quorundam videntiam prius, vel antequam facta ſint. Igitur vt ait Galenus verbo iſto prouidentia indicamus, vt talia videamus ante, vel prius quàm fiant. Optimum igitur eſt, medicum vti prouidentia, ideſt præſenſione quorundam antequam fiant, & quoniam hoc præſagire eſt, ideo præſagia vſui medicorum optima ſunt, vt propoſuit Hippocrates, deinde dicit.

II. III.

Præſentiens enim, & prædicens coram ægro præſentia, præterita, & futura, quæque infirmi omittunt, enarrans, creditur agnoſcere ægri conditionem. Hinc audent homines magis ſe concredere medico.

A THEOREMA, quod Hippocrates poſuit, videlicet, Medicum vti prouidentia optimum eſt, tribus comprobat rationibus. Prima eſt,id quo ægrotantes audent magis ſe concredere medico in arte medicinali, optimum eſt. At Medicum vti prouidentia ægrotantes audent magis ſe concredere medico, igitur medicum vti prouidentia in arte medicinali optimum eſt. Primã poſuit Hippocrates propoſitionem, cum ait. Hinc audent homines magis ſe concredere medico, & ob hoc ægrorum plurimi, qui ſe medico obſequentiores reddunt facilius morbo vindicantur, vt ait Galenus commento ſecundo primæ Prognoſticorum ſectionis, & Auicenna ſexto Metaph. cap. quarto vbi ait. Plus facere ægrorum confidentia de medico ad ſanitatem inducendam, quàm medicus omni ſua arte, ac inſtrumentis. Sed oritur dubitatio, propter quid confidentia ægroti corporis de medico ipſum frequenter ſanat? Huic dico, & annotatione dignum eſt,quòd cum fortitudo animæ virtus eſt, quæ & confidendi, & non confidendi ſcientia eſt, vt ait Galenus
B ſeptimo de Decretis Hippocratis, & Platonis. Non ab re dicemus confidentiam eſſe animi virtutẽ, qua quis fidenter alia ſuſcipit, aliaque detrectat.Ob quam rem cum animæ virtus ægrotantis fidenter medicum ſuſcipiat,ad ipſius medici functiones vnà cum ſpiritibus ſuis mouet, adminiculaturque operi medici, vt nedum ægrum obſequentiorem reddat,verum & ipſa cum ſpiritibus ſuis, quæ eſt corporis natura ipſum regens, ac gubernans,& humores æquans,auxilium his,quæ à medico corpori ægroto condonantur, medicamentis præſtat, vt vna ſimul & operi medici, & confidentia ægri æger ipſe ſanetur.Neque crederem ego, per ſolam confidentiam ægri de medico ægrum conualiturum fore,vt Auicennæ videtur,volenti per ſolam confidentiam, quæ eſt imaginatiuæ virtus, ſicut & per ipſam imaginatiuam ſolam, ægrum ſanari, quapropter non ſanabitur æger,vt puto, forti adhuc exiſtente ipſius de medico confidentia, & vbi ſola confidentia,nullo adhibito tamen medicamine, æger ſanetur, non quippe confidentia ſanabitur, ſed natura, quæ eſt omnium operatrix, & medicus miniſter, vt ait Galenus tertio Artis medicinalis.
C Neque obiicias velim, quod dicitur Marci quinto filia fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, & eſto ſana à plaga tua,quoniam ſola fide mulier non ſalua fuit,ſed fide, & Chriſti gratia, vt dixit Paulus ſecundo ad Timotheum,gratiam ſe daturum nobis per Chriſtum propoſuerat Deus ante tẽpora ſecularia. Et ſecundo ad Epheſeos dixit. Gratia Chriſti ſaluamur, & non operibus, & ibi dixit Paulus. fide ſaluamur,Chriſti gratia. Non igitur ſola fide à Chriſto languentes ſanantur,ſed fide, & gratia, quam largitus eſt nobis Deus per Chriſtum Ieſum,Deum & Dominum noſtrum. Secundam rationis propoſitionem voluit Hippocrates, cum dixit.Præſentiens enim, & prædicens coram ægro &c. Et hanc Hippocratis orationem. Sic ſyllogizat Galenus. Medicus præſentiens præſentia, præterita, & futura, eademque ægro prædicens, creditur ab ægro medicum agnoſcere morbi conditionem, atque ægroti ipſius. Sed ægrum ſic credere, eſt ſeipſum magis concredere medico. Igitur medicus pręſentiens præſentia, præterita, & futura, & eadem prædicens ægro, audet æger magis ſe concredere medico. At cum medicum præſentire
D præſentia, præterita, & futura, eademque ægrotis pędicere,eſt medicum vti prouidentia. Igitur medicum vti prouidentia, ægrotantes audent magis ſe concredere medico,& ob hanc rem ægroti morbo vindicantur, & medicum vti prouidentia eſt optimum. Non pręteribis abſque conſideratione verbum illud Hippocratis.Quæque infirmi omittunt,eo enim ægroti fiducia in medicum,propenſius cõcreſcit. Vbi enim medicus præſentiendo, & ægro prædicendo præſentia,præterita, & futura, eidemque ad memoriam ducat ea, quæ in enarratione æger omiſerit, vt cauſas, & accidentia morbi, quæ & ſi ægro cognita extiterint, eorum tamen nõ recordabatur. Quo fit, vt æger ea audiens à medico relata, ipſum optima ratione demiratur, audetque ob hoc magis ſe concredere, & committere manibus medici. Sed non te lateat, quòd ægri non omittunt,quæ non cognoſcunt,quoniam non omittimus,niſi quæ cognoſcimus, & eorum non recordamur: ſi itaque ægri quædam in enarratione omittunt, non omittunt affectiones interiorum membrorum, neque eorum intraneas cauſas, & accidentia intrinſecus morbis contingentia.Sed quippe omittunt de cauſis morbi, quæ extrinſecus ſunt, & procatarcticæ nomi-

natæ,quarum cognitio ægro facilis eſt, veluti, ſuperaſperſio aquæ frigidæ pectori tuſsim progignit. De accidentibus verò ægri omittunt, quæ ipſis ſunt euidentia, & non recordantur, Sicut maxillarum rubedo accidit pulmoniæ,vt dixit Galenus. Sic igitur intellige Hippocratem, cum ait, quæque infirmi omittunt, & adhuc attende verbo Hippocratis, cum dixit, ægri conditionem,ait Galenus id eſt mor bi naturam, & addo ego, & ipſius ægroti corporis, autore Galeno primo artis Curatiuæ ad Glauconem, cap. primo & intelligo per naturam temperaturam,vti Galenus expoſuit ſecundo Aphoriſmorum commento trigeſimoquarto cum Hippocrates dixit. In morbis minus periclitantur,quorum naturæ conuenit morbus,aut ætati &c.vel nomine naturæ morbi voluit Galenus omnem morbi facultatem,qua morbus ipſe lędere valeat animal, vel eius functiones impedire, vt loqui videtur Galenus ſecundo de Symptomatum cauſis cap. primo.Et iterum Hippocratis ſermonem cogitabis.Cum dixit pręſentiens enim & pręidicens coram ęgro,quoniam hæc duo inter ſe diſsident .ſ. pręſenſio,& pręedictio,non eo quippe modo,quo Erophilus fatetur, vt ait Galenus in Prorrhetici præfatione, videlicet præſenſionem eſſe eorum tantum, quæ certa ſunt, ſcientiam: prædictionem verò vtrorumque .ſ. & certium, & incertium: quoniam vtroque modo .ſ. certo, & incerto præſentimus, & prædicimus,ſed ideo diſsident: quoniam præſenſio eſt animæ noſtræ functio, & ab anima prodit, & eſt in ea,vt dixit Galenus. Prædictio verò per vocem efficitur eorum, quæ à multis prius ſunt per animam præſentita, vt ait Ariſtoteles primo Periherm. cum dixit: ſunt ea quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ, omnibus enim conſtat, non alia quidem in anima nos opinari, alia verò prædicere. ob quam rem medicus prius in anima ſua præſentiens præſentia, præterita, & futura, inde eadem prædicens coram ægro, fidit æger magis ſe medico committere. Sed emergit dubitatio in iis, quæ dicuntur ab Hippocrate .ſ. præſentia, præterita & futura,quoniam pręſenſio,& pręedictio non ſunt eorum, quæ præſentia, aut pręterita ſunt, cum ipſæ ſint notiones quorundam, antequam fiant, & hæc non contingunt pręſentibus, aut præteritis, ſed futuris ſolum.præſagimus enim ſolum futura antequam ſint, vt dixit Galenus in Magna commetatione præfationis Hippocratis in hoc libro. Huic dixit Galenus, quod eiuſdem facultatis intereſt, præterita,quæ non videris, dicere, vt extiterint, & item præſentia, atque etiam poſt futura, & ſi hæc non ſint medicinalis artis propria, ipſa tamen ad modum conferunt iis, qui in commentariis implicitas nominum ſignificationes enarrare cupiunt. Et ideo non lateat te,vt vim dubitationis tollamus,quòd pręſenſio,aut prædictio duplici ſignificatione deprehenditur,vel præ aduerbialiter:idem quod pro, & ſignificabit præſenſio idem, quod pro alio ſenſio,& in hunc modum, pręſenſio locum habebit in præteritis, & præſentibus, atque futuris, quoniam in omnibus his enarrando pro alio ſentimus,& hac pręſenſionis ſignificatione vtitur Hippocrates, cum dixit. Præſentiens enim, & predicens &c. Et hoc voluit Galenus in commentario ſuo, cum dixit, eiuſdem facultatis intereſt præterita quæ non videris, dicere, vt extiterint, & item præſentia, atque etiam poſt futura. Vel altera ſignificatione præ vim habet temporalem, & idem eſt, quod ante vel prius,quo fit,vt præſenſio in hac ſignificatione ſolis inſit futuris, quoniam ſola futura ſentimus ante, vel priuſquàm ſint. Et ſic loquitur Galenus de pronunciatione in ſecundo Tegni cap. primo cum ſermone habens de ſignis dixit,quæcumque præſentem indicant ſanitatem, & futuram prænunciant, & præteritam memoriæ ſubiiciunt. At cum præſenſionis proprior hæc ſit ſignificatio,ideo eam magis ſequitur Hippocrates in toto Prognoſticorũ libro,quoniam luce clara animaduertimus Hippocratem ab accidentibus morbis contingentibus indicare de futuro termino morborum ad ſalutem, vel mortem, tum etiam ad morbi longitudinem, vel breuitatem, quorum quodlibet indicatur ante, vel priuſquam fiat, Et hanc mentem habuit Hippocrates libro primo de Morbis vulgaribus, vbi ait. Præterita dicito, pręſentia cognoſcito.Futura prædicito.Et hunc ſermonem voluit Galenus primo Prænotionum, Commento octauo vbi ait. Sed præſentium cognitionem proprio,& ſuo nomine conſueuimus nominare denotationem.Et ob hoc non te lateat iuxta Hippocratem, nomen præſenſionis,vel prædictionis,quoad eius communiorem ſignificationem,

A ficationem, tribus temporibus conuenire, quoniam ſic præſentimus præſentia, præterita, & futura, ſecundum vero propriorem ſignificationem ſoli tempori futuro congruit: veluti præteritis congruit dictio, vel rememoratio, & præſentibus cognitio, vel demonſtratio, & futuris prædictio, vel præſenſio. Et item verbum Hippocratis conſiderabis coram ægro, quoniam facile obiicies Hippocrati, cum plerumque præſagia ad malum ſunt, vt in libris Prognoſticorum, & ſententiis aphoriſticis ſæpe apparet, quo nam modo præſagia illa ſunt ægro referenda, illis enim æger iraſcetur, contriſtabiturque, quod inutiliſsimum, atque contumax eſt ipſi ægro, Huic dico, Medicum in ſermonibus, quibus ægro præſagire tenetur, animaduertat ſemper illi nuntiare, quæ oblectationem, & voluptatem afferant, & pro poſſe ægro conetur gratificari, & hoc voluerunt Hippocrates, & Galenus tertio de Morbis vulgaribus & ſecundo Aphoriſmorum trigeſimo octauo: ob quam rem neque in ſuis præſagiis ægrum incommodet, aut exaſperet, neque aliquid pronunciet quo æger metuat, & contriſtetur. Sufficit igitur vt medicus ægrotan- B ti præſagia ad bonum afferat, quæ verò ad malum, aſsidentibus prædicat.

IIII.

Ita Curationem optimè molieris, prænoſcendo futuras affectiones.

MEDICVM vti prouidentia optimum eſſe. Secunda ratione Hippocrates proſequitur. Intelligens ſic, id in arte medica optimum eſt, quo medicus oppugnat accidentibus futuris ſolitis morbo contingere. Sed medicum vti prouidentia ipſe oppugnat accidentibus, quæ morbo in futurum contingere aſſolent, igitur medicum vti prouidentia in arte medica optimum eſt. Primam huius rationis propoſitionem indicat Hippocrates verbo iſto. Ita curationem optimè molieris,
C quoniam in arte medica optime faciet medicus curationem, ſi obuiam it accidentibus aſſuetis in futurum morbo contingere prohibendo euentũ eorum, & morbus abolietur, vel magnitudinem, & morbus minorabitur. At medicus obuiam eundo oppugnat accidentibus futuris morbo. Igitur in arte medica optimum eſt, id eſt optimè medicus curationem faciet, ſi oppugnabit accidentibus in futurum aſſuetis morbo contingere. Secundam verò propoſitionem dixit Hippocrates verbo iſto prenoſcendo futuras affectiones, quoniam medicus ex affectionibus cognitis, quæ ipſi morbo in futurum accidere aſſolent, facile obuiam it, oppugnatque illis, & prohibet earum euentum, vel magnificationem. Et quoniam hoc eſt vti prouidentia igitur medicum vti prouidentia eſt ipſum oppugnare accidentibus in futurum contingentibus morbo: at quoniam ita oppugnare in artè medica optimum eſt, quoniam optima eſt curatio, & hoc quippe eſt vti prouidentia. Igitur medicum vti prouidentia optimum eſt, & hac exquiſita ratione probatum. Nempe neminem latere vellem affectionem, ſeu affectum, atque morbum, quonam
D modo inuicem diſsideant, & quot modis alterum eorum dici à veteribus conſueuerit, vt dicti Galeni veritatem reperiamus, cum dixit commento tertio: etenim vbi medicus agnoſcit exquiſita ratione affectionẽ ęgri, quoſdam prohibebit affectus, qui per eam infeſtare aſſolent, affirmat enim Galenus affectus ipſos affectionibus contingere poſſe, ita vt ipſi videatur duo hæc nomina .ſ. affectus, affectioue inuicem ſatis diſsidere, ob hoc igitur notatu dignum eſt, affectum in cõmuniori ſignificatione ad morbum, apud veteres ſe habere, nulli dubium eſſe debet, quoniam omnis morbus affectus eſt, nequaquam verò contra. Et hoc dixit Galenus libro de Differentiis ſymptomatum. cap. primo vbi ait: & affectus quidem tum eorum, qui ſani ſunt, tum qui ægri, tum neutro modo ſe habentium omnium eſt commune. Omne enim ſiue ſanum ſit, ſiue ægrum, vel neutrum quodammodo afficitur: ab afficiendo verò affectus nomen eſt ortum, ait Galenus. Item ait ipſe, quod omnis corporis affectus, qui à naturali ſtatu receſsit, vel morbus eſt, vel morbi cauſa, vel morbi ſymptoma, ita vt Galenus opinetur, morbi ſymptoma affectum eſſe & non morbum. Dixit enim Galenus ſecundo de Facultatibus naturalibus cap. nono Mor

bum eſſe affectum in corpore,qui non ex accidenti,ſed primum & per ſe actionem labefactat, & quoniam ſymptoma etſi recedat à naturali ſtatu, non quippe primum, & per ſe, ſed ex accidenti corporis actionem labefactat, vt ait Galenus primo Methodi curatiuæ cap. octauo & libro de Differentiis ſymptomatum cap. primo vbi ait:Sed id quod primum actionem vitiat, morbum, quod hunc præcedit, cauſam, non autem morbum,quod ſi quis alius affectus in corpore morbum ſequatur, is ſymptoma duntaxat dicetur. Igitur & ſi affectio, & affectus vnam obtineant ſignificationem, utrumque tamen & de morbo,& de cauſa morbi, atque de ſymptomate dicetur: quoniam eorum quodlibet affectio eſt, & affectus, & ob hoc dixit Galenus, quòd medicus agnoſcendo affectionem, ideſt morbum quoſdam prohibebit affectus, id eſt quædam ſymptomata, quæ per eam affectionem, id eſt morbum ipſum infeſtare aſſolent. Deinde dicit. A

Fieri enim non poteſt, vt omnes in ſanitatem ægri perducantur.Id enim melius foret, quàm præſentire futura. B

QVISPIAM Hippocrati obiiciens forte diceret, ſi medicus prænoſcendo futuras affectiones optimè curationem molietur,igitur medicus ſic prænoſcens, omnes ad ſanitatem ægros perducet. Sequelam hanc vidi ego à Galeno decimo quarto Methodi curatiuæ. cap. decimo tertio,vbi ad optimam curationem tria accõmodat. Primum,vt omnino medicus operis abſolutionem conſequatur:alterum verò vt ſicubi hunc non conſequatur, ſaltem cubantem non lędat:tertium,vt vitiũ non facile reuertatur. Hanc Hippocrates obiectionem ſoluens dixit, fieri enim non poteſt, ideſt impoſsibile eſt, vt medicus & ſi futuras ægri præſentiat affectiones, omnes in ſanitatem ægros perducat. Si quippe hoc poſſet,id .ſ. omnes in ſanitatem ægros perducere, melius, & præſtantius ineſſet medico, quàm alteri præſagire futura,futurorum enim præſagitio Diuinorum,ac Prophetarum officium eſt, omnes verò in ſanitatem ægros perducere Dei officium eſt,ob quam rem ſicut medicina Deo aſſcribitur ab Hippocrate in libro de Veteri medicina, ita & medicus Deo aſſcriberetur,ſi omnes ipſe ſanaret languores,etiam quos agnoſceret. Ob hoc igitur tibi ſuadeo, quod medicus etiam futuras cognoſcendo affectiones, non neceſſario optimam molietur curationem, quæ, vt dixit Galenus decimo quarto Methodi. cap. decimo tertio ſtat in adeptione laudabilis medicinæ finis, qui vt ait Galenus in libro de Sectis,eſt ſanitatis adeptio,tamen, medicus futuras agnoſcendo ægri affectiones.Optimè ideſt rectè, & cum ratione curationem molietur: quæ conſiſtit in regularum artis medicinæ obſeruatione, vt in Sententiis Hippocratis, & in Methodo medendi Galeni viſum eſt. C

V. VI. VII.

Cum homines intereant, alii priuſquàm adhibeant medicum ex vi morbi:non nulli adhibentes medicum ſtatim moriuntur,quidam diem viuentes vnum, aut paulo plus temporis, antequàm medicus, arte repugnet.

D

MIHI videtur Hippocratem hoc ſermone edocturum,non omnes poſſe in ſanitatem ægros perduci,& ſi illis nõ oppugnet medicus,ad huc & ſi eiſdem oppugnet arte ſua. Et dixit, cũ homines intereant, indicat hominũ mortis neceſsitatem ex neceſsitate bile,vt aiunt Philoſophi.Cauſam autẽ neceſsitatis mortis apud medicũ reperies à Galeno in libro de Vtilitate reſpirationis ad vltimum.Alii quippe moriuntur prius quàm ad eos medicus accerſitus fuerit,inquit Hippocrates, indicans per hoc ægrotantium mortem ex morbi violentia ſola quandoque contingere poſſe, veluti dixit Galenus quarto Aphoriſmorum commento trigeſimo quinto vbi ait. Et duplicem habebit febris vehemens ad mortem, rationem: pariter quoque ait Hippocrates, non nulli moriuntur repente adhuc accerſito medico, ſubaudire oportet vi morbi,indicans ob hoc non accuſandum eſſe medicum crimine mortis,

ſed

A ſed ſoli imprudentiæ ægri, vel aſsidentium, peccatum hoc contribuatur,& iterum ait. Quidam diem viuentes vnum, aut paulo plus temporis, ante quàm medicus per artem aduerſus ſingulos morbos oppugnet, indicans per hoc qua morte æger tunc intereat, quoniam morte violenta,& monſtruoſa, cũ ob temporis anguſtiam non potuerit medicus arte ſua tendere inſtrumenta, & ſuppetias ægro tribuere, quibus poſſet ſe opponere & morbo & morti,quo fit, vt æger præter medici intentionem decidat. Palam igitur ex his dictis eſt,medicum crimine mortis non fore culpandum, tum non accerſitus, tum cum accerſitur,æger confeſtim moritur,tum & ſi non repente moritur, non expectat tamen,quin moriatur, idoneum temporis ſpatium, vt medicus morbo repugnare valeat. Deinde dicit.

Oportet igitur agnoſcere talium naturam affectionum, quantum ſupra vires corporis ſit, pariter et ſi quid in morbis diuinnm B habetur, illius quoque ediſcere prouidentiam.

OPINOR ego Hippocratem his verbis indicare, medicum, non omnes in ſanitatem ægros perducere poſſe, & etiam ſi ei ſufficiens temporis quantitas, condonata fuerit, qua & ratione, & opere poſsit ſe ipſum parare, vt morbo repugnet, iuxta carmen poëtæ. Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger. Accidit quanquam medicum rectè operari, celeriterque, & morbi violentia ægrum perire, vt ait Hippocrates in libro de Arte ſic: Si verò is in quo morbus cognoſcitur, ſuperetur,ob id ſanè quod ſerius medicum accerſit,aut ob morbi celeritatem peribit:Neque ob hoc crimine mortis medicus accuſandus eſt, cum morbi ſęuitas, & naturæ,atque medici opus ſuperet.& hoc dixit Hippocrates in libro de Affectionibus vbi ait: Et ſi quidem recte curante medico à magnitudine morbi ſuperetur æger, non hæc culpa medici eſt. Igitur medicus, vt artis medicinæ laudabilem finem adipiſcatur, recta ratione ægroti curationem moliatur,quo fit, vt tunc crimi C ne vacet internetionis. Et dixit Hippocrates. Oportet igitur medicum recta ratione ægrum curantem, agnoſcere talium affectionum, ſeu morborum, vel ſymptomatum naturam, ideſt temperaturam, vt naturam intellexit Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum commento trigeſimo quarto: vel naturam, ideſt morborum conditionem, vel ſymptomatum, morbi verò conditionem intellige iuxta Galenum in ſecundo de ſymptomatum Cauſis. cap. primo omnem morbi facultatem, qua morbus ipſe valeat lædere animal, vel eius functiones impedire. vbi enim quis eorum, quæ diximus hanc vel illam naturam non cognouerit,nulla ratione exquiſita morbum curabit, vt etiam eſt Galeni ſententia primo de Ratione victus acutorum cõmento tertio,& tertio Artis medicinalis.Quòd ſi huiuſmodi naturam medicus primum non cognouerit, & æger pereat,non vacabit tunc medicus crimine mortis, autore Hippocrate in libro de Affectionibus, vbi ait. Si verò medico non recte curante, neque cognoſcente à morbo ſuperetur æger, medici culpa eſt. Quippe ſecundo debet medicus agnoſcere, quantum morbi natura,atque facultas vires D corporis ſuperexcedat, ſi ipſe recta ratione morbum curare putauerit,accidit enim aliquando vt morbi facultas, vti acuties tantum corporis vires excellat,vt expectare non poſsit,quin necet,niſi prouideatur, vt ait Galenus ſecundo aphoriſmorum commento vigeſimo ſexto. Id etiam medicus optime agnoſcet, vbi morbi quantitatem perpenderit, an videlicet morbus paruus, vel magnus extiterit, vt dixit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum commento ſeptuageſimo ſexto. Vbi enim hoc medicus præmeditauerit, tunc ſciet, quantum diſtat facultas morbi, à corporis facultate, vt proportionaliter hinc, & inde præſidia ægroto condonare valeat, vt voluit Galenus tertio Tegni. Pariter & tertio medicus mente percurrere debet,ſi ægrum recta ratione curare deſiderat,ſi quid in morbis Diuinum habetur,& illius prouidentiam ſeu præſenſionem ediſcere. Hic notatu dignum eſt,vbi alteri Hippocratis traductioni fidem adhibebimus, cuius litera talis exiſtit: ſi quid Diuinum, cœlique,& aëris non benigni ſit in morbis,& huius prouidentiam ediſcere,nullam inferemus litem in Hippocratis ſermone quid ipſe ſentire voluerit, cum dixit. Di-

uinum in morbis veluti ſuper hoc litigium grande in magna præfationis enarratione Galenus confecit. Vtcunque ſit non dicetur, quid diuinum in morbis eſſe, quoniam morbi aliqui à deo ſint, vt dixit Hippocrates in libro de Sacro morbo, cum diſſonum ſit quod ſordidiſsimum eſt corpus hominis à Deo & puriſsimo inquinari, tum ſi morborum Deus autor foret, illis morbis non opus eſſet medicus: ſed itaque oporteret ægrota corpora ad templa differre, vt ait Hippocrates. Si quidem Deus eorum autor eſt, ibique ſacrificare, ac precari, diiſque ſupplicare. Nihil autem horum faciunt, ſed vtique morbos, quorum Deum autorem eſſe aiunt, expiant, & alia expiamenta terra occultant, alia in mare proiiciunt, alia ad montes deferunt, vbi nemo attingat, neque conculcet, oportebat enim ea expiamenta ad templa potius deferre, & Deo contribuere, ſi quidem Deus autor eſt. Sed mihi obiicies. Morbi ob peccata à Deo immittuntur. Matthęi nono & Marci ſecundo & Lucæ quinto, & Iohannis quinto, igitur eorum autor eſt Deus, quo fit, vt morbi ideo dicantur Diuini, quoniam dei eſt cauſa. Item Deus magnis morbis Pharaonem percuſsit. Exodi nono, igitur eorum Deus autor fuit. Huic mihi videtur dicendum, non vllum malum, atque peccatum ad Hippocratis propoſitum, neque denique morbum à deo fieri perſpicuum eſſe, ita vt ab autore hæc contingant, niſi Deum fieri naturam, ac cauſam auſpicaremur, tunc enim ſicut natura, & cauſa omnes morbi fiunt, ita & Deo ipſo, & per modum hunc dixit Hippocrates in libro de Morbo ſacro, omnes morbos Diuinos, atque omnes humanos dici poſſe, cum quilibet à rei natura, & cauſa ortum habet, quod autem haud quaquam Deus mali cauſa ſit, induxit Hippocrates medio hoc, quoniam peccatorum, atque omniũ ſcelerum Deus ipſe purificator exiſtit, & noſtri liberatio, hoc autem non contingeret, ſi hominem peccatis, atque morbis Deus inquinaret. Dixit enim in libro de Sacro morbo, Deus itaque eſt, qui maxima, ac ſceleratiſsima peccata purgat, ac purificat, & liberatio noſtra exiſtit, ipſique terminos templorum, ac delubrorum Diis deſignamus, vt nullus, qui non purus ſit, eos traſcendat, & ingreſsi reſpergimur, non velut quia inquinemur, ſed ſi quod & prius ſcelus habemus, purificemur. Et hanc mentem habuit Plato, in tertio de Repub. vbi ait: oſtendimus enim ex Diis mala aliqua prouenire non poſſe, & dicitur idem à Platone in ſecundo de Repub. vbi ait. Et bonorum quidem ſolus Deus cauſa eſt dicendus. Malorum autem quamlibet aliam preterDeum cauſam quęrere decet. & in decimo de Legibus ait, Deum, qui toti prouidet, ad virtutem, ſalutemq. totius omnia ordinare. Ad ea autem, quę mihi obiiciuntur, notatu dignum eſt, quòd à Deo n niſi bona prodeunt, vbi verò mala quandoq. immittuntur, hæc à Deo ſub boni traduntur ratione, ſcilicet cum in diuinis obiectum voluntatis ſit bonum, vel ſub ratione boni. Vbi enim morbi à Deo immittuntur propter peccata, vt boni efficiamur ii immiſsi ſunt, & vt credamus: quoniam Deus ipſe eſt Dominus. Sic quoque Pharao à Deo multis percutitur plagis, non quippe, vt à Deo aliquid non boni prodeat, ſed vt ſciat Pharao, atque cognoſcat, quod non eſt ſimilis dei in omni terra: & vt oſtendat Deus ſuper ipſum fortitudinem ſuam, & narretur nomen ſuum in omni terra, Exodi nono. At verò neque per diuinum in morbis iudicium decretorium percenſuit Hippocrates, & ſi non ab re hoc fuerit, vti tertio Prognoſticorum ego manifeſte docebo. Nunc autem indubitato arbitror perDiuinum in morbis Hippocratem intellexiſſe omne id, quod morbis accidit, quo nedum morbi ipſi à ſe ipſis diuerſi fiunt, verum & ægroti ipſi in ſe ipſis mutabuntur, & hoc pluribus modis fit, vt voluit Hippocrates in libro de Aëre, Aquis, & Locis: primum per rationem temporum anni, vt ſcilicet quis agnoſcat, quantum potentia quodlibet eorum valeat. Nemo enim dubitat, quod ſimile quicquam in illis non exiſtit, ſed inuicem differunt, ob uarias, quæ in eis fiunt mutationes tum ad frigidum, tum ad calidum, ad ſiccumque, & humidum, ſequentes aſtrorum ortum & occaſum, qui ſi medicus ea obſeruauerit atq. dignoſcet, dubio procul qualis fuerit præſentis anni conſtitutio, atque futuri facile præſentiet, & qui morbi in illis populariter vagari poterunt, vt hinc, & inde præparet ſe, tum ad morbi abolitionem, tum ad ſanitatem tuendam adſequendamque non minima artis ſuæ gloria. Secundum autem Diuinum, quod morbis contingit, eſt, quæ ventis calidis, frigidiſque mutatio contingit, præſertim his, qui ſunt

hominibus

A hominibus communes, vt ait Hippocrates, ſi enim agnoſcet medicus quomodo ægroti regio ad ventos, & Solis exortus iaceat, nedum ægroti præſentes affectiones indicabit, verum & futuras prænoſcet. Quo fit, vt ope ſuo & præſentes tollat, & futuras præcaueat, non enim æqualium virium ſunt regiones, quæ ad ſeptentrionem ſitæ ſunt cum his, quæ ad Auſtrum vergunt, neque earum vires quæ ortum Solis ſpectāt eædem ſunt cum his, que ad occaſum accumbūt. Tertium autem, quod in morbis diuinum eſt, vt voluit Hippocrates in libro de Sacro morbo, eſt mutatio fortior, quæ in aëre contingit, præ temporibus anni, cum enim ab ea, vehementer noſtra mutentur corpora, ab ea quoque varia morborum genera præ anni conſtitutione in vulgum graſſabuntur, Quo fit, vt medicus eam aëris fortem mutationem agnoſcens, futuras affectiones ab aëris conſtitutione oriendas præcauebit, qui autem quæ diximus voluerit Hippocrates Diuinā eſſe, & vti aliquod diuinum morbis ineſſe, ipſius ſermonem inſpicies, vbi ait. Hic verò morbus ſacer appellatus ex eiſdem cauſis oritur, à quibus etiam reliqui morbi ab accedentibus nimirū, B ac decedentibus, velut frigore, ſole, ventis, & quæ tranſmutantur, & nunquam quieſcunt. Hæc autem ſunt Diuina, ſic ait. Et idem voluit Hippocrates primo de Morbis popularibus, vbi ait, Morbos dignoſcimus. Præterea ex vniuerſo, & ſingulari cœli ſtatu, veluti inducit Galenus tertio commentario, commento primo. deinde dicit.

Ita enim merito commendabitur, & fidus medicus erit.

QVAE medico vtilitates, & qui honores eidem perueniant, propter ea agnoſcenda, quæ modo ante dixit, in hoc ſermone Hippocrates enarrat, & dixit. Ita enim vbi naturam affectionum medicus mature prænoſcet, quantumue & ipſa corporis vires ſuperexcellit, & ſi quid in morbis diuinum affuerit, procul dubio admirationi erit, & fidus, atque optimus putabitur medicus. Tunc enim recta pro C cedet via, non minima ſui ipſius gloria. Quo fit, vt ægri liberalius medici ſeipſos committant, poſtremo verò palam gloriari ſolent ægri, ſe illorum opera ſanitati reſtitutos eſſe, ut dixit Hippocrates, in libro de Arte, eritque ipſe fidus, & optimus medicus, quoniam omnia in arte medica recta agit ratione, vt dixit Galenus in libro Medicarum diffinitionum, deinde dicit.

Etenim ſupereſſe qui poſsint, eos vel magis poterit rectè ſeruare ex multo ante tempore ſingulis conſulens.

ALIAM attulit Hippocrates vtilitatem, & dixit, etenim ſupereſſe ideſt cum medici conſulto, priuſquam ipſe manus ægris admoueat: ſcilicet ex naturæ affectionum cognitione, aliorumque dictorum. Poſtremo verò curam ægris adhibuerit, & ii à morbo, & morte ſoluti fuerint, tunc qui ſuperſtites erunt, eos ad D huc magis rectè conſeruare poterit, atque præſeruare ex multo ante tempore conſilium adhibens ad ſingula, ob quorum obſeruantiam tuebitur, præcauebiturque, ne iterato facile cadat. Et notatu dignum eſt, vt dixit Hippocrates in libro de Arte, quòd ægri vt optatum adipiſcantur finem, imperio medici ſubiici debent, oportet enim ſeipſum præbere facientem, vt ait Hippocrates primo Aphoriſ. medici verò ægrotis conuenientia debent imperare, vt cum imperio eorum, quæ conueniunt ægris, & eorum obtemperantia ipſis ſanitas perpetretur, ſi vtique medicis conuenientia imperantibus, ægri temere obedire nolentes, ſi perdantur, culpa ſui perduntur, vt dixit Hippocrates libro de Arte. Sed quiſpiam non ab re inquiret, quæ nam ſint ea, quæ conſulto medico ineſſe debent, priuſquam ipſe ægrotis manus admoueat, cui dico, ea eſſe, quæ morbi naturam enarrant, & vigentiam morbi ſupra corporis facultates, & quæ benigno, vel maligno aëri hærent cum ratiocinatione eorum tum quæ præſentia ſunt, tum præterita, tum futura, ex quorum enarratione medicus aſſequatur gloriam, & ex vſu ægrotantes ſanitatem, & hoc dixit Hippocrates, in libro de Arte vbi ait. Medici namque ſana mente, ſanoque corpore manus ægrotis admouentes, præſentia conſiderent, & de præteritis ſimiliter iuxta præſentia ratiocinentur, in tantum etiam, vt aliquando palam gloriari

ſoleant ægri, ſe illorum opera ſanitati reſtitutos eſſe. Deinde dicit. A

Atque morituros, euaſuroſque prænoſcens, ac prænuntians, culpa vacabit.

TERTIAM adiecit rationem Hippocrates, vt indicaret Medicum vti prouidentia optimum eſſe: quoniam id optimum eſt, quo medicus crimine vacat internecionis, at medicum vti prouidentia vacat crimine internecionis, Igitur medicum vti prouidentia optimum eſt. Primam propoſitionem dixit Hippocrates in libro de Ornatu, vbi ait, oportet medicum ægrorum peccata obſeruare, per quæ multi ſæpe mentiti ſunt, ne hoc factum, non ad ipſorum confeſsionem vertatur, ſed medico culpa imputetur, ſecundam propoſitionem iam oſtendimus, quoniam præſciens, ac prædicens medicus morituros, euaſuroſque prouidentia vtetur, & culpa vacabit. B

De ſignis, quæ in uultu exiſtunt.

VIII.

Conſiderari conuenit hunc in modum per morbos acutos principio vultum ægroti ſit ne ſimilis bene valentium potiſsimum ſui: ita enim optimus erit. Si verò quàm maximè contrarius ſimilis ſit, exitioſiſsimus eſt.

QVod in huius libri præfatione Hippocrates tradere pollicitus eſt, eius doctrinam nos edocere cœpit, indicans à quibus ægrotorum morbis exordiri velit, ab horum quibus & partibus primũ indicia venari cupiat, vt artis prognoſticæ doctrinam, & via, & ordine nobis innoteſcere valeat, & dixit conſiderari cõuenit ſubaudi primũ hunc in modum, id eſt præſentiens, & prędicens præſentia, præterita, C & futura, per morbos acutos, principio vultũ ęgroti hunc in modũ ſcilicet ſit ne ſimilis &c. Sed quiſpiam ambiget, quæ nam ratio mouit Hippocratẽ, vt prius in acutis morbis, quàm in diutinis nos præſagire edoceret: cui dicunt quidam, ideo hoc eſſe, quoniam in acutis præſagia, atque iudicia firmiora, certioraque ſunt. Veluti aiunt, Hippocratem docuiſſe in libro de Humana natura, vbi ait. Morbi, qui ſubito oriuntur, & quorum ſunt aperte occaſiones denunties certiſsime. Huic refragari videtur, quod ſcripſit Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum decimo nono. Acutorum morborum non omnino certe ſunt prænotiones ſalutis, & mortis, ob hoc igitur non te lateat, vt dixit Galenus, quòd cum plurimum morbi acuti materia calida, tenuiſque ſit, & ſi aliquando in vno firmetur loco, eius tamen natura eſt, facile moueri de vno in alterum membrum. Quo fit, vt plurimum non firmam habens per ſui naturam permanentiam, morbus ex ea ſubitam in iudicatione habebit permutationem, & propter hoc non in omnibus acutis videtur Hippocrates fidere prænotionibus, ſed aliquando in his præcognitionem falli confitetur. In longis verò morbis, cum eorum noxii humores, craſsi, lentique, ac frigidi exiſtunt, qui D neque facile moueri de vno in alterum membrum, neque facile concoqui poſſunt, immo in patientibus partibus impacti, atque agglutinati difficilem ſibi vendicabunt permeationem, vt & difficilem in iudicatione permutationem obtineant. Quo fit, vt Hippocrates videatur plus fidere præcognitionibus in morbis diutinis quàm in acutis, & ob hoc non quicquam veri dicunt, qui certiores prænotiones in acutis morbis, quàm in diutinis pronuntiant, quod autem dixit Hippocrates in de Natura humana, ſiue illius fuerit ſermo, ſiue Polybi, qui ipſum audiuit, cum dixit, Morbi qui ſubito oriuntur, & quorum ſunt aperte occaſiones, denunties certiſsime. Dicam, vt ait Galenus in cõmentario ſecundo de Natura humana: Hippocratem in ſermone illo neque morbum breuem, neque acutum intelligere voluiſſe, ob dictam iam in Hippocratis codicibus refragationem, ſed tamen illum putauit morbum, qui ex manifeſtis cauſis ortum habuit repentinum, ideſt non diu: ſed breui conflatum, etſi morbus diutinus, vel breuis, & acutus fuerit, nam vbi cauſa

 pro-

A prouentus morbi qualis, & quanta fuerit agnoſcatur, & eius prouentus repentinus habeatur in eo morbo de futuro præſentire certius erit, vbi verò longo ſpacio, pedetentimque morbus genitus apertam, & claram ſui prouentus non habuerit cauſam, procul dubio in eo præſagire de futuro incertius erit, etſi morbus longus, aut breuis adfuerit, & ſic voluit Hippocrates. Nunc verò ad rem primam reuertar, & dico Hippocratem prius præſagire per morbos acutos, quàm per diutinos: quoniam in acutis morbis preſagitio expeditior, & breuior, atque facilior exiſtit, & horum omnium ratio initiandæ doctrinæ ordinem dictat. Autore Galeno ſexto de Tuenda ſanitate, & quinto etiam de Tuenda ſanitate & ſexto de Compoſitione medicamentorum per genera cap. de fuſcis pharmacis. Sanè & præſagitio in acutis expeditior, & breuior, atque facilior eſt: quoniam fieri non poteſt, vt in longum tempus in morbis acutis iudicatio differatur, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum commento vegeſimo tertio: In longis autem morbis, quoniam in longum tempus iudicatio protenditur, ideo prænotio in his neque facilis, neque breuis, neque expedita extitit, veluti in acutis, à quibus initium doctrinæ prognoſticæ Hippocrates perpetrauit. Vel aliter quis opinari poterit Hippocratem per morbos acutos initium doctrinæ prognoſticæ cœpiſſe; quoniam ipſi cognitu manifeſtiores ſunt, nequaquam tamen certioris de futuro ſunt prænotionis: prouentus enim morbi cauſæ repentinus certam de futuro prænotionem morbi non indicat, ſed ampliorem eius cognitionem, citioremque. Eſto quippe, quòd morbus acutus, vel diutinus fuerit, & longo temporis interuallo prouentus cauſæ adfuerit, morbus ille nedum non multum manifeſtus extiterit propter turbidam cauſam, verum neque in eo perinde præſagitio certa erit: At quoniam plurimum morbus acutus ob prouentum ſuæ cauſæ plurimum repentinum, atque clariorem manifeſtior exiſtit. Ideo prius ab eo, quàm à diutino modum prognoſticationis Hippocrates cœpit: ideo dixit conſiderari conuenit hunc in modum per morbos acutos: C & annotatione dignum eſt, quod clarior, atque certior, in morbis acutis longiſque fiet præſagitio, ſi nominum ſignificationes prius exercitemus, vt dixit Galenus ſecundo Methodi cap. ſecundo & tertio Prognoſticorum commento duodecimo, vocetur igitur morbus acutus primo, ex magnitudine accidentium, vt ipſum Galenus deſcripſit ſecundo Aphoriſmorum commento decimo nono & commento vigeſimo tertio, & primo Aphoriſmorum commento ſeptimo, ille, qui præter id, quod celeriter iudicatur, ſtatim etiam & magnitudinem habet. propter enim celerem ſui prouentum ad vigorem in pauco tempore magnas hic morbus facit permutationes, quo ſit, vt in eo maior, & citior fiat præſagitio, & ſi aliquando non certa, cum contingat medicum quamuis raro falli. Secundo ex numero dierum. Morbus acutus is eſt, cuius iudicationis terminus eſt decimus quartus dies, vt dixit Hippocrates, ſecundo Aphoriſmorum vigeſimo tertio & Galenus ſecundo de Diebus decretoriis cap. duodecimo & tertio Prædictionum commento duodecimo. Dixit quoque Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus, Morbi verò D graues, & acuti quarta, & decima die decernuntur, & idem in libro de Iudicationibus. Qui autem illi ſunt, & quot, in numero videbis Hippocratem in libro de Affectionibus, vbi ait. Pleuritis, peripneumonia febris ardens, phrenitiſque morbi acuti vocantur. Id etiam videre poteris à Galeno primo Aphoriſmorum commẽto duodecimo, Sed non lateat te morbum acutum bifariam dici poſſe, vel acutum ſimpliciter ideſt abſque adiectione quadam prolatum, & eſt vt ait Galenus ſecundo de Diebus decretoriis. cap. duodecimo qui ad vſque decimum quartum porrigitur, quem & exacte acutum ipſe nominabat, qui ſi in vigeſimum diem peruenerit, acutus quidem, non exacte tamen dicetur. Morbus verò, qui à vigeſimo in quadrageſimum porrigitur cum adiectione hac ex delapſu, vel decidentia acutus à Galeno nominatur, hoc ideo, quoniam acuto morbo intra diem vigeſimum non perfecte iudicato, & ab hinc vehementia illius confracta, reliquum ipſius morbi intra quadrageſimum diem diſſolui conſueuit. Quo ſit, vt morbus acutus ex delapſu quadrageſimo die iudicetur. Proinde igitur acuti morbi ſimpliciter intra decimum quartum diem iudicari ſolent. Qui verò quadrageſimũ attingunt diem, hi ipſi ſunt, qui intra decimum quartum, vel vigeſimum imperfectè iudicationem

ſumpſerunt. At huius morbi acuti ex delapſu verbum habuit Hippocrates primo A Prognoſticorum vigeſimo octauo, vbi ait. Spirationis facultatem exiſtimari oportet, per quam magnam vim habere ad ſalutem in omni morbo acuto, qui cum febre infeſtet, & quadrageſimo die iudicetur. Et hoc idem voluit Hippocrates in libro de Affectionibus, vbi ait. Iudicatur autem breuiſsimus quidem in diebus quatuordecim, longiſsimus vero in duobus de viginti. Igitur breuiſsimus ille acutus morbus erit, qui ad vſque decimum quartum diem peruenit, ille verò acutus longiſsimus erit, qui ad quadrageſimum vſque porrigitur, vel ad ſexageſimum, vt videtur velle Hippocrates in libro de Diebus iudicatoriis. Ante verò breuiſsimum acutum morbum eſt quidem morbus peracutus, qui ſi exacte peracutus eſt, diem quartum non excellit. Vbi verò ſeptimum non præterierit, peracutus non exacte nuncupabitur, & de his peracutis vno ſermone dixit Galenus primo Aphoriſmorum commento ſeptimo eos eſſe, qui ſtatim in ſummo vigore conſiſtunt, & idem B Hippocrates voluit in libro de Iudicationibus, vbi ait. Lethaliſsime verò & ſignis horrendiſsimis fientes febres, quarto die, aut prius occidunt. Nempe igitur iis in morbis, in quibus iudicatio celerior eſt, in his quoquæ præſagitio citior erit, vti in breuiſsimis morbis acutis, quos Hippocrates in libro de Affectionibus voluit ad vſque decimum quartum peruenire. In longiſsimis verò acutis, qui vſque ad quadrageſimum porriguntur, ſicut iudicatio eſt tarda, ita & prognoſticatio in longum protrahetur, & in his ſi bona extiterint ſigna, præſagitio ad ſalutem, ſi verò mala ad mortem erit: ſicuti magis manifeſte incipit Hippocrates edocere, & dixit. Principio vultum ægroti, ideſt porro hoc modo conuenit in morbis acutis primũ quidem faciem ægroti conſiderare: quoniam obtutu hominum in primis facies, atque eius affectionum indicia offeruntur. Autore Galeno in libro de Medicatrina commento primo vbi ait. Quippe vbi ſtatim quis ad ægrotum ingreditur, nulla alia corporis pars prius contemplanda ſe offerat: quàm facies. Non ab re motus eſt Hippocrates ſecundo de Morbis muliebribus ad edocendum mulierũm faciei or- C natum vti illius quod primo hominum oculis occurrit, cum igitur ars quælibet ab his, quæ in ea manifeſtiora ſunt initium capiat, non immerito ars prognoſticationis ab indiciis faciei primo ſermonem habuit. Et hanc mentem habuit Galenus libro nono de Decretis Hippocratis & Platonis, vbi ait. Hic videtur Hippocrates videlicet in prognoſticis prſagientium locorum dignotionis principium ab his, quę naturalibus maxime contraria habentur, ſumpſiſſe, eo quòd ſint & maxima, & cognitu vnicuique facillima. At hoc idem rei ratio indicat, videlicet indicia à facie maximam ad prſagiendum vim obtinere, quoniam facies propter ipſam eſſe locũ à natura decretum, in quo omnia accumulantur ſenſiteria, quibus virtus animalis ſedens in cerebro ſuas obit operationes, vt ait Galenus nono Methodi cap. decimo & quinto de Locis affectis. cap. primo & ſeptimo de Decretis Hippocratis, & Platonis, At cum ſenſiteria illa pluri egent ſpiritu, atque natiuo calore, vt de oculis dixit Galenus primo Prædictionum commento decimo. Non ab re natura regens corpus hominis ab omnibus membris nobilibus, principalibuſque ad faciem multos accumulauit ſpiritus, in eaque plurimum natiui caloris decumbit, quo fit D vt per indicia aſſumpta à facie facile iudicium afferatur de ſtatu primorũ membrorum, omniumque facultatum in his vigentium, à quibus medicus maiori cum certitudine præſagire poterit de futuro in morbis acutis. At quonam modo ab his prſagire conueniat, in acutis morbis ſcripſit Hippocrates huncin modum: Sit ne ſimilis beneualentium, potiſsimum ſui, vti dicat Hippocrates. Si per morbos acutos ſanè præſagire vellemus. Aegrotantium corpora, præſertim faciem ſtatim à principio dignoſcere, ac diſcernere debemus, an videlicet ſimilia ſint ſanis, atque bene valentibus, & potiſsimum ſui, an item diſsimilia ſint. Si enim ita fecerimus morborum præſagitiones facile ſumemus, ſic enim ex maximis facultate, & cognitu facillimis initium vti decet præſagitionis faciemus, & idem hoc voluit Hippocrates in libro de His quæ in medicatrina fiunt, nobis præceptum tradens veluti dixit Galenus communis quædam totius artis medicinalis præfatio, ſiue prognoſticationis ſit, ſiue curationis. In quarum vtriſque principium aſſumimus ex maximis facúltate, & ex cognitu facillimis, & ita ſcripſit ipſe ad libri principiũ ſimilia an diſsimilia ſint

A ſint, à principio inſpiciendum, ex maximis, ex facillimis, ex iis, quæ omnino quocunque modo cognoſcuntur, quæ & videre, & tangere, & audire licet, quæ viſu, & tactu, & auditu, & naribus, item & lingua, & ſententia poſſumus ſentire. Propterea igitur ad Hippocratis ſententiam ita ratiocinabimur: Ab his ad præſagiendum in morbis acutis exordium ſumere debemus, quæ maximam ad præſagitionem vim, facultatemque obtinent, atque cognitu facilitatem, at ſimilia, & diſsimilia huiuſmodi ſunt, quoniam talia ſunt, quæ viſu, tactu, & auditu, linguaque & naribus, & ſententia cognoſcuntur, igitur ab his præſagientis artis initium ſumere debemus, at quoniam ſimilitudo, diſsimilitudoq. in ægrotis maxime ſumitur à vultu, & eius partibus, quæ ſunt cognitu facillimæ. Ideo ab his principium prognoſticationis cepit Hippocrates & hanc rationem ſcrutatus eſt Galenus in nono de Decretis, tum ex Platone in de Republica, tum ex Phædro, tum ex Hippocrate in Præſagiis, & in libro de Medici officio. Dixit enim Plato. Primum igitur B debet ille, qui alios fallere, ſe à nullo falli vult, ſimilitudinem, & diſsimilitudinem rerum optime tenere. Et inde dixit Hippocrates. Ita enim optimus erit. Si verò quàm maxime contrarius ſimili ſit, exitioſiſsimus eſt, ideſt ſi ægroti vultus, ſibi ipſi, ac beneualentibus conferatur, vt iuſsit ipſe, tunc certior dignotio habebitur & ſic tum ex maximis, & facillimis exordio facto prognoſticę artis negotium recte tractabitur, & vbi vultus ille, vel ſibi ipſi ſano vel his, qui bene habent, ſimilis extiterit, optimus inquam erit vultus, quoniam naturæ conueniens. Quo fit, vt ab eo indicia futuræ ſalutis corporis ægroti aſſumere valeamus. Vbi verò ægroti vultus in acutis morbis ſibi, vel bene valentibus conferatur, & ſimili contrarius, ideſt maxime diſsimilis fuerit, exitioſsimus eſt vultus, quoniam naturæ diſſonus, & admodum contrarius. Dixit enim Galenus in libro de medici officio commento primo. Id maxime contrarium eſt, quod à naturali conſtitutione plurimum receſsit, quo fit, vt indicia futuræ mortis, vel morbi longitudinis ab eo capere poſsimus. Sed C hoc in loco nollem te latere id, de quo ſcripſit Plato in primo de Republica, & eſt Hippocratis decretum in libro de Arte. Quod etiam ſcripſit Galenus in libro nono de Decretis, & libro primo Prædictionum commento octauo, quòd ſignum hoc à vultu aſſumptum, videlicet, ſimilis ne ſit, an diſsimilis conferri poteſt, vel ad omnium naturam communem, vti dicam, an vultus ægroti ſimilis, vel diſsimilis omnibus beneualentibus ſit: aut ad propriam conferatur naturam, vti dicimus, an ſibi ipſi beneualenti ſimilis ſit, an diſsimilis. Dixit enim Plato in libro de Republica vbi de pluribus agit artibus. De propriis inquam, & communibus ſpeculari decet, ac diſcernere ſimilia, an diſsimilia ſint ea, quæ conferuntur, vbi igitur ægrotantis corporis faciem annotabimus, ſimilemque multorum hominum rectè valentium faciei inueniemus, certè dignoſcemus ipſum nullo prauo morbo, aut praua affectione ita occupatum fore, quin facile ab ea leuari poſsit. Huius verò cognitio certior exiſtet, ſi ægroti illius facies ſibi ipſi beneualenti conferatur, inueniamuſque illam beneualentis faciei ſimilem, ſi ab aliis etiam ſimilitudinem illam percunctati fuerimus: ſed ad huc certiorem ſi nos ipſi ægrotantem prius cognouiſſemus, & eius conſuetudine & familiaritate vſi eſſemus. Nam vt dixit Galenus in commentario primo libri Hippocratis, de His quæ fiunt in arte medicatrina. Si eum ſæpe ſanum inſpexerimus. Cum tunc præter naturam hic affectus fuerit, fiet, vt quanta ſit differentia ſignorum, quæ in eo ſunt, melius perſpiciamus, quod ſi hinc, & inde ſimilia adfuerint ſigna, futuri boni præſagiemus. Sin ita, futuri mali Diuinatores erimus. Id enim grauiſsimum eſt, & maximè naturæ contrarium, quod à naturali ha D bitu plurimum receſsit.

IX. X.

Naſus compreſſus: caui oculi; adſtricta tempora: aures frigidæ, contractæque, & fibræ earum verſæ: Et item cutis circa frontem dura: intenta; arida: & color totius vultus viridis, aut niger.

QVOD per vniuerſale indicium, videlicet à toto corpore, vel à tota facie in arte prognoſtica Hippocrates explanauit. Hic per indicia particularia ea ſeorſum

aggrediens, ſuum proſequitur ſermonem, & dixit. Naſus compreſſus, his qui A morbo correpti ſunt acuto, malum indicium eſt. Hanc Hippocratis ſententiam in duxit Galenus duplici rationis conſideratione: vna quippe epilogiſtica, quæ à com muni omnium autoritate & cōſenſu conſpecta eſt. Eſt enim Epilogiſmus, vt ait Ga lenus commento nono primi Prænotionum, communis ratio, & omnium aſſenſu conſpecta, & ob hoc epilogiſtice argumentabitur quis, cum ad rei concluſionem vtetur ratione, vel aſſenſu omnium hominum communi, vti videre poteris à Gale no in libro de Optima ſecta ad Thraſybulum. Cum igitur quis propoſitam ſenten tiam ſic ratiocinabitur, id quod naturæ ægrotantis contrarium eſt, in acuto mor-bo malum eſt indicium. At naſus compreſſus naturæ ægrotantis contrarius eſt. Igitur naſus compreſſus in morbo acuto malum indicium eſt. Hæc enim ratio epi-logiſtica eſt, quoniam ex medio fit ex omnium hominum aſſenſu conſpecto, confeſ ſoque, quod eſt omne naturæ contrarium eſt malum, & tanto deterius, quanto à B naturæ diſpoſitionibus magis recedit, vt ait Galenus in libro de Medici officio, & in nono de Decretis Hippocratis, & Platonis. Sed non lateat te vt dixit Galenus, quòd naſum intelligo compreſſum, conferendo eum ad ſe, exiſtentem ſecundum naturam, vt decretum Hippocratis, & Galeni obſeruemus, recte opinantium, quòd cum indicia prognoſtica à partibus corporis ſumuntur, conſiderare oportet eas non conferendo ad alienas partes, & ſi vnius extiterint corporis, ſed ad ſe ipſas beneualentes, & nequaquam affectas, aliter enim tota præſagiorum certitudo à partibus corporis in contrarium verteretur, ob quam rem, cum naſum dico com-preſſum, refero ad ſe ipſum aquilinum, vel natura ſubrectum, vel ad ſe ipſum na-tura ſimum, prorſus enim omni modo ſi morbi vi naſus vel compreſſus, aut com-preſsior fiat, eo quòd natura præfuit, proculdubio malum erit indicium. Pariter que conſiderare debes, quòd quanto in his figuris naſus à naturæ forma receſſe-rit, tanto vtique prauior erit, quoniam formæ remiſsio per receſſum à ſummo me titur, vt aiunt Philoſophi. Quod autem naſus vi morbi compreſſus, aut acutus fa-ctus naturæ contrarius exiſtat, perſpicuum erit, ſi quiſpíam legerit quæ à Galeno C dicuntur libro vndecimo de Vſu partium. cap. decimo ſeptimo, quoniam naſi alas cartilaginoſas hominis arbitratu moueri oportet. Igitur neceſſe fuit illis muſcu-los inſeri, ſi quidem motum erant habituræ, vt dixit Galenus in libro de Muſculo rum motu, ac natura: at cum alæ naſi paruæ, atque exiguæ ſunt, paruum ſui motus ſpacium adſcribentes, nulli dubium eſt paruos, atque exiguos muſculos illis natura inſeri, quo fit, vt pariter exanguis, & paucæ carnis naſus natura extiterit, ob quam cauſam vi acuti morbi facile contingit, naſi carnem reſolui in eius pinnulis, cum re liquum naſi oſſuoſum ſit, vt ait Galenus in primo Prædictionum commento deci-mo, & in libro de Inſtrumento odoratus, & in libro de Oſsibus. cap. quarto. Sane igitur ſi pauca illa caro natura naſo inſerta reſoluatur, conſumaturque, id naturæ contrarium fore vnicuique palam erit. Quo fit, vt in morbis acutis naſus compreſ ſus vti naturæ contrarius futuri mali indicium cenſeatur, hoc quippe induxit Gale nus exemplo in his, qui diutino morbo extenuantur, aut ſuperfluo labore fatigan tur, aut animi deliquio afficiuntur, in quibus omnibus mali indicium naſus com- D preſſus eſt. Quorum omnium malitiam atteſtatur Galenus, cum dixit, & item omni bus defunctis. Cæterum cum iam perſpicuum ſit, naſum compreſſum in morbis acutis ex ratione epilogiſtica malum fore indicium, modo ex ratione analogiſti-ca, veluti dogmaticæ ſectæ conuenit, idem ex Galeno indicare non prætermitte mus, dum non lateat nos Hippocratem neque hanc, neque alteram aſpernere ratio nem: quoniam ex vtraque viam habemus ad ipſius ſententiæ veritatem auſpican-dam. At quoniam rectius eſt ab euidenti magis ipſam rem indicare, & ab eo initia lem facere doctrinam, vt faciunt, qui ratione vtuntur epilogiſtica, quam plurimũ ſequuntur Empirici, fugientes rei ipſius contemplationem ab inuentione cauſæ obortam, quam confeſtim ab initio doctrinæ ad munus cauſæ contemplatiuum peruenire, vti faciunt dogmatici, & rationales: ob quod Hippocrates magis doctri næ prognoſticæ initium fecit ab indiciis ſumptis à partibus totius per rationem epilogiſticam à maximis facultate, & cognitu facillimis procedentem, quàm à co-gnitu difficilimis, quæ nobis ignotiora ſunt, naturæ verò notiora, ad quæ perue-nire

nire licet per rationem analogiſticam, quæ munus contemplationis cauſæ dicitur
A à Galeno, neque hanc ſpreuit Hippocrates rationem, ſed breuitati, & maiori no-
ſtræ euidentię indulgens per rationem epilogiſticam negotium prognoſticationis
proſequitur. Sed vt officio fungatur Galenus optimi expoſitoris, ſententiam Hip
pocratis analogiſmo indicare propoſuit,vti ſciamus etiam,quoniã Hippocrates do
gmaticus eſt, & rationalis, vt dixit Galenus primo Aphoriſmorum,commento pri
mo. Itaque ſic ratiocinabimur. Id in acutis morbis malum eſt indicium,quod cau
ſam indicat conſumentem,& corrumpentem carnoſas animalium partes,at id indi
cat in acutis morbis naſus compreſſus. Igitur in acutis morbis naſus compreſſus
malum eſt indicium. Ratio hæc cum ab inuentione cauſæ rei, quæ contemplatio-
nis munus eſt, exordium capiat, non ab re dicetur ad naturam analogiſmi perue-
nire, iuxta verbum Galeni primo Prædictionum libro, commento nono vbi ait,
Analogiſmus eſt ratio, quæ ab euidenti auſpicatur rei obſcuræ, ideſt cauſæ faciens
cognitionem, & in libro de Optima ſecta, ad Thraſybulum dixit.Analogiſmus eſt
B comparatio & perceptio cauſarum iuuantium per ſimilitudines. Cum igitur in
acutis morbis ex incendio facile poſsit conſumi, corrumpique pauca illa caro,quæ
in pinnulis naſi à natura inſeritur, ob quod naſus comprimatur, & in ſummis gra-
cilentus reddatur. Igitur merito naſi compreſsi, gracilentique cauſam attulimus
conſumptionem, atque corruptionem carnis in ſummis naſi exiſtentis, quo fit, vt
ratio quam fabricauimus ad eiuſmodi rei inuentionem ad analogiſmi naturam at-
tingat. Alteram quoque cauſam naſi in acutis morbis compreſsi rationali quodam
decurſu Galenus adinuenit, vti & id notum fecit in his, quæ ſcripſit de virtutibus
noſtrum corpus diſpenſantibus, & eſt imbecillitas facultatis gubernantis homi-
nis corpus, vt neque ſanguinem, neque ſpiritum, minuſque natiuum calorem ex-
tremis naſi pinnulis conſentire valeat, quo fit,vt hæ alimento priuatæ, gracilen-
tes fiant, & naſus comprimatur. Huic indicio ſimile habes à Galeno in nono de
decretis Hippocratis, & Platonis,& in libro de Medici officina commento primo.
Cæterum dixit Hippocrates. Et caui oculi, videlicet in morbis acutis indicium
C eſt malum, tum quoniam naturæ contrarium eſt oculorum cauitas, à qua vti ab
euidenti, & omnium hominum aſſenſu, præſagire poterimus epilogiſtice futuri
mali prouentum, ægrotantis corporis acutè: eſt enim omnibus perſpicuum,ac eui
dens ſatis, quòd quæcunque ſunt naturæ contraria deterrima ſunt. Quòd autem
oculorum cauitas naturæ contraria ſit, tibi perſpicuum erit, ſi Galenum inſpexe-
ris libro octauo de Vſu partium. cap. quinto & decimo, cap. primo vbi ait. Satius
quidem eſt oculos loco edito conſtitui, ſtiparique vndique. Igitur natura oculos
conſtituit in altiſsimo corporis humani, quoniam illorum functio locum talem
poſtulabat, & ſi in concauo ſiti ſunt, non admodum tamen, & præter proportio-
nem, quia non rectè ſua fungerentur operatione, hinc & inde non bene extrinſe-
cus viſibilia intuentes. Ob quam rem ſi proportionalis oculorum cauitas eſt natu
ræ conueniens, diſproportionalis, & nimia oculorum cauitas naturæ contraria ha
betur,id quoque altera via indicabis,ſi ad analogiſmi naturam peruenies, & dices
cauſam oculorum nimiæ ciuitatis eſſe conſumptionem, atque corruptionem par-
D tium carnoſarum oculorum, quibus conuenienti proportione natura præeminen
tes fiebant, vnde continget eos vndique ſtipari, & contrahi, & tanto citius ocu-
li præter naturam cauantur, quàm naſi pauca caro in ſummis conſumatur, propter
oculorum copioſiorem humiditatem, quàm naſi: humidum autem magis cedit,
& facilius imprimitur, vt ait Ariſto. libro quarto Meteororum. Alteram hanc
cauſam reperies oculorum cauitatis à Galeno, imbecillitatem videlicet virtutis re-
gentis corpus noſtrum nequeuntis ſpiritus animales conuenienti quantitate ocu-
lis condonare, quibus oculi ipſi plurimum egent, minuſque & natiui caloris co-
piam natura ipſa oculis conſentire valet. Quo fit, vt ipſi iis priuati ſtipentur, con
trahanturque, quod idem eſt, quod cauum oculorum, Deinceps dixit, & tempo-
ra aſtricta, indicium enim hoc malum eſt, quoniam naturæ contrarium, operans
enim natura in hominis figuratione, tum neceſſaria, tum vtilia,tum decenti orna
tu conuenientia procreauit, vt rectius liberiuſque hominis facultates, functiones
natura eidem attributas conducere valerent, quibus deficientibus, vel natura fun

gi non poterit officio proprio, vel inutiliter operabitur præter ſemitam operationis naturæ, ob quam rem natura in hominis fabrica carnem ad naturam muſculi vergentem temporibus inſerit,quę carne repleta ad conuenientem figuræ eminentiam pro faciei decenti ornatu conducerentur. Vbi igitur vi morbi acuti tempora aſtricta, ſeu collapſa,applanataque fuerint,id operi naturæ contarium eſt,ac pro decenti ornatu, ſaluteque humani corporis deterrimum. Ad functiones etiam, in quas homo per tempora natura exire debet, neque rectè, neque vtiliter peractæ erunt. Sunt autem eorum temporum per muſculos ſuos, operationes, & motus maxillam videlicet adducere, dum aliquid mordemus, vel edimus, vel os claudimus,& cum quis dentes firmauerit, ii temporum muſculi tenduntur inuicem,atq. curuantur, & porriguntur.Et hæc videbis à Galeno quarto de Aggreſsibus anatomicis,& libro primo de Motu muſculorum, & ii temporales muſculi ſic à nobis dicti à Græcis Crotaphitæ nominantur, quos à mandendo Hippocrates maſſeteras vocat. Horum autem ſignificationes, & differentias edocuit Galenus quarto de Aggreſsibus anatomicis. Collapſa igitur aſtrictaque tēpora nedum in acutis morbis futuri mali indicia ſunt,quia ſint naturę contraria,ſed etiam quoniā cauſam habent, tum virtutis corporis imbecillitatem non potentis natiuum calorem,neque ſanguinem, minuſque ſpiritum ad ea demandare, tum quoniam indicant conſumptionem carnoſæ partis, atque eorum temporum corruptionem. Quo fit vt prius epilogiſmo,nunc analogiſmo induxerimus in acutis morbis. Tempora aſtricta indicium eſſe deterrimum. Et inde attulit Hippocrates aures frigidæ, contractæque, & fibræ earum verſæ, ſubaudi tu, in morbis acutis indicium eſt horrendum, atque exitioſum, tum quoniam naturæ contrarium, tum quoniam debilitatem virtutis gubernantis corpus hominis indicat, tum quoniam conuulſionem principis partis hominis promittit: Porrò primum conſiderandum eſt, quo nam modo aurium frigiditas contractioque ſint naturæ contrariæ, vt ad epilogiſmum veniendo inducamus eas in morbis acutis exitioſas atque lethales eſſe. Igitur non lateat te, aures eſſe inſtrumenta auditus, & ob hoc voces, & earum differentias iudicant, vt dixit Ariſtoteles.Non ab re dixit Plato vt ait Galenus in libro de Hiſtoria Philoſophica, auditum fieri per pulſum aërem, qui auribus inſidet,pulſumque in principem animæ ſedem ferri, illicque ſic ſenſum auditus committi. Et ideo dixit Plato in libro de Lege,auditus eſt ſenſus,qui per aures vocem haurit,& ea quippe inſtrumenta in modum cochleę obuoluta ſunt,& vti tintinnale edito in loco ſuſpenſa, vt melius irruentis aëris ſonitus, pulſuſque omnes agnoſcant, detineantque: vel etiam obuoluta, anfractuoſaque ſunt, quoniam breue eſt cerebri ad aurem ſpatium, vt ait Galenus in libro de Diſſectione viuorum: ſi enim aëris ad cerebrum rectus eſſet ingreſſus, iis ex ſui qualitate,& ſubſtantia cerebrum offenderet. Prudens igitur natura vt per tam breue ſpatium iter aëris prolongaretur, meatum anfractuoſum auribus inſeruit. At interroganti cur duo hæc organa, Aures ſcilicet & Naſus in nobis ſemper aperta inueniantur, quòd non contingit in aliis ſenſoriis, Huic dicere conſueui de auribus primum. Cum eæ ſint organa in exterioribus capitis partibus à natura ſita,non potuit decenti cum ornatu illis operculum contribuere,& hac de cauſa vt ipſa tuta ſint ab extrinſecus oppugnantibus,operculi loco natura ipſa obuoluta, & anfractuoſa conſtituit. De naſo verò, dico cum Galeno, quoniam ipſe à natura, vti emunctorium vnum cerebri ſuperfluitatum conditum eſt, vt regat viſcidos mucos à cerebro exeuntes & veluti in latibulo abſcondat, ei natura formam fabricauit extrinſecus longam, & præeminentem, neque natura ei operculū dedit oppugnans indecenti corporis ornatui,& hac de cauſa, organum eſt in extimis partibus locatum. Cur autem ſemper apertus ſit naſus, hac de cauſa eſt, quoniam nō eſt à natura productus,vt tantum odoratui deſeruiat, ſed etiam vt reſpirationi adminiculetur.Contingit autem aliquando, vt clauſo ore animal reſpiret, & vbi tunc reſpirationis via per apertum naſum haud quaquam ſeruaretur breui temporis ſpatio animal necaretur,& propter hoc naſus ſemper patulus habetur. At iterum petenti cur aures ad capitis latera inſerta ſunt,oculi verò in anteriori parte ſiti ſunt? Dicendum quippe opinor: Ideo oculos in anterioribus faciei poſitos eſſe, quoniam viſio ſecundum rectitudinem fieri conuenit,

vt ait

A vt ait Galenus libro decimo de Vſu partium cap. duodecimo, & in libro de Anatomia viuorum, & in libro de Oculis. cap. ſexto ſecundæ partis. Auditus verò ab omni poſitionis differentia mutari contingit, ob quam rem cum locus in homine pronus ad omnem ſenſus mutationem vndique, ideſt ad omne loci diſcrimen magis ſit lateralis ſitus. Igitur ob hanc cauſam aures, quæ ſunt inſtrumenta auditus, rectius natura in lateribus capitis inſeruit. Quoniam autem locus mutationis ſenſus, ſecundum rectitudinem factus, eſt pars capitis anterior, igitur rectius oculos, qui ſunt inſtrumenta viſus ſecundum rectitudinem mutati, in anteriori capitis parte natura ipſa locauit. Et iterum quiſpiam quæret, Cur natura vacuas inſtituit aures? Cui dico vt Galenus ait in libro de Hiſtoria Philoſophica, autoritate Alcmeonis, vt auditæ rei reſonantia perfectius auditum mutet, omnia namque vacua reſonare contingunt, quoties in ipſa vox aliqua feratur. Præterea modum ſubſtantiæ aurium edocens Galenus ait ipſas natura cartilagineas eſſe, præſertim ſecundum id, quod extra apparens eſt, initio quippe eius cartilaginis capto ab oſſe petroſo,
B & carne vacant, atque exangues ſunt, neque adeo molles, veluti caro, tunc enim debitam, & decentem earum figuram ob mollitiem ſeruare non poſſent, maxime quidem neceſſariam vocum apprehenſioni, & ob hanc cauſam aures extra, & ante natura factæ ſunt præeminentiores & rotundæ, vt videlicet vltra id, quod facile per hanc figuram de obiecto audibili rectius accipere poſſunt, etiam vna ſimul figura illa orbiculari plures, ac varias voces apprehendere, & earum facultas iudicare valeat. Cæterum neque vti os, duræ ſunt aures, hoc quippe eſt, vt flecti poſsint, ne ab oppugnaculis frangantur, & ſanè aures nerueæ ſunt. Teſtimonium habemus Galenum in decimo ſexto de Vſu partium. cap. ſexto vbi ait. Porrò quemadmodũ deliniamenta quædam muſculorum ſunt circum aurem, ſic & nerui minimi ad locum eum veniunt, in iis verò, quæ mobiles valde, ac magnas habent aures, quemadmodum in orbem auris multis muſculis eſt redimita, ita & nerui magni in eos diſtribuuntur. Diſtribuuntur ii à ſecunda colli coniugatione. Palàm quoque
C eſt ex his quæ diximus, aurium temperaturam per partium temperiem, à quibus tota auris conſtitutio conſurgit, frigidam eſſe natura & ſiccam, quòd ſi in eis maior contingat frigiditas, quàm ſit conueniens per earum naturam, proculdubio frigiditas illa aurium naturæ contraria putabitur, & ob hanc rationem in morbis acutis frigiditas aurium, videlicet plus quàm conueniat naturæ aurium, deterrima erit, quoniam naturæ contraria, adhuc cum aures per naturã præeminentes ſint, & cum ſuis obuolutionibus magis ad ante procliues, vt dictum eſt, nullidubium erit, ſi in acutis morbis aures contractæ extiterint, quòd id aurium naturæ contrarium erit, & hoc quippe deterrimum erit indicium, quia naturæ contrarium. Et propter eandem cauſam, ſi fibræ earum verſæ fuerint, & hoc erit naturæ aurium contrarium, & in acutis morbis exitioſum. Intellige tu fibras, ideſt aurium extremitates, omnium enim victimarum rerum extremitates, vt iecinoris, & cordis, atque aliorum viſcerum fibræ dicuntur, ſic loquitur Celſus libro quarto cap. primo cum ait. Pulmo ſpongioſus, ideoque ſpiritus capax, & à tergo ſpinæ ipſi iunctus, in
D duas fibras vngulæ modo diuiditur, quin & minutæ lineationes illę, quæ à tergo, vt in foliis vitis, aut ficus adinſtar neruorum apparent, fibræ dicuntur vti loquitur Plinius libro decimo ſeptimo capite decimo de Arborum ſationibus, dicens ſolum eligi oportere quàm maximè rimoſum, ne ſol exurat fibras, & hanc fibræ ſignificationem acceptat Galenus libro ſecundo de Temperaturis, vbi ait. Cordis ſimplex carnis natura non eſt, ſed ſunt in eo fibræ, quales in muſculis cernimus, quibus caro circum hæret. Siue igitur aurium fibras earum extremitates dixeris, ſiue earum obuolutas lineationes, quibus circum hærent aliæ aurium partes, ſi illę verſæ fuerint, malum eſt, quoniam in acutis morbis ob eorum caliditatẽ extra naturam aurium fibræ facile extenuari poſſunt, atque ſiccari, ſtiparique, & inde verti, & retrouerſæ tendi magis ad originem neruorum illis ſenſum præbentiũm, vt dicit Galenus. Quo fit, vt aurium fibræ verſæ in morbis acutis malum ſit, quoniam naturæ contrarium, per eandem quippe rationem, & cutis circa frontem intentam, duram, aridamque in acutis morbis eſt malum, quoniam ſic cutis frontis extenuata, ac ſiccata, & ſtipata, eſt extra id, quod cuti frontis natura condona-

uit, & quod naturæ contrarium exiſtit,malum eſt.Hæc igitur à nobis circa aurium indicia, atque cutis frontis dicta ſint per epilogiſticam rationem.Vbi vero eorum cauſas indiciorum, atque affectuum inueniemus ad analogiſmi naturam peruenie mus. Dicemus igitur ſic, in morbis acutis aurium frigiditas malum eſt, ob cauſam quæ eſt imbecillitas virtutis totum corpus regentis, non potentis tantum de calido natiuo & ſpiritibus auribus contribuere, quantum pro earum eſſe expedit, atque naturalibus functionibus, quoniam ea ſola valde imbecillis facta, & ſi alia in dicia nõ mala occurrent,ſpem tollit, & confidentiam futuræ ſalutis corporis ægro ti, vt magis manifeſte poſt narrabimus. Dicam quoque per eandem rationem, in morbis acutis aures contractæ, & fibræ earum verſæ, & item cutis circa frontem dura, intenta, & arida, malum eſt, ob hanc cauſam,quoniam conuulſionem,adde tu ſiccam,indicat, quæ ægrum proculdubio periturum denuntiat, vt ait Hippocra tes quarto Aphoriſmorum, quinquageſimo ſeptimo, & quinto Aphoriſmorum primo. Non dubitabis tu ea quæ diximus indicia ſiccam indicare conuulſionem, quoniam vt ait Galenus primo Prædictionum libro, commento decimo, his partes illæ vertuntur, contrahunturque retrorſum ad originem neruorum illis ſenſum motumque tribuentium, vti contingit in exſiccatis corrigiis, quæ ſtipatæ retrorſum vertuntur, & conuelluntur, & hæc eſt conuulſionis ratio, vt ait Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento trigeſimo nono. Cæterum & color totius vultus viridis,aut niger in acutis morbis exitioſum eſt indicium:tum quoniam ii colo res cum vi morbi extiterint, naturæ contrarii ſunt. Natura itaque cum hominis vultum produxit, illi potius rubidum colorem inſtituit ob ſpirituum, & natiui caloris multitudinem, qua vultus egebat propter copiam ſenſoriorum, quæ ipſi natu ra inſeruit non valentium in ſenſuum functiones exire, niſi ſpirituum,& natiui ca loris copia in his accumularetur, quod præſertim de oculis indicat Galenns primo Prognoſticorum,commento decimo. Vſque huc Epilogiſtica ratione loquuti fuimus, Analogiſmo autem rei ipſius veritatem, ſic ratiocinabimur. Color, vultus niger aut viridis in morbis acutis exitioſus eſt, niger quippe,quoniã mortificatio nem natiui caloris, ſanguiniſque refrigerationem indicat, & horum vtrumque in necem viam promittit, vt dixit Ariſtoteles in de Morte, & vita, & Galenus primo Aphoriſmorum,cõmento decimo quarto. Nigreſcit inquam cum refrigeratur ſan guis,ad inſtar effuſi ſanguinis,qui repente conglobatur, iuxta illud Galeni in libro de Semine, ſanguis cum exit venam confeſtim globus fit, at cum foras exierit, nigreſcit,quoniã putrefit, vt voluit Galenus libro ſecundo de Criſibus cap. duodeci mo. Non te lateat, quòd etſi immodicum calidum adurens motum inchoet pro- gnationis nigri, frigidum tamen immediatius nigrum progignit, iuxta illud Galeni primo Prędictionum, commẽto decimo quem frigidus perinde quaſi nigrum effecit, & ob eandẽ cauſam, viridis faciei color in morbis acutis contumax eſt,mo deratior tamen, vt ait Galenus quàm niger, & liuidus quoniam frigus priuſquàm nigrum conficiat in imitio actionis viridem colorem conducit, & ob hoc viridis color, magiſque ruber, nigri, pallidique naturam ſapit. Quo fit vt color rubens ſalutaris ſit, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo primo. Viridis verò,& maxime niger lethalis: ſanè annotatione dignum eſt,quòd vul tus talis, in quo omnia ab Hippocrate numerata indicia reperiuntur, proculdubio exitioſus eſt, ſi talia ſibi morbi violentia tantum contraxit: ſignificat enim ſiue morbus fuerit acutus ſiue diutinus, conſumptionem humiditatis natiuæ,cum qua non poteſt diu vita perſiſtere, ſi viuere eſt nutriri, vt ait Ariſtoteles libro ſecundo de Anima, minori tamen cum periculo eſt in diutinis morbis ob tepeſcentem magis cauſam,& lentorem habentem,vt dixit Galenus ſecundo Aphoriſmorum, com mento vndecimo nono,& ob hanc cauſam eiuſmodi vultus ab initio diutini morbi videri non poteſt, quoniam non poteſt corpus in his conſumi, niſi longo inter poſito tempore,& neque extrema vi morbi adeo infrigidari.Nempe maiori cũ peri culovultus talis in morbis acutis habetur,ob morbi eius cauſam nequiorem,& plurimum vires corporis perturbantem, interimentemque. Quòd ſi ab initio morbi acuti is apparuerit vultus,exitioſus, ac lethalis valde putabitur, niſi vt ait Galenus ob aliam cauſam talis extiterit,à ſeuitate videlicet, & morbi ipſius maleficio, veluti ſi

A tiſi quis morbo tenetur acuto in frigida regione, aut in anni tempore frigido, aut in temperatura frigida, vel in ſenili frigida ætate, à quibus facile talis vultus apparere poterit, & huius cauſa dixit Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum, vigeſimo ſecundo. In morbis periclitantur, quorum naturæ morbus conuenit aut ætati, aut habitui, aut tempori, quàm quibus horum quædam non conueniunt.

XI.

Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus nec dum ſcrutari aliis ſignis poſsibile ſit, interrogare oportet num vigilauerit homo.

In hoc ſermone agit Hippocrates ad veritatem eorum de quibus proxime loquutus eſt, cum videlicet dixit, exitioſiſsimum eſſe vultum, qui ſimili maxime cōtrarius exiſtit. At eum maxime cōtrarium ſimili dixit eſſe, cuius videlicet naſus cōpreſſus eſt, oculi caui, aſtricta tempora, aures frigidæ contractæque, & fibræ earum verſæ, & cutis frontis dura, intenta, & arida, & color totius vultus viridis, aut niger. In B quo autem morbi tēpore maxime vultus talis exitioſiſsimus ſit, ita vt medicus ęgrotātis perditionem facile pronunciare valeat. Huic alludens Hippocrates dixit. Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, prorſus exitioſus cenſetur, ægrotanſq. maiori cū periculo laborabit, tū quoniam morbi cauſa maleficētior eſt in tam modico tēporis ſpatio corpus conſumere valens, tū quoniam natura nō tā repente amplam tolerat mutationem, quin facile deficiat, & quoniam per alienam cauſam Hippocratis dicti veritas peruerti poteſt, ideo per alia ſigna aliorum videlicet accidentiū ægroto contingentium ſcrutatus ipſe eſt multiplicem cauſam, qua vultus talis ab initio morbi fallit, ita vt ægri perditionem haud quaquam nuntiare debeat, & dixit, nedum ſcrutari aliis ſignis poſsibile ſit, interrogare oportet num vigilauerit homo, ideſt ſi talis ægroti facies apparuerit, & nondum ex aliis coniecturam facere licuerit, priuſquam medicus iudicationem afferat, ægrotantem interrogare oportet, num vigilauerit ipſe, vbi ita minori cum periculo ægrotantis morbum fore præſagibit, Palam autem eſt vigiliam factam plus quàm ratio poſtulat, corpus C noſtrum extenuare, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum commento vigeſimo octauo: cōtingit autem hoc, quoniam immodica vigilia fit propter calorem primæ partis ſenſitiuæ, ideſt cerebri, aut propter intemperaturam, aut propter bilis abundantiam, vt dixit Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento tertio, à quorum quolibet facile conſumi poteſt corpus, facileque refici artis auxilio, igitur ſi talis qualem diximus vultus fuerit, minus grauem eſſe morbum quiſque iudicabit, dicetque vultum talem non eſſe morbi maleficio, ſed aliena cauſa illi occurrente de facili corrigibili. Conſiderandum tamen eſt, quòd quis teneri poteſt morbo ſalubri, ipſum verò mori cōtingit, morietur quippe, non morbi vi, ſed ſymptomate ei occurrente, vt ait Galenus in libro de Cauſis ſymptomatum, vbi igitur in morbis talis fuerit vultus, vti prædiximus, & ſcitum ſit hominem plus quàm ratio poſtulat vigilaſſe, cui medicus breui adminiculari nō poterit, ſi æger perdatur, & vigentior fuerit accidentis cauſa, propter hanc morietur æger, & non morbi cauſa. At etſi D vtręq. & morbi, & ſymptomatis cauſæ æquè vigentes erunt, vtriſq. necabitur ęger. Vbi verò plus vigeat morbi cauſa, & inſomnio facile medicus occurrere poſsit, recedet æger vi morbi, & nō ipſo ſymptomate. Igitur ſi talis vti prædiximus vultus affuerit, & homo nō vigilauerit, morietur ęger, ſic enim promittit vultus, ſed nollē, vt mihi obiicias Hipp. in libro de Arte volentem vigilia homines ęgrotos cōualituros, & ſanitati reſtitutos eſſe, & idem voluit Plato in libro ſeptimo de Legib. vbi ait. Quare quicunq. viuere, & ſapere cupit, maxime quàm longiſsimo tēpore vigilet. Huic dico, cū Hipp. dixit. Num homo vigilauerit, adde, tu plus quàm ratio poſtulat, ideſt immoderata vigilia vigilauerit, vt ait Galenus in ſecundo Aphoriſmorū commento III. refutans eorū mentem, qui dicebant, vigiliam nullam eſſe immoderantiam, eſt inquam moderantia vigilię illa, quam dixit Galenus tertio artis medicinalis, ingredi latitudinem cauſæ ſalubris, & idem eſt, quod vigilia mediocris, de qua loquitur Hipp. in libro de Arte vbi dixit, At enim vigilia vtentes conualuerunt, & ſic Plato ſuum attulit ſermonem, cum in libro de Legibus dixit. Quare quicunque viuere, & ſapere cupit maxime quàm longiſsimo tempore vigilet, ſola ſanitatis commoditate ſeruata, deinde dicit,

An aluus reſoluta admodum fuerit. A

ALTERAM exteriorem cauſam vultus, quem prædiximus in ægroto corpore apparentis, & non morbi vitio attulit Hippocrates & dixit, an aluus reſoluta admodum fuerit, ideſt interrogare oportet. An alui excrementa crebra valde, & liquida extiterint, vbi ita vultum talem non morbi violentiæ cauſa, ſed illius, quæ exterius cauſæ occurrit, putandum fore quis arbitrari debet, & tu conſidera, quòd alui fluor, vt ait Galenus ſexto Aphoriſmorum cõmento decimo ſexto, quandoque morbi ratione contingere poteſt, & vbi ſic talis in morbo illo vultus apparuerit, vti morbus, talis vultus exitialis erit, quoniam is à mortifica cauſa prodit, & morbi ſcilicet & alui fluoris: vbi vero non ſit alui profluuium præ morbi ratione, & eo vultus talis extiterit, ab eo nemo ægroti perditionem præſagire valebit, quoniã alui fluor exterius ipſi morbo occurrit. Quòd autem vultus qualem diximus ex alui immoderato fluore contingere poſsit, videre poteris Galenum ſecundo Aphoriſmorum commento trigeſimo ſexto & trigeſimo ſeptimo, vbi nimium alui fluorem noſtra conſumere, atque extenuare, exoluereque corpora oſtendit, ob quam rem, & eo nedum corpus totum ſiccum redditur, verum & illius imbecilles fiunt facultates omnes, quo fit vt neque faciei, neque illius partibus ſpiritus & natiuum calorem, minuſque ſanguinem conſentire valeant, ob quam cauſam hæ à natura ſua lapſæ veſtiuntur diſpoſitionibus, quibus vultus ſibi ipſi naturali contrarius exiſtit. Et notatu dignum eſt, vt dixit Galenus libro primo Prædictionum commento vndecimo, quòd ſicut alui fluor, & faciem, & eius partes ſic afficere poteſt, pariter & omne genus immodicæ euacuationis id inducere poterit, ſiue fuerit è naribus, aut vulua, aut hæmorrhoidibus, aut vrina, aut vulnere, & quouis modo alio, veluti etiam quæcunque faciem, & eius partes extenuare, atque exſiccare, & à naturali ſui forma facile peruertere valent, vti de inſomnio diximus, poſſunt talẽ qualem diximus vultũ prodere, qualis eſt mœſtitia, & alia, ob quæ mœſtitia facile pro gigni poteſt, vt amor, ſollicitudo, inuidia, & huiuſmodi. Dixit enim Plato in Laches. Arbitramur terribilia eſſe, quæ metum incutiunt, Hæc cum omnia ſint exteriores cauſæ vultus prædicti, non dicetur propterea vultus ille exitioſus. Deinde dicit. B C

Et an fame affectus.

DE exterioribus cauſis, à quibus iam dictus vultus apparebit in morbis acutis, & non vi morbi tertiam adiecit Hippocrates cauſam, & dixit, & an fame affectus ſit homo ille, qui morbo acuto tenetur. Cui in vultu indicia apparent, de quibus ipſe proximo ſermonem habuit, at vbi ita fames adfuerit, non tam grauis erit vultus ille, neque futuri mali nuntius, quam eorum indiciorum apparentia non erit ex morbi malignantis ratione, ſed ex cauſa exteriori, quæ illi immodice occurſat, & intellige tu per famem hic, eximium omnem ciborum defectum, vti intellexit Hippocrates libro ſecundo de Morbis vulgaribus, vbi dixit. In oppido Aeno, qui ob famem leguminibus veſcebantur, crura debilitata ſunt, & idem voluit ſecundo Aphoriſmorum, decimo ſexto vbi ait. Vbi fames laborandum non eſt. Palam autem eſt fame hac noſtra exſiccari corpora, vt dixit Hippocrates ſeptimo Aphoriſmorum, ſexageſimo, & Galenus ſecundo Aphoriſmorum commento decimoſexto: & huius exſiccationis corporis à fame attulit Galenus duplicem cauſam ſeptimo Aphoriſmorum commento ſextodecimo. Prima eſt, quoniam ex defectu alimenti à caliditate ambientis, humiditates corporis exoluuntur. Secunda eſt, quia nullo corpori alimento oblato natiuus calor agens ad ſui tutelam operatur primo in humiditates carneas, quippe ipſas reſoluens, & totum corpus extenuans, atque exſiccans, & hoc eſt, quod ſcripſit Hippocrates ſeptimo Aphoriſmorum vbi ait. Corporibus humidas carnes habentibus famem adhibere conuenit, fames enim corpora exſiccat, neque vt mihi obiicias velim animalia, quæ hyeme in latibulis conduntur cum omni vacant cibo, eorum tamen corpora non exſiccantur, vti dixit Ariſtoteles octauo de Natura animalium, cap. decimo ſeptimo. Huic dicerem quod animalia, quæ hyeme in latibulis abſconduntur, non fame afficiuntur, ſed ob eorum abundantem, & largam humiditatem, ea vti cibo veſcuntur, & pingueſcunt, D

ſcunt,vt dixit Ariſtoteles,at neque eorũ carnes exoluuntur,quoniam neque extrinſecus ab ambiente calefiunt, neque intrinſecus à natiuo calido,cui in his vnquam alimentale non deeſt humidum, Nempe ob quas cauſas in morbis acutis, & quibus vultus, vti prædiximus apparere contingat,longiore ſermone digreditur Galenus primo Prædictionum commento vndecimo & tu vide, & conſidera. Deinde dicit.

Et ſi quid horum comprobet,minori cum periculo eſt, Iudicantur verò talia per diem, & noctem, ſi ob has cauſas talis fuerit vultus: Si verò nullum horum dixerit, neque prædicto tempore deſtiterit, eſſe exitioſum ſciendum eſt.

EDOCET nos Hippocrates præſagire ſuper id, quod ab ægroto corpore inquiſiuit medicus, vt eo cauſam conſumptionis vultus prædicti adipiſcatur, & eo de termino morbi in ægrotante, cui vultus talis inſeritur, præſentire valeat, & dixit. Et ſi quid horum inſomniũ videlicet, & alui fluorem & famem comprobet, affirmetque æger, illius in morbo affuiſſe: quòd vultus talis comitatur, eo tunc medicus non erit futuri mali ægroti corporis præuiſor, neque necis periculum ægrum inuaſurum præſagire poterit, quoniam vultus talis non continget morbi violentia, ſed aliena, exteriorique cauſa, & ob hoc conſiderandum eſt, quòd quandoque vultus hic nullam exteriorem cauſam detinebit, ſed morbi vitio ſolum ægroto accidet, quandoque verò vtriuſque rationem eidem ineſſe poterit, ſed & morbi maleficio, & exterioris afficientis cauſæ. Tunc enim hinc, & inde futuræ ægri internetionis iudicationem facile quis afferre poterit: ſanè & quandoque vultus talis, ſolius ratione exterioris cauſæ, & non morbi nequitia ægrum inuadet, fiet autem tunc, vt quis ægroti futuræ ſalutis ſpem, & confidentiã aſſequatur, atq. ægrum conualiturũ prænuntiet. Quo fit,vt ait Galenus tali à medico facta interrogatione,quam approbet & affirmet æger,audientibus quippe ęgro,& aſsidentibus ab ipſo factam præſenſionem modo dicto, admirabuntur medicum,ſiue ad vnam, ſiue ad plures earum ægri interrogationes reſponſum dederit,ſed quiſpiam Hippocratem interrogabit, quo quis cognoſcet talem fore vultum per ſolam exteriorem cauſam, abſque morbi maleficentia occurrente:cui dicit Hippocrates, iudicantur verò talia per diem, & noctem, ideſt iudicantur, & talia cognoſcuntur, ſi ob has cauſas exteriores talis vultus fuerit per temporis interuallum diei, ac noctis. Sed conſidera tu, Hippocratem præfixum diei, ac noctis tempus,decernere non potuiſſe, quo talia cognoſcere poſsimus. Tum quoniam longitudo,vel breuitas temporis abolitionis prædicti vultus pendet à qualitatis, vel cauſæ fixione, ad ſui effectum, quæ cum cognitu valde difficilis ſit, valde quoque difficile erit tempus talis fixionis præfigere. Tum etiam quoniam certa rei quantitas ſtylo ſcriptorio ſcribi non poteſt, minuſque lingua proferri, vt ait Galenus in Tuendæ ſanitatis libro. Igitur vt Hippocrates tempus abolitionis talis vultus, breue eſſe oſtenderet, ipſum ſpacio diei, ac noctis expreſsit. Breue quidem eſt tempus,quo talis vultus conſumptio auferri poteſt, quoniam ipſa non inſeritur vultui, vti habitus difficilè remouibilis, ſed vti diſpoſitio,quæ facile propulſioni cedit, vt aiunt Philoſophi. Igitur cum talis vultus conſumptio cauſam habeat exteriorem, ſi morbi vis non adfuerit, ei inerit, vt diſpoſitio, quæ cum facile à vultu propelli poſsit, præfixit Hippocrates breue tempus propulſionis diei, ac noctis, & hoc non contingit de vultus conſumptione per occurſum malæ cauſæ morbi, quoniam ipſa velu ti habitus vultui affixa eſt, vt remaneat talis, vel deterior fiat. Vbi verò vel natura, vel arte ſicut morbus,ita & vultus conſumptio tolli poſsit, longo temporis ſpatio egebit: quod quàm difficile hoc habeatur, indicat Hippocrates, cum dixit, ſi verò nullum horum dixerit, neque prædicto tempore deſtiterit, ſignum eſſe exitioſum ſciendum eſt. Sed dubitatio oritur, an hæc vultus conſumptio ſi inter initia acutorum morborum apparuerit, ſitque ex morbi maleficentia, firmam afferat iudicationẽ de futura corporis ægroti internetione. Huic reſpondet Galenus primo Prædictionum libro, ſic ſcribens, ego igitur dico non ſemper fieri talia, nec ſi

ſiant, firmum aliquid indicare, Nos autem dicimus, ſi conſumptio talis vultus exti terit à principio morbi acuti, cum ea in tam temporis ſpacio breui contingat, ſanè indicabit cauſam morbi peſsimam fore, atque contumacem facultati totum corpus regenti. Quo fit, vt cauſa morbi eam obtineat facultatem, adeo vt ſub cauſæ morbi malitia, virtus haud quaquam reſurgere poſsit: ob quam cauſam in nobis firmabitur iudicatio de ſubita virtutis imbecillitate, & eius futuro caſu irrecuperabili, ſi prædicti vultus indicia ab initio in morbis acutis nobis apparuerint: vbi verò his adhuc apparētibus æger conualuerit, id Diis adſcribatur, vt ait Hippocrates in libro de Decenti ornatu, & in libro de Inſomniis, & Plato in Theage, vbi ait. Si enim Deo gratum eſt, permultum quidem, & breui proficies, ſin contra, minime. A

XII.

Si vero morbo antiquiori exiſtente, vel tertiano, talis fuerit vultus, de iis interrogare oportet, de quibus antea monui: alia quoque ſigna eſſe conſideranda, quæ in toto corpore, atque etiam in oculis exiſtant. B

CONSIDERANS Hippocrates nominis principii morborum multiplicitatem, cupienſque, ne per ignota in ſcientia, & arte procedatur, edocet, qua principii ſignificatione vti velit, cum dixit ſi igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, & inquit, ſi verò morbo vetuſtiore exiſtente ideſt vltra tempus primum, quo morbus ægrum inuadit, aut tertiano, aut quatriduano, horum enim quilibet ſiue tertianus affuerit morbus, ſiue quatriduanus, ſanè antiquior eſt morbo illo, qui primo inſultu ægrum accipit. Ob quam rem cum dixit initia, noluit primos affectus inſultus, ſed his antiquiores, quorum terminus tertium, vel quartum diem, vltro nō protenditur, ſed hic conſideratione dignum eſt, quod morbi principium inuenitur duplex, ex Hippocrate libro quarto de Morbis, vnum quippe quod ſequitur cauſam, qua morbis hominem capit, & hoc vt ait triplex eſt, quorum quodlibet dicitur principium, ex quo morbus fit. Primum videlicet plenitudo, ſi non purgetur. Secundum ſi quid ex cœlo obueniat ineptum, & præter victus rationem hominem offendens. Tertium verò ſi quid violentum accidit, ex quo homo ægrotet. Horum verò principiorum nullum voluit Hippocrates cum dixit. Si igitur inter initia morbi: quo autem modo his medicus obuenire valeat, illic Hippocratem conſiderabis. Eandem poſuit ſententiam principii Hippocrates in libro de Affectibus, vbi ait, & ſic ſi conſiderabis, ac deprehenderis principiū morborum, vnde videlicet vnicuiq. natura ſit, minime aberraueris. Alterum verò morbi principiū, quod totius morbi conſtitutionis pars exiſtit, vt loquitur Hippocrates in libro de Affectionibus de quo loquens Galenus primo de Criſibus, cap. ſexto dixit, illud fore duplex, vnum quippe ſine latitudine exiſtens, & eſt id, quod vocant primum, & indiuiſibilem acceſsionis inſultum, vti quidam. Quoddam nunc ſine latitudine appellitant, in quo nunc etiam latum tempus obſeruamus, vt cum dicimus, nunc eſſe hyemem, vel nunc tale eſſe tempus. De eodem quoque principio ſermonem habuit Galenus primo Prædictionum, duodecimo commento. Sanè huius principii morbi nullam Hippocrates habuit intelligentiam, cum ſermonem fecit de Morborum principiis, vt in Prognoſtico, cum ait; ſi igitur inter initia morbi, & primo Aphoriſmorum duodecimo vbi ait: ſi ſputum ſtatim morbo incipiente appareat, & in ſecundo Aphoriſmorum vigeſimonono inquiens, cum morbi inchoant, & trigeſimo dicens. Circa initia, & fines omnia imbecilliora, & primo Aphoriſmorum vigeſimo quarto vbi ait: in acutis paſsionibus rarò, & in principiis medicinis purgantibus vti, ſi enim Hippocrates, principium cepiſſet in dicto ſignificato, quo nam modo quis circa morborum principia conſiderare poſſet, cum morbus confeſtim vigeat. Liquet autem Hippocratem in modo dictis Aphoriſmis obſeruaſſe, quemlibet principia morborum conſiderare debere. Si poſt principium, & non ſtatim morbus vigeat, & hæc longiore ſermone videre poteris à Galeno primo de

C D

A mo de Criſibus. Alterum quippe eſt morbi principium, quod cum latitudi ne exi ſtit,& hoc duplici diſcrimine partitur.Vnum eſt,quod eſt totius conſiſtentiæ mor bi pars,& id non ad multũ protenditur tempus,vt ait Galenus in Prognoſticis, de quo ipſe loquens in primo de Criſibus cap. octauo dixit. Principium ſecundum la titudinem, quod nullum habet artificium, ideſt, quod illius nulla eſt artificioſa co gnitio, neque aptum eſt plurimum oſtendere, quæ natura contingunt, & quod vltra tertium diem non extenditur: Alterum verò eſt etiam latitudinem habens, quod principium cruditatis Galenus primo deCriſibus appellat,quoniam in eo nõ apparent coctionis indicia, ſed huius artificioſa eſt cognitio,qua plurimum oſtẽde re natura aptum eſt, de quo loquens Galenus primo Prædictionum, commento duodecimo dixit. Nec non primum ægrotationis tempus à quo alterum nume-rant aſcenſum, deinde tertium conſiſtendi vigorem, & demum quartum, inclina tionem. Palam igitur vnicuique ſit de quo morbi principio intellexerit Hippocra tes cum dixit. Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, quoniam principium
C morbi voluit Hippocrates quod latitudinem habet ſine artificio, quod vtique ad triduum vſque extenditur, & huius veritatis exemplum attulit Hippocrates vt ait Galenus primo de Criſibus, cum dixit,ſi autem longior morbus fuerit, quàm qua triduanus.Principium ſecundum latitudinem manifeſte nobis oſtendens vſque ad tertium diem extendi. Igitur ſi morbo exiſtente triduano, vel quatriduano in eo exactè præſagire voluerimus, operæ precium eſt,in tali facie,quam demortuam vo cauit Galenus primo de Criſibus,interrogare ea,de quibus iam admonuit nos Hip pocrates,& vbi alterum eorum ęger affirmauerit minori cum periculo ægrum fore prædicemus, ſin contra, ipſum maiori cum periculo mortis facile eſſe arbitrabi-mur; itaq. ſi morbus triduano longior erit, vel quatriduano,dum tamen non exeat naturam morbi acuti, & in eo præſagire exquiſitè putabimus, de maiori, vel mi-nori mortis periculo, modo etiam eodem ægrum interrogare oportet, & vbi alte-
C rum horum æger fore aſſentiat hæc, quæ diximus ſigna non admodum exitioſa erunt, ſin contra, peſsimum cenſetur. Et tanto deterius, ſi illis antea dictis ſignis hæreant, ſigna exitioſa tum in toto corpore conſideranda, tum iterum in oculis, & hoc dixit Hippocrates inquiens. De iis interrogare oportet, de quibus antea monui. Alia quoque ſigna eſſe conſideranda, quæ in toto corpore, atque etiam in oculis exiſtant.

De ſignis, quæ in oculis exiſtunt.

XIII.

Si enim lucem effugiant, aut nolentes illachriment, aut peruer tantur, aut alter altero fuerit minor, aut candidum rubidum ha-beant, aut liuidas, aut nigras venulas, aut pituita appareat, circa obtutum, aut ſubli mes, tumidiue oculi, vel caui admodum fue-rint, vel totius color euariet vultus: hæc omnia mala eſſe, atque exitioſa, cenſendum eſt.

D SIGNA, quæ ante dictis ſignis hærentia ſunt conſideranda, tum ex toto corpo-re, tum ex oculis particulatim cepit Hippocrates in hoc ſermone nos edocere, vt clarum nobis faciat verbum hoc, quod iam dixit. Nec dum poſsibile ſit aliis ſcrutari ſignis, ſequens ipſe iam inceptum de oculis ſermonem, cum propter ipſos indigere pluri ſpiritu, maxime gubernatur medicus in præſagiendo ab his de futu ro termino acutorum ad ſalutem, aut mortem, & dixit, Si enim cum vultu letha li, vt prædiximus oculi lucem effugiant, peſsimum eſt, quoniam eo concreſcet iu-dicatio de futura nece corporis ęgroti. Tum quia duplicatur contrarietas naturæ oculi: tum quoniam id indicat imbecillitatem facultatis corpus noſtrum regentis, non potentis regere ſitum natura oculis datum, minuſque conuenientem copiam ſpirituum animalium eis condonare poterit, qua egent oculi ad decentem, & for

tem viſionis functionem expediendam, & hoc deterrimum, atque exitioſum eſt, At idem dixit Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus,vbi cum dixit de cauis oculis in morbis qui morti adſcribūtur,ait. Malum eſt etiam lucis ſplendoré fugere,quòd ſi duo hæc in vnum coëant, videlicet vultus lethalis, & ſplendidæ lucis fuga, proculdubio breui futura eſt mors,quoniam ea valde naturæ contraria ſunt, & ea quippe naturæ valde contraria,epilogiſmo ipſa valde exitioſa fore putandum eſt. Sed hic notatu dignum eſt,ob quam cauſam oculi lumen effugiant, vt inde nobis perſpicuum ſit, quonam modo malum ſit in morbis acutis, oculos lucis ſplendorem effugere, & hoc analogiſtica ratione comprobabimus: & conſiderandum eſt, oculum eſſe organum, quo virtus animalis ſuam abſoluit operationem, quam omnes viſionem vocant, ob quam Deus oculos nobis vtiliter donauit,vt ait Plato in Timæo, inquiens,maximum opus, cuius gratia à deo nobis oculi vtiliter donati ſunt, eſt. Quoniam optimarum rerum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt, nam hæc quæ de mundo diſputantur, nunquam inuenta eſſent, ſi neque ſydera, neque ſol, neque cœlum ſuſpici potuiſſent. Hoc enim maximum beneficium oculorum eſſe dico, cum nihil vnquam maius mortalium generi datum eſt Deorum munere, neque dabitur, & ob hoc dixit Galenus tertio de Vſu partium, cap. decimo oculum ſimillimum eſſe ſoli, inquit enim animal quoddam paruum eſſe mundum aiunt viri veteres naturæ periti, eandem namque in ambobus ſapientiam creatoris inuenies, videlicet, & in mundo, & in animali,non quippe in animalis corpore, ſolem oſtendam, ſed in mundo ipſo, in quo nihil ſole præſtantius, & melius eſt,ſed oſtendam organum lucidiſsimum, & ſoli quàm ſimillimum, & hanc ſententiam voluit Plato in Dialogo ſexto de Repub. ubi ait, viſus ſol non eſt, neque oculus, cui ineſt viſus, ſol eſt,ſed ex omnibus ſenſuum organis, vt maxime ſolis particeps. Qui tali creatoris fabricæ oculus præditus eſt excellentia, quali non ſunt omnia alia ſenſuum inſtrumenta, vt ait Galenus in ſeptimo de Decretis Hippocratis & Platonis. Neque in his tantam animalis ſpiritus copiam inuenies, quanta eſt, quæ in oculo continetur. Igitur ſi oculus ſit ſoli ſimillimus & ſol lumen per aërem diffundit, luce ei ab opifice inſerta, ita & oculus prodit lumen per aërem medium luce ipſi condonata per virtutem animalem regentem oculum. Quo fit, vt viſus inſtrumentum admodum perſpicuum ſit, & luce, & ſplendido ſpiritu, qui in oculo continetur, vt ait Plato in Theæteto,& in Timæo, & Galenus tertio de Vſu partium,& ſeptimo de Decretis Hippocratis & Platonis, vbi igitur animalis facultas adeo imbecillis fuerit, vt neque validam lucem, neque decentem ſpirituum copiam oculo ad perfectam viſionem conferre poſsit. Quo fit, vt lux pariter debilitetur, & ipſius etiam ſpiritus fulgor remmittatur, cui oculo occurrente aëre lumine ſolis ſplendido ambiente inquam oculum ipſum nullo extrinſecus vitio affecto, lumen illud aeris & cuiuſuis maioris ſplendidi oculus effugiet ob timorem, ne lux, & ſpiritus præ ſui imbecillitate ab animali orta facultate reſoluantur, ob quam rem, vel oculus palpebra obſerabitur, vel manu, aut operculo alio abſcondetur, aut ad contrarium peruertetur: & communis cauſa in hoc eſt, quoniam ab excellenti ſenſibili corrumpitur illius ſenſibilis ſenſus, vt aiunt Philoſophi, Galenus quonam modo ab excellenti, & ſplendida luce oculi noſtri offendantur longo ſermone enarrat,libro ſeptimo de Vſu partium. cap. tertio, & idem voluit Hippocrates in libro de Medico,vbi ait, Deinde vt nequaquam faciem aduerſam ſplendori æger habeat, infeſtat enim viſum debilem,omnis autem occaſio ſufficiens eſt ad debiles oculos conturbandos, & hæc approbant verba Galeni primo Prædictionum,commento tertiodecimo inquientis. Itaque refugere lucem quod inquam eſt aduerſari propter debilitatem accidit viſoriæ facultati, & tu conſidera, quod oculi quanquam turbari poſſunt abſque debilitate virtutis animalis tribuentis oculis videndi poteſtatem, & ob hoc etiam oculi luminis ſplendorem effugient, ab eo tamen non ſumetur indicium futuræ perditionis,ſed ſolius oculi ſic offenſi, vti cum quis à tenebris ad ſplendidam lucem tranſierit, & contra à luce ſcilicet ad vmbram, & hanc ſententiam voluit Plato in ſecundo Dialogo de Republica, vbi ait. Verum ſi mentem quis habuerit, recordabitur quòd duobus modis, & duabus ex cauſis turbari oculi conſueuerunt, & cum ex lumine ad vmbram

A bram deſcendimus, & cum ex tenebris in lucem prodimus. At exemplum huius attulit Galenus in decimo de Vſu partium, de iis qui à Dionyſio Siciliæ Tyranno obcęcabantur,per eorum tranſitum à tenebroſis carceribus ad ſplendidam domus aëriſque lucem. Igitur ſi quipiam lumen effugerint, morbuſque poſt triduanum extiterit, vt ait Galenus exitioſum erit, atque lethale. Vel ſi morbus acutus fuerit, & triduano vetuſtior, & vultus exitioſus fuerit, & oculi lumen effugerint,certius præſagire poterimus mortem breui futuram fore, cæterum ſi oculi nolentes illachryment, ſi poſt triduum adhuc fuerit morbus acutus, vel triduanus, exitioſum eſt indicium, vt ait Galenus; vel ſi morbo exiſtente acuto, vel triduano, vel poſt triduum vultus lethalis extiterit, & lucem effugerint, aut lachryment nolentes exquiſitam futuræ necis iudicationẽ fore putabimus,& hanc mentem habuit Hippocratis libro primo de Morbis vulgaribus, vbi ait, quib. in febrib. acutis, atq. adeo ardentibus ſpontaneæ erumpunt lachrymæ, his eſt ſi reliqua non ſint exitialia na B rium profluuium expectandum, qui incommode habent, ſanguinis eruptionem, verum portendunt mortem, vti Hippocrates dicat, ſpontinas lachrymas in acutis morbis, cuiuſcunque temporis fuerint morbi illi, ſiue in principio, ſiue in triduo, vel poſt triduum, exitiale non fore indicium,niſi his coëant alia ſigna,quibus lethalis vultus efficiebatur. Igitur non erunt lachrymæ inuoluntariæ ſolum in acutis notæ futuræ mortis, ſed ipſe: & vultus exitialis, ſimul indicia erunt propinquæ mortis futuræ, & tu conſidera, ſanè igitur inuoluntarias lachrymas in acutis exitioſas eſſe, nulli dubium eſt. Id quoque dixit Hippocratis quarto Aphoriſmorum quinquageſimo ſecundo & ſeptimo Aphoriſmorum,ſeptuageſimo:& rationem huius attulit Galenus primo Prędictionum,commento decimo tertio vbi ait.Lachrymas inuoluntarias debilitatẽ indicare,detentoriæ facultatis oculorũ videlicet,& illius, quæ in cerebro ſedens oculos regit oculorum namque debilitas virtutis detentoriæ dignoſcitur per lachrymas, vt facile videri poteſt à Galenus quarto Apho C riſmorum,commento quintodecimo ſecundo. Quòd ſi mihi obiiceres inuoluntarias aliquando ab oculis prodire lachrymas, à quibus tamen nullum perditionis ægroti corporis indicium capitur, veluti cum oculi lippitudine, aut palpebrarum aſperitate laborant. Huic dixit Galenus, primo Prædictionum, commento decimo tertio vbi ait. Pari modo ſi oculi illachrymant propter lippitudinem, aut fluxionem aliquam de capite decumbentem, præter naturam affectus eſt, non tamen omnino ſignificat abolitionem: ſi verò propter debilitatem virtutis detentoriæ, exitioſum indicium,lethaleque eſt, & idem dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo ſecundo,& Hippocrates, in libro de Coacis prædictionibus, vbi ait. Malum eſt oculum lachrymari.Quin etiam ſi oculi peruertentur,inquit Hippocrates in morbis acutis, vel triduanis, vel poſt, proculdubio exitioſum eſt indicium.Eandem ſententiam poſuit Hippocrates quarto Aphoriſmorum,commento quadrageſimo nono, & in libro de Coacis prænotionibus, vbi ait, Malus & eſt oculus peruerſus. Cauſam veritatis ſermonis Hippocratis ſic habeto. Id inquam quod principis partis ideſt cerebri conuulſionem indicat ſiccam, lethale eſt, iuxta illud Hippocratis & Galeni quinto Aphoriſmorum, commento primo vbi ait. Conuulſio ab eleboro lethale, & quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo ſeptimo:& quinto Aphoriſmorum,commento quarto:& ſeptimo com D mento decimo octauo:& quinto Aphoriſmorum,commento ſeptimo: & ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto. At in acutis morbis, ſi oculi peruertantur, ſiccam conuulſionem principis partis ideſt cerebri indicat, igitur ſi in acutis oculi peruertantur, lethale eſt. Secundam propoſitionem habes à Galeno quinto Aphoriſmorum,commento quinto vbi ait. Et conuulſio proculdubio fit, neruorum principio patiente: & tertio de Locis affectis, vbi ait conuulſionem eſſe affectionem neruorum motioni deputatorum, quæ fieri non contingit, niſi noxa cerebro iam illata fuerit, ſed quonam modo oculi peruertantur, vt inde cerebro conuulſio inferatur,ſequenti dictione oſtendamus,& id quod in primis ſcire oportet, eſt. Quod motus motus oculorum recti, ſunt quattuor, vt ait Galenus in libro de Motu muſculorum,vnus quippe à dextro oculi ad ſiniſtrum: alter verò contra: tertius à ſurſum ad deorſum, alter contra: Duo alii ſunt orbiculares, cum

oculi figura in orbem conſtituitur, & ob hanc cauſam dixit Galenus in quarto de Locis affectis. cap. primo ſex inueniri muſculos oculum mouentes, vti ſex motus ſunt, quos ſane muſculi quos diximus in oculo efficiunt, ſi igitur accidat, vt muſculus ille, qui ipſum retrahere ſolet, vitiatus fuerit, totus oculus delapſus videbitur, ſi verò iis, qui ipſum detrahere ſolet, affectus ſit, oculus retractus apparebit, ita ſi minoris anguli muſculus vitiatur, ad maiorem angulum, ſi verò maior ad minorem oculus deflectitur, & vbi, vt inquit Galenus,, voluentium muſculorum quiſpiam reſoluitur, obliqua erit totius oculi conuerſio: ex his palam erit, quòd ſi horum muſculorum oculo motum dantium, ii, qui cerebro propinquiores exiſtunt, ſiue etiam ſint, quæ in oculo mollem neruum circundantes ſunt muſculi, quos Græci Crotaphitos vocant, affectum patiantur, quo retrahantur, peruertanturque, ad principium ſui ortus, oculi ipſi ſanè conuellentur, muſculi, quos diximus, & oculi peruertentur, & vbi affectus his ſolis inſit, nullam ægroti corporis perditionem indicat, ſi verò principi parti noxa inferitur, illud quippe exitioſum, & lethale eſt, quoniam cerebri conuulſio ſignificatur, atque ſi oculus inquit Hippocrates alter altero minor adfuerit, exitioſum eſt, adde tu, niſi diſcrimen illud in oculis ęgroti per illius fuerit naturam. Sed vbi morbi maleficio id contingat, admodum lethale eſt, quoniam natiui caloris extinctionem indicat, & virtutis animalis ſedentis in cerebro debilitatem non potentis oculo minori ſpirituum copiam demandare, qua in naturali, & decenti magnitudine oculus conſeruari debet, & hanc ſententiam habuit Hippocrates, in libro de Coacis prænotionibus, vbi ait, & alterum oculum minorem fieri malum eſt, quin imo ſi oculi candidum rubidum habeant, malum eſt, atque exitioſum, in acutis morbis, & idem dixit Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus vbi ait. Et ſi alba oculorum rubeſcant, non bona ſunt. Album enim oculorum rubrum fieri naturæ contrarium eſt, malum autem eſt, quod naturæ contrarium eſt, vt omnium hominum communis eſt conſenſus. ob quam rem epilogiſmo albamentum oculorum rubrum fieri vnusquiſque in morbis acutis fore malum, quia naturæ contrarium facile inducere poterit, Neceſſarium enim fuit, & naturæ conſentaneum panniculum quem corneam tunicam vocant, locum ſupra pupillam, & humorem criſtallynum obtinere, vt in decimo de Vſu partium notat Galenus cap. tertio & quarto. Cui inhæret tunica vuea vti medium inter corneam & humorem criſtallynum, qui vere inſtrumentum viſus exiſtit, vt ait Galenus, nec alia eſt inter corneam, & humorem criſtallynum media tunica, præter vueam, cuius eſt medium foramen per quod lumen ingreditur, & intrinſecus humore repletur albugineo, vt diſtantiam criſtallyni à cornea progignát, vt ait Galenus decimo de Vſu partiū cap. quarto: & in libro de oculis cap. quarto: & quoniam natura ſemper ſolicita eſt ad tutelam rei neceſſariæ, præſertim pro vſu functionum facultatis animalis: ideo tunicam corneam duram condidit, vt ab oppugnantibus externis, humor criſtallynus tueretur, & ne ſui duritie criſtallynum offenderet, mediam vueam ſtatuit: duram quippe etiam corneam natura fabricauit, ne ſui ſubtilitate frangeretur, quam etiam tenuem, & albam progignit, vt eam cito ſpiritus viſorius penetrare poſsit. Sunt enim tenuitas, & albedo, cum in vnum coëant diſpoſitiones facilis, & citæ perueitatis, vt aiunt Philoſophi. At & vueam venoſam, & arterioſam, mollemque natura fabricauit: mollem quippe, vt humorem criſtallynum non offendat: plenam verò venis, & arterii, vt corneam nutriat. Natura enim, vt Galenus decimo de Vſu partium cap. quinto: Tunicam hanc corniformem, alimenti difficultate laboraturam condidit, vt quæ neque longo interuallo attrahere queat, neque in ſe ipſam venas recipere valeat, cum denſa ſit, dura, ac tenuis, ortaque à duro panno cooperiente cerebrum, ſupra quam tunicam corniformem altera procedit tunica, quæ penitus non circundat, veluti aliæ, ſed circiter corneam cooperit, quia non partem illam, ſub qua pupilla per foramen vueæ apparens clauditur, vbi enim cornea ab ea operiretur ſpiritus eam perforare non poſſet. Quo fit, vt omne ipſius naturæ miſterium facile periret, & hanc tunicam vocant coniunctiuam, eo quòd alias omnes oculi partes coniungat, & quoniam non à tunica matre oritur, quidam non eſſe dicendam tunicam putabant, ex neruis enim, & venis ſubtilibus conſtituitur, hæc omnia videre poteris ab Hip-

A ab Hippocrate in libro de Locis in homine, & in libro de Carnibus, & à Galeno decimo de Vſu partium. Nempe igitur his, quæ diximus, palam eſt, naturam in oculi conſtitutione neceſſaria albamenta fabricaſſe, quæ in omnibus animalibus ſimilia ſunt, vt ait Ariſtoteles primo de natura Animalium. cap. decimo vti tunicam coniunctiuam, quam corollam vocant, quæ circiter foris oculum ambit, & tunicam corniformem, quæ totum exterius ambit oculum, vt eorum albedine, & per ueitate viſio facile ad exteriora penetrare valeat, ſi quippe viſio fiat, extra mittendo, vt voluit Plato in Timæo, quem ſequitur Galenus libro ſeptimo de Decretis Hippocratis, & Platonis: & hanc mentem habuit Hippocrates in libro de Carnibus, & in libro de Locis in homine, etiam ob eandem cauſam oculi albamentum prognatum eſt, ſi viſio fiat intus acceptando, vt placuit Ariſtoteli in libro de Anima, & in libro de Senſu & ſenſato: Quorum quęverior opinio fuerit, videre poteris à Galeno ſeptimo de Decretis Hippocratis & Platonis. Ob hanc igitur cauſam ſi candidum oculi in acutis morbis rubrum apparuerit, proculdubio mala erit præ-
B ſagitio: tum quia contra oculi naturam eſt: dixit enim Ariſtoteles, candidum oculi magna ex parte ſimile in omnibus eſt, tamen quoniam ſignificatur, aut plenitudo ſanguinis in principe ſede, aut in eadem inflammatio, quo fit, vt ad venulas oculorum irruat ſanguis, tum ad coniunctiuam venoſam, tum ad vueam, à qua tunica corniformis alimentum ſibi laborat, quæ venas deſiderat, ſui tamen albedine, & perueitate rubedo venarum vueæ tranſparens videtur candidum tunicæ corneæ rubidum. Ob quam rem, cum oculi candidum, rubrum apparuerit ex morbi acuti maleficentia procul dubio deterrima erit præſagitio propter indicatam noxam principi parti ideſt cerebro illatam. At deinceps dixit Hippocrates, Deterrimum in morbis acutis fore indicium, ſi ægroti in oculis liuidas, aut nigras venulas obtinent, cum enim hoc fuerit ex morbi acuti maleficio, ſignificatur principis partis infrigidatio, oborta quippe ab extinctione illius natiuæ caliditatis, cum qua vita non diu ſeruari poteſt, cum viuere ſit nutriri, vt dixit Ariſtoteles in libro ſe-
C cundo de Anima. Quòd autem ii colores in oculorum venulis exiſtentes natiui caloris refrigerationem indicent, & inde extinctionem, & mortem, videbis Galenum quinto Aphoriſmorum commento vigeſimo tertio vbi ait. Quare frigido admoto liuore, & nigras fieri contingit partes patientes, & hanc mentem habuit Hippocrates in libro de Coacis pręnotionibus vbi ait. Caligo oculorum, aut ſi alba eorum pars rubeſcat, aut liueſcat, aut venulis nigris impleatur, bonum non eſt, cæterum pituita inquit Hippocrates circa obtutum, ideſt oculorum aſpectum in morbis acutis indicium eſt exitioſum, niſi in oculis pituita progignatur ex propria oculorum affectione: vti cum oculi lippitudine vel palpebrarum aſperitate correpti fuerint. Tunc enim noxa non eſt cerebro illata, neque virtuti ſedenti in eo, quo fit, vt in morbis acutis hac quippe cauſa pituita circa oculos apparens perditionis ſignum nequaquam cenſeatur. At ſi pituita circa oculos ſequatur in morbo acuto defectum virtutis naturalis regentis oculos, nequaquam potentis oculorum alimentum concoquere, proculdubio præſagitio erit mala, indicat enim inſertam
D noxam principi ſedi, quæ ex toto genere eſt mala, vt ait Galenus libro primo Prædictionum, commento vigeſimo ſexto, & commento decimo tertio. Eiuſdem mentis fuit Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus vbi ait. Aut paruas lemas, aut ſordes circa oculos, aut concretionem tenuem albicantem habere, & tu conſidera Galenum, qui ex affectu apparentis pituitæ circa oculos virtutis regentis oculum imbecillitatem comprobauit, quoniam pituita præſertim excrementitia eſt, excremetum alimenti ſemi concocti, vt in ſecundo de Facultatibus naturalibus, & octauo de Decretis Hippocratis, & Platonis approbat Galenus, & hoc idem Hippocrates libro tertio de Morbis. Et Platonis in Timæo, verba decernunt, & tu iterum conſidera, verbum hoc Hippocratis pituita. Eo enim Galenus excrementitiam pituitam intelligere voluit, cum à primo ſui ortu cauſam præter naturam obtineat, vt edocuit nos Galenus quinto de Vſu partium. cap. quarto, & hoc approbat verbum Hippocratis cum in libro de Coacis prænotionibus dixit, aut paruas lemas, ideſt concretas lachrymas, & ſordes circa oculos habent, horum ſane cauſa præter naturam eſt, videlicet imbecillitas facultatis gubernantis oculos, eo-

rum alimentum ex toto concoquere nequeuntis, at vbi oculi in morbis acutis ſub limes fuerint, exitioſum eſt inquit Hippocrates, atque lethale: tum quoniam con tra naturam eſt. Dixit enim Plato in Thimeo. Quicquid enim contra naturam fit, moleſtum, quicquid autẽ pro rei natura, iucundum. Tum quoniam ſublimes ocu li obnocuam habent cauſam, principi ſedi illatam, ideſt cerebro. Cuius nocumen tum à toto genere peſsimum eſt, ſed conſiderandum eſt ſublimes oculos Galenum inſtabiles, atque hinc inde motos ſignificaſſe, & tunc futuri mali certa in morbis acutis erit præſagitio, quoniam vel delirium indicabit: vti enim, quæ à cerebro originem habent, vehementi, & inordinato motu exagitantur. Ita certe in mor-bis acutis contingit vehementi commotione, inordinataque mentem moueri, exa gitarique, id verò delirium eſt. Inſaniam enim dixit Hippocrates in primo Prædi ctionum, vigeſimo quarto mentis commotionem, & idem clarius notum fecit Hip pocrates in libro de Sacro morbo, vbi ait. Vbi verò mouetur inſania: neceſſe eſt, neque viſum quieſcere. Eandem ſententiam voluit Hippocrates vbi de inſania ſcripſit inquiens. Inſanienti neceſſe eſt præ humiditate cerebrum, in quo animæ ſunt opera, moueri, eo verò commoto neque viſum quieſcere. At & oculi inſtabi les inquit Galenus ſi non delirii firmant ſuſpicionem, tremorem tamen circa mu-ſculos eorum facile indicabunt, & tu conſidera vti dixit Galenus libro de palpita tione, & tremore. cap. quinto: Tremorem affectum eſſe neruoſorum membrorum corporis animalis, lacertorum videlicet, ſeu muſculorum. Quo membra grauitate ſui deorſum mota ſunt, & itidem viribus ſurſum mouentibus, eadem ſurſum mo-ta, vt Galenus. cap. quarto oſtendit. Quo fit, vt nerui, & lacerti inſtrumenta ſint tremoris, tremor verò inualidæ virtutis functio eſt, vt ait Galenus. In tali enim motu, ac conamine anima celeriter deficit. Igitur ob hanc cauſam nedum oculi inſtabiles, quia delirium portendunt, lethales ſunt, verumetiam quoniam tre-morem muſculorum circa oculos inualidam animæ facultatem deſignant. Quo fit, vt anima celeriter defecta, æger morte moriatur, magiſque cum tremor in acutis ob ariditatem muſculorum mouentium oculum contingere poſsit, ipſe procul du bio mortem indicabit, quoniam tremor ex ariditate inſanabilis eſt, vt ait Gale-nus. Item tremor ex ariditate conuulſionem progignit, tremor aut conuulſorius lethalis eſt, vt ait Hippocrates primo Prorhetici, & Galenus tertio Commenta-rio, commento decimo tertio: & de tremoribus conuulſoriis ſermonem habuit Hippocrates, in libro de Coacis prænotionibus, & iterum conſidera tu, quod per ſublimes oculos ſignificare inſtabiles oculos, nimium hæc ſignificatio remota videtur, & ſi eam Galenus propoſuit, quoniam ſublimis dici conſueuit in altum eleuatus, ſeu proëminens, vt ait Cicero primo Tuſcul. Perſpicuum eſſe debet, ani mos cum è corpore exceſſerint, ſiue illi ſint animales ideſt ſpirabiles, ſiue ignei ſu blime ferri, & Virgilius ſeptimo. Aeneid. tectum auguſtum ingens, centum ſu-blime columnis. Et Ouidius decimo quarto Methamorphoſeos Pulchro ſedet illa receſſu, ſublimi ſolio, pallamque induta nitentem, at forte exemplaris vitio id con tigiſſe potuit, vt videlicet ſublime id dicatur, quod inſtabile, cum alii Hippocrates traductores legant, inſtabiles, ac proëminentes. Quonam igitur modo inſtabiles oculi lethales ſint, iam diximus, dicemuſque primo Prædictionum libro, commen to trigeſimo tertio, & trigeſimo ſecundo cauſam autem ob quam eminentes: ſi-ue tumidi oculi in acutis lethales ſint, fore talem dicemus. Quum enim accidat ipſi oculo proëminentia, & non ſit ex percuſsione, vel ex altera procatartica cau-ſa ſed ſolius morbi acuti maleficio, ſcito neruum mollem in oculo exiſtentem ex-tenſum eſſe, propterea quòd reſolutus muſculus non poteſt ei amplius reſiſtere, neque continere, ac conſtringere. Quo fit, vt neruus ille ſit affectus ex noxa iam morbo acuto, cerebro inſerta, quod exitioſum eſt, & hoc vide à Galeno decimo de Vſu partium capite octauo. Cæterum dixit Hippocrates, ſi oculi admodum caui fuerint in morbis acutis coëuntes, quippe cum exitioſo vultu, conuenit futuram præſagire mortem omnino. Huius autem veritatis cauſam iam diximus, & idem di xit Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus vbi ait, mala eſt etiam oculorũ cauitas valde, & foras expreſsio, & tu conſidera, quod ingens oculorũ cauitas vnà

cum

A cum aliis ſignis, quibus vultum exitialem iam figurauit Hippocrates nedum exitia lis eſt, verum & propinquam promittit mortem, & ob hoc dixit Hippocrates, hæc omnia mala eſſe, atque exitioſa cenſendum eſt: & nolo vt Hippocrati obiicias, eum in eodem præſagio oppoſita attuliſſe, videlicet oculorum ingentem cauitatem, & eorum eminentiam, ſeu tumiditatem, quoniam ſi hæc omnia iam dicta ſigna vna ſimul cum vultu lethali exitioſa fore accepiſſet Hippocrates, non mihi dubium eſſet contradictionis vitio Hippocratem damnari debere: at quoniam ſeorſum ſigna dicta cum vultu exitiali, vel cum eorum quibuſdam, in quibus tamen non appa ret vlla contrarietatis, vel contradictionis natura, voluit Hippocrates, nedum exitialia fore verum & breui mortem indicantia, vti velit dicere vultus exitialis cum ingenti oculorum cauitate mortem propinquam prænuntiant. At pariter ſi vultus exitialis ſibi aſſociet oculorum proëminentiam breui ægrum periturum indicabit. Sane errore duceretur Hippocrates, ſi vultum exitioſum vna ſimul cum vehementi oculorum cauitate, & eorum proëminentia exitialem, & morti vicinum eſſe pro-B nuntiaſſet, in eodem enim præſagio contraria appoſuiſſet: & iterum quis obiiciet Hippocrati non bene vultui exitioſo iunxiſſe oculorum ingentem cauitatem, & nonnulla alia numerata ſigna, quoniã circa initia morbi acuti contingit quandoq. vultum lethalem apparere, minime verò vehemens oculorum cauitas, atque proëminentia in initiis morborum videri conſueuit. Huic dicendum puto oculorum cauitatem inſignem, vel proëminentiam, vel nolentes lachrymari, & plura alia, quæ numerata ſunt ſigna circa morborum acutorum initia videri poſſunt, maxime cum ea ortum habere poſsint à cauſa exteriori, ſeu procatarctica, vti à crapula, & vini potus copia, vel ab accidentibus morbum comitantibus, vt vomitus vehemens, quorum violentia circa acutorum initia contingere poſſunt, oculorum profundæ cauitates, aut eorum eminentiæ, aut inuoluntariæ lachrymæ, aut aliqua ex dictis talia, quibus quis minime præſagire poterit, ægri perditionem, minuſque illius vultum exitioſum fore, quoniam eorum ſignorum apparentia, non ex morbi C maleficentia oritur, ſed ex his quæ extrinſecus contingunt, vel morbum comitantur. Vitio verò morbi acuti hæc circa initia videri non poſſunt indigentia temporis interuallo, tempus principii morbi excedente. Quo fit, vt Hippocrates dixerit iam dicta ſigna, ſi in acutis apparuerint vetuſtiori exiſtente morbo, ideſt triduano, vel poſt, breui futuram promittunt mortem, nequaquam autẽ circa initia protulit, eo quòd adhuc maleficẽtia morbi acuti in tam breui temporis principii ſpatio hæc apparere nequeunt, & hanc mentem habuit Galenus primo Prognoſticorum, commento decimo tertio: Cæterum dixit, ſi color vultus in morbis acutis euariet, de vno videlicet ad alterum colorem, aut in modo ſubſtantiæ, nullam in ſe firmam, ſtabilemque manſionem habeat, neque ſanè figuram vnam, id in vultu exitioſo, malum, atque lethale putandum eſt. Quoniam laborem, & fatigationem virtutis corporis ex magna morbi oppugnatione indicat.

XIIII.

D **Conſiderandi conuenit hunc in modum ſuſpectiones etiam oculorum per ſomnum, ſi quid candidæ partis ſub apparet, commiſsis palpebris, nec alui fluor, aut medicamentum in cauſa eſt, aut nec ita dormire conſueuit vitioſum indicium, exitialeque admodum eſt.**

CVM edocuit Hippocrates in morbis acutis per oculos præſagire ægroto corpore euigilato. Idem enarrat eodem ægrotante ſomno detento, & ait, nedum licet quempiam in acutis de eorum termino per oculos pręſagire ægroto vigilante verumetiam ipſo dormiente. Hoc ſanè eueniet, ſi ægrum quis conſiderabit in hunc modum, videlicet apparentes per ſomnum oculorum ſuſpectiones. Puto igitur Hippocratem præſagium hoc voluiſſe, ſi in acutis morbis ęger dormierit, ſuſpectiones autẽ in oculis eius videbuntur, hoc quippe vitioſum eſt, & lęthale valde. Idem

videbis ab Hippocrate,& Galeno ſexto Aphoriſmorũ,commento quinquageſimo ſecundo, & ab Hippocrate de Coacis prænotionibus. cap. de oculis vbi ait. Et A palpebras inter dormiendum non committere pernitioſum eſt. Sed non lateat te, quid Hippocrates ſignificare voluerit, nomine iſto, ſuſpectiones. Hoc quippe vt ait Galenus primo Prædictionum commento quartodecimo,edocuit Hippocrates, per diuiſionem Ionicam, ideſt per ſeparatum, manifeſtumque, ac breuem ſermonem, qui Ionica lingua explicatur, quæ de quinque Græcis linguis breuior, atque notiſsima exiſtit. Eſt enim Ionia minoris Aſiæ prouincia, à qua Ionici populi dicuntur, quorum lingua inter cæteras Græcas linguas & notior, & breuior habetur. Igitur Hippocrates ſuſpectiones voluit idem eſſe,quod ſubapparentię alboris oculorum commiſsis palpebris, & conſidera tu, quòd ſuſpecto eſt à ſuſpicio frequentatiuum,quod vtique modo dicitur ſurſum ſpecto, vt Martialis ait,oculiſque ſuſpectans ſydera, modò deorſum ſpecto, & à ſub componitur, vt Martialis dixit, ſed ſuſpectat oculis deuorantibus draucos, & ſic ſuſpectiones, ſubſpectiones intellexit Hippocrates, ob quod dixit ſi quid candidæ partis ſubapparet commiſsis B palpebris exitioſum admodum eſt,indicans quippe virtutis regentis oculos imbecillitatem, vel fortè conuulſionem muſculorum mouentium palpebras, quorum noxa illata eſt cerebro, & horum vtrumque eſt lethale valde.Verum Hippocrates, clariorem reddens ſermonem ſuum, dixit, eum itaque verum fore, ſi non ei oppugnabit exterior cauſa, vti alui fluor, aut medicamentum, aut ſolita ægroti dormientis aſſuetudo, vbi enim ſuſpectiones in acutis apparuerint, & non ſit hoc maleficentia morbi,ſed prouentu exterioris cauſæ, id ægroto perditionem non promittit, vt alui fluor, ob id, quòd vires corporis debilitat inediam faciens,vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo. Alimentum enim à membris rapit. Quo fit, vt membra non nutriantur, ſpirituſque reſoluantur, & virtus gubernans imbecillitetur, functiones ſuorum inſtrumentorum reddere nequiens.Quo fit palpebras integre committere non valeat, & hanc attulit ſententiam ſecundo Aphoriſmorum,commento vigeſimo octauo Galenus,vbi ait,Ex alui C excretione citò corpus extenuatur,corpus autẽ pręter rationem extenuari ſignum eſſe virium imbecillitatis, Hippocrates inquit. Pariter & idem medicamentum efficit, ſcilicet oculorum ſuſpectiones, & tu vide Galenum ſexto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo ſecundo, vbi ait. Et medicamentorum purgantium potionibus oculorum albedinis aliquid ſubinſpicitur. Nam totum corpus exſiccatur, & vires fiunt imbecilles in talibus euacuationibus. Quo fit, vt æger integrè cum dormierit palpebras non claudat, tum etiam, quoniam quæ à medicamento ſiccitas prodit,maxime in palpebris natura ſiccis apparet, in quibus ſiccitas ob medicamenti potum impedimento eſt in integra oculorum dormientis clauſione,non tamen hoc ægroti futuram mortem prænunciat, cum contingat ab externa cauſa,& non morbi vitio. Cæterum Hippocratis ſermo videlicet.Si dormienti ægroto ſuſpectiones oculorum apparuerint, lethale, veritatem obtinebit, vbi non oppugnauerit ægrotantis conſuetudo. Si enim æger ſic dormire conſueuerit tempore quo ſanus degebat, ægri abolitionem non indicabit, cum ſanè hoc ſit ab exteriori cauſa, & non morbi maleficio.Quanta enim ſit conſuetudinis vis, vt etiam morbi cauſa difficile permutari valeat, vide Hippocratem ſecundo Aphoriſmorum, quadrageſimo nono,& quinquageſimo: & Platonẽ in Alcibiade,vbi ait,Difficile quidem D eſt, cum eo, qui amicorum nulli demittat ſe conſuetudinem inire, & ſi conſuetudo etiam non ſine conuentione ſit, vt ait Plato in Cratylo.Idem quoque dixit Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus, vbi ait, præter conſuetudinem quid facere velut eſt proponere ſibi aliquid, & expectare aliquid,prius non conſuetum, aut contrarium,malum eſt,& mentis emotioni proximum:at & Galenus dicti Hippocratis rationem attulit,cum conſuetudo ſit altera natura,quæ autẽ à natura ſunt, difficile permutari queunt,ait enim in libro de Motu muſculorum, videtur autem in idem conuenire,vbique cõſuetudo cum natura,vnde pulchrè dictũ eſt, ipſa eſſe naturam acquiſititiam,idem dixit Gal. in II. de Temperaturis,& libro III.de Simplicium medicamentorum facultatibus. Temporibus enim Hipp.non aliud fuit ex natura,aliud in conſuetudine, vt ait Galenus libro II.Prognoſticorum comm. XI.

Si peruer-

A

XV.

Si peruertitur, aut liuida palpebra eſt, aut labrum, aut naſus cum aliquo ſigno: mortem propè eſſe ſciendum eſt.

IVDICATIONEM termini acutorum morborum hoc ſermone perficit Hippocrates in reliquis partibus vultus corporis ſic ægroti, & ait. Vbi in morbis acutis palpebra peruertatur, aut liuida fuerit, pariterque aut labrum, aut naſus, alio occurſante indicio, mortem præſagire conuenit breui futuram. Huius ſanè veritas ratiocinatur primo ex communi omnium conſenſu, videreque. Quoniam omnia hæc accidentia, quæ his vultus partibus inferuntur, in vniuerſum præter naturam ſunt. Quidquid autem præter naturam fit, moleſtum, quidquid verò à natura iucundum, vt ait Plato in Timæo. Secundo idem ex inuentione cauſæ comprobatur eadem ferè ratione, qua alias oculorum peruerſiones in acutis exitioſas eſſe induximus. B Igitur ſi in Hippocrate, legatur vt ait Galenus, peruertitur, intellige, ideſt à bono in malum vertitur, igitur palpebræ tunc peruertuntur, cum à bono ſitu in malum vertuntur, quod vtique fieri nequit, niſi vel tenſione quadam conuulſiua muſculorum mouentium palpebras, cuius conuulſionis noxa principi parti ideſt cerebro illata, cerebrum ipſum conuelletur, & hoc exitiale eſt, vel à bono in malum ſitum vertuntur palpebræ, ob reſolutionem in eiſdem muſculis factam ratione diſſolutionis nerui à cerebro ad muſculos illos peruenientis, cuius cerebri noxa, cum ſit vi morbi acuti etiam valde exitialis eſt, vbi verò pro peruertitur, vt in alio codice legitur, ſcribatur, diſtrahitur, ideſt ad diuerſum trahitur, & idem eſt quod contrahitur, tunc palpebra cum ſit natura ſicca frigido ei occurſante diſtrahitur, ob quam cauſam cum palpebra diſtrahitur natiui caloris cerebri extinctionem indicat, & hoc etiam exitioſum eſt valde. At vbi & palpebra liuida affuerit certius iudicium efficietur de natiui caloris infrigidatione, vt iam diximus, quod vtique & hoc exitioſum eſt. Pariter quoque ſi labrum, aut naſus ſimilibus afficiantur C accidentibus, ob eas quippe quas diximus cauſas, exitioſum eſt, & lethale, & hoc dixit Hippocrates de Coacis prænotionibus, vbi ait, liuiſcens verò ex his palpebra, aut naſus breui lethale eſt, & quoniam hæc ſola non neceſſariam futuram promittunt mortem, ob hoc Hippocrates adiunxit hæc cum aliquo alio ſigno, ideſt cum reliquis ſignis, quibus vultus mortiferus efficiebatur, tunc nedum mors neceſſario futura eſt, verum & eam prope eſſe putandum eſt. Sed hic inquiſitione dignum eſt, cur peruerſio, & palpebrarum diſtractio, paritérque, & labrorum, ac naſi accidentia ſunt contra naturam, non lateat te hoc ſcrutari volentem ingentem fuiſſe palpebrarum in homine neceſsitatem, vt ait Ariſtoteles, ſecundo de Partibus animalium. cap. decimo tertio: non enim natura oculis operimentum dedit, quoniam melius eſſet eos non perpetua in actione teneri, vt quidam aiunt, ſed vt dixit Ariſtoles, quia molles erant, & ob eam rem lædi ab incurſantibus rebus facile poterat, à quibus vt defenderentur, natura palpebras ipſis oculis quaſi quædam propugnacula dedit, & ob hoc dixit Ariſtoteles naturam animalibus his, quorum oculos D exterior tunica dura tegit, ideo palpebras non dediſſe, quoniam eos non facile erat lędere, quo fit, vt oculi in eo animalium genere, nullum ſecundum ſe munimentum, vel operculum egerent: & hanc ſententiam approbat Galenus decimo de Vſu partium. cap. ſexto; & ſi in libro de Inſtrumento odoratus, huic cauſæ, quam dixit Ariſtoteles neceſsitas palpebrarum in homine aliam addiderit, exquiſitiorem autē reliquerit cauſam, quæ eſt ſomni gratia, igitur neceſsitas palpebrarum in homine nedum fuit, vt per ipſas veluti per ſcuta ab occurſantibus oculi tuerentur, verum & exquiſitius vt homines dormire valerent, quod hominis naturæ admodum neceſſarium fore putandum eſt. Ob igitur hanc cauſam palpebrarum peruerſionem, atque diſtractionem, ſimilique iudicio & labrorum, & naſi facile eſſe accidentia contra hominis naturam, affirmare poterimus. Ipſis enim functiones, quas homo per naturam operatur, valde offenduntur, vt decimo de Vſu partium approbat Galenus.

Quomodo oporteat cubare ægrum.

XVI.

Cubantem offendi ægrum à medico oportet in latus dextrum, aut ſiniſtrum, ac manus, ceruicem, & crura paululum reducta habentem, & omne corpus molliter poſitum: Ita enim plærique beneualentium cubant, at ita cubare, vt ſani ſolent, ſaluberrimum eſt.

NON initium noui ſermonis, atque ſeparatis in ſignis exitioſis, ab his, de quibus in habito iam ſermone percũctatus eſt Hippocrates, ipſe nunc aggreditur. Sed ea, quæ ſequuntur etiam numerantur exitioſa indicia à toto quippe corpore, & partibus aliis capta, aliis ſanè à vultu demortuo, his ea copulat veluti incepti ſermonis ſequutor, & non noui, & ſeparati initiator, & huius teſtimonium ſunt verba Hippocratis cum dixit iam commento duodecimo alia quoque ſigna eſſe conſideranda, quæ in toto corpore, atque etiam in oculis exiſtunt, & hoc voluit Galenus commento decimo ſexto primi Prædictionum, vbi ait. Conſtat enim vt nobiliſsimus vir, nunc non ab alio principio de ſignis in toto corpore doceat, ſed ea copulat prædictis, deinceps omnia inter ſe copulando perſequitur, & dixit, cubantem offendi ægrum &c. ideſt optimum, atque ſaluberrimum eſt indicium in morbis acutis, ſi à medico perpendatur ægrum cubare in latus dextrum, aut ſiniſtrum, & ſui dicti ſententiam approbat Hippocrates epilogiſmo ideſt communi omnium aſſenſu ſic. Id enim cubare optimum eſt, atque ſaluberrimum in morbis acutis, quo ſani, atque beneualentes cubant, hoc enim ſanitati conſentaneum, & ab omnibus hominibus vna mente promiſſum eſt, eo enim multa naturæ commoda ſequuntur, vt poſt dicemus. At ſani, & beneualentes in latus dextrum, aut ſiniſtrum plurimum cubare reperiuntur, igitur ſic in latus dextrum, aut ſiniſtrum cubare, optimum, atque ſaluberrimum eſt, quo fit, vt medicus, ſi ægrum ſic cubantem deprehendat, facile morbi terminum, atque ſaluberrimum prænuntiare valebit, & hanc mentem habuit Hippocrates, de Coacis prænotionibus. cap. de decubitu, vbi ait. Decubitus optimus eſt, velut quis ſanus ſolitus fuit. Sed quiſpiam interrogabit ob quam cauſam ſani, atque beneualentes in latus dextrum, aut ſiniſtrum cubare plurimum ſoliti ſunt. Huic eſſe dico, quoniam multa naturæ commoda corporibus ſanis ingeruntur, dum in latus dextrum, aut ſiniſtrum decumbunt. Vnum quippe eſt facilior tranſitus, atque permeatio iam ingurgitati cibi ab ore ventriculi ad eius fundum, in quo prima viget concoctio, propter quam alimentum alitioni accomodatur, vt in ſecundo de Potentiis naturalibus à Galeno ſcribitur, & hoc ſanè fit decumbente corpore in latus dextrum. Alterum verò eſt, crementum caliditatis ventriculi ex ipſius à iecinore complexu, quo naturalis facultas concoctiua ventriculi vigentior facta alimentum ad completiorem accomodat alitionem, & hoc vtique accidit, cum homo in latus ſiniſtrum decubuerit. Cum igitur ii decubitus naturales humani corporis adhuc ægrotantis functiones incolumes promittant, non ab re dixit Hippocrates, verbum ſuum ſcilicet cubantem ægrum à medico deprehendi in latus dextrum, aut ſiniſtrum optimum, atque ſaluberrimum fore indicium. Merito igitur dixit Galenus ſecundo de Motu muſculorum decubitus autem in alterum laterum laudat Hippocrates, prout medicus ægro adfuerit. Vbi enim in alterum latus cubaret æger, medico ex latere eodem ipſum non deprehendente, proculdubio iudicatio erit non bona, quoniam vel æger hominis faciem contemneret, vel odio medicum haberet, quo fit, vt ægri de medico abolita fiducia medicus de ægro bene præſagire nequeat. Hoc idem ſcilicet ægrum cubare ſuper alterum laterum eſſe ſaluberrimum indicium oratione analogiſtica, id Galenus commento decimo ſexto, primi Prædictionum approbat, quoniam ſic iacere indicat robur virtutis gubernantis, atque firmantis corpus per muſculos, à quo permaxime gubernatur medicus in præſagiendo de optimo morbi termino, quemadmodum à debili facultate regente corpus de termino morbi

medicus

A medicus non bene opinabitur. Dixit enim Plato in Alcibiade ſecundo, vbi virtus abeſt, contingit, vt male agat, igitur ſi ægrum cubare in alterum laterum illius facultas non admittet, imbecillitas virtutis indicabitur, non potentis corpus firmare per muſculos, quo fit, vt corpus male agat, vt poſtea oſtendemus. Sed attentione dignum eſt, ægrum cubare ſuper alterum laterum, non eſſe ſimplicitur bonum, cum quandoque contingat hominem perdi, & eo quidem cubante in alterum latus, ſed vt optima, atque ſaluberrima ſit ægrotantis ſignificatio à decubitu oportet ægrum cubantem deprehendi in alterum latus, in quod plærique beneualentes cubant, à medico ſcilicet conſiderante ſitum beneualentium, quippe proditum ab ægro ſui poteſtate, ac facultate, & non operis aſsidentium beneficio. Nempe vt iudicatio ſuper ægrum à decubitu ad bonum certior habeatur; adiecit Hippocrates priori ſermoni, ac manus, & ceruicem, atque crura paululum reducta habentem ſcilicet ægrum in alterum latus cubantem, atque totum corpus molliter poſitum, igitur cum plærique ſani ſub hac decubitus differentia cubare ſoleant, medi
B cus cum ſic cubantem deprehenderit ægrum, facile præſagire poterit ipſum conualiturum, intellige tu reducta ideſt retracta, ſeu plicata. Paululum quippe vt liberam indicet membrorum facultatem ad ea extendenda, aut inflectenda. At quoniam hoc ſanis accidit, igitur ſi ægrum medicus deprehendat ſub ea membrorum figura iam dictorum, certè ſaluberrimum fore ipſo iure prognoſticari poterit. Vbi verò ſub extrema figura ipſum reperiet, his membris videlicet immodice extentis, aut immodicè inflexis, proculdubio iudicatio deterrima, quoniam figuræ huiuſmodi vel mortuis, vel morituris ingeruntur, aut ob virtutis carentiam, aut imbecillitatem nequeuntis regere, vel firmare membra per muſculos, oportet igitur dictorum iam membrorum figuram ſitus, in ægro ſalubrem dici, ſi media vt ait Galenus inter Hyperbolicas figuras affuerit. Eſt enim hyperbole figura, cum ſententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia, vt niue candidior: & huic figuræ allu-
C dens Virgilius duodecimo Aeneid. dixit. Qui candore niues anteirent. Dici enim poteſt hyperbole eminentia, aut exceſſus, & ob hoc recte dixit Galenus commento decimo ſexto, primi prædictionum hyperbolicas figuras membrorum fore, cum ea ſumme extenduntur, aut immodice inflectuntur. Igitur hyperbolicè in ſitu membrorum humani corporis figuræ ſunt cum eorum nerui ſummè extenduntur, atque ſummè curuantur, ob quam rem media inter has figuras ſitus in decubitu, plurimum corpori ſano congruit, & ſub hac ſanè figura dixit Hippocrates, corpus molliter decumbere, rectè enim figura hæc media mollis dicitur, quoniam mollius neque in extremum extendi, neque inflecti valet, non ab re igitur dixit Hippocrates ſub hac molli, atque media figura ægrum inueniri cubantem à medico ſaluberrimum eſſe, quoniam hæc mollis figura, atque inter hyperbolicas figuras media abſque dolore, & moleſtia corpori animalis ingeritur, atque ſuis membris mobilibus ſicut ampliori ſermone hæc pertractat Galenus ad finem primi libri, de Motu muſculorum, & ad principium ſecundi, & primo de Vſu partium. cap. decimo quarto & cap. decimo nono.

XVII.

D Supinum verò cubare manibus, & cruribus extentis, minus bonum eſt.

QVIS laudabilis, atque ſaluberrimus fuerit decubitus ægroti corporis, habito iam ſermone oſtendit Hippocrates. In hac verò oratione edocet illaudabilem, atque contumacem in morbis acutis decubitum, & dixit Aegrum ab acuto morbo correptum, inuentumque à medico ſupinum cubare malum eſt, quoniam imbecillitatem indicat facultatis regentis corpus, & firmantis ipſum per muſculos, quo fit, vt natura duobus oppugnantibus reſiſtere nequeat, videlicet morbo, & imbecillitati. At vbi æger ſupinè decubuerit, manibus, ac cruribus extentis, proculdubio iudicatio eſt mala, ac deterrima, quoniam ſignificatur facultatem regentem corpus, tantæ extinctionis fore, vt membris extremis nequaquam in motibus,

ſitibus ſalubribus ſuccurrere valeat, ſane dubitat Galenus in verbo Hippocratis, cum dixit, minus bonum eſt, quoniam quidem non eſt bonum, neque minus bonum eſt, ſed ægrotum ſupine iacere in acutis morbis non eſt bonum, vt ait Hippocrates, in de Coacis prænotionibus his verbis: at ſupinum iacere cruribus extentis bonum non eſt. Igitur non erit minus bonum ſupinum ægrum iacere. Quòd autẽ ſupine ęgrum iacere, non ſit bonum induxit Hippocrates, ſequenti ſermone, vbi ait, ſi verò procliuior eſt, ac deorſum ad pedes delabitur maiori cum periculo eſt, quam ſupine quidem iacere, quod autẽ cum minori periculo eſt, bonum non eſt. Huic dico, ſi exemplaris Hippocratis verba ſequemur in de Coacis prænotionibus, tunc nulla in Hippocratis ſermone dubitatio continget, cuius verba hæc ſunt. At ſupinum iacere cruribus extentis bonum non eſt, vbi verò verbum Hippocratis legatur minus bonum eſt, certè conſequentia hæc nulla erit, igitur bonum eſt ſupinum iacere, cum enim in dictione minus, latitet negatio tollens eſſe rei, non ſequetur ex negatiua affirmatiua. Vbi verò quiſpiam mihi obiiceret, gradum comparatiuum, poſitiuum ſupponere, dicerem ego ei ſic obiicienti, id verum fore, vbi comparatio eſſe rei cernat, quod non facit dictio hæc minus, merito enim implicitæ negationis, tollit eſſe rei, & à priuatione ad habitum, non admittunt Logici ſequelam. Quo fit, vt non rectè quiſpiam inferat, eſt minus bonum, igitur bonum eſt. Sed vt latratum ornate loquentium aufugiam, qui me Sophyſtam accuſarent. ideo cũ Gal. primo Prædictionũ libro, cõmento XVII. præmotæ dubitationis ſecus dicam. Attende igitur ſupinos decubitus inter ſalubres, atque inſalubres decubitus medios exiſtere, vt videlicet neq. omnino ſalubres, neq. omnino inſalubres, à quopiam dici valeant. Quippe non omnino ſalubres, quoniã cum his quandoque mortem ægrotantis pronuntiamus, veluti ſi cum defecta virtute motiua, quæ in muſculis eſt, admodum virtus vitalis quæ ex corde eſt, pulſu cognita deficiet, aliiſque in maiori parte indiciis ſalubribus aſſociatis. Nempe neque omnino ſalubres ſunt, quoniam cum his ſanitatem ægrotanti promittemus aliquando, veluti ſi virtus motiua in muſculis adeo imbecillis fuerit, vt per muſculos nequeat ægrum corpus in latus firmare, ſtante tamen vigentia virtutis vitalis, cui contingant plæraque alia ſalubria indicia. Quo fit igitur, vt quiſpiam in acuto morbo ſupinus cubet, & non omnino morietur, neque alter ſic cubans omnino ſanabitur, & quoniam dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo ſexto quòd per abuſum extremorum nomina medio congruunt, ideo decubitus ſupinus cum medius ſit inter bonum & malum decubitum, per abuſum decubitus ſupinus dicetur bonus, ſed minus bonus. Sic quoque decubitus ſupinus per abuſum dicetur malus, ſed deterior bono, vel minus malum omnino malo, & in eandem ſententiam venit Plato in Philebo dicens, Medium inter duo contraria nõ poſſe alterũ fieri; ob quam rem ſupinus decubitus, neque bonus omnino fieri poteſt, neque omnino malus. Rectè igitur dixit Hippocrates decubitum ſupinum fore in acutis morbis minus bonum, neque ipſum fore indicium exquiſitæ tempeſtatis credere debes, neque exquiſitæ ſalubritatis, vt ait Galenus. Summatim igitur dico, vt ait Galenus primo Prognoſticorum, commento decimo ſeptimo, Supinum decubitum magnã ad mortem nõ habere indicationẽ, neque vim, quoniam quandoque indicat ſuper diſpoſitiones, cum quibus non ſtat mors, vt ait Galenus, libro ſecundo de Motu muſculorum, indicat enim vel exolutionem virtutis motiuæ muſculorum, cum qua non ſtat mors, cum ea enim ſtat vigor vitalis facultatis abſque vlla noxa promittente mortem: aut indicat ebrietatem, aut ignauiam quandam, in his enim virtus motiua muſculorum ſopita vel à vino, vel à multa materia, quæ cum ſui multitudine, tum ſui cruditate illius motiuam operationem hebetat, vt nedum corpus ſuper latus firmare valeat, ſed firmatum etiam detinere non poſſit, quin corpus vel ſupinum vel pronum inde labatur. Deinceps etiam dico ſupinum decubitum magnam non habere vim ad ſanitatem, quoniam ab eo poſſunt progigni morbi, quos mors facile ſequi poſſet, vt ait Galenus in libro de Inſtrumento odoratus, veluti eſt plenitudo ventriculorum cerebri, quam ſequi poteſt, vel apoplexia, vel comitialis morbus, vel carus, horum inquam quilibet minatur mortem. Item & idem decubitus ſupinus non multam vim habet ad tuendam ſanitatem propter

verbum

A verbum Galeni quinto de Locis affectis. cap. quarto vbi ait, à ſupino decubitu nullum ſperatur auxilium, quo facilius ad infernas partes ferantur alimenta. Rectè igitur dixit Hippocrates, decubitum ſupinum minus bonum eſſe, quàm quod dixit præcedenti ſermone, & minus malum, quàm quod dicet ſequenti oratione. Te tamen ſcire velim decubitum ſupinum quandoque dici bonum, ſanumq. non quippe exquiſitè, quoniam cùm ſit medium duorum contrariorum non dici poteſt alterum exquiſitè, vt ait Plato, ſed ſi decubitus ſupinus bonus dicitur, ideo eſt, quoniã ſuæ ſanitatis tẽpore æger ſic ſupinè cubare ſolitus erat: eſt enim conſuetudo natura acquiſita, quod autem à natura eſt, id quippe bonum eſt, quapropter ſi æger ſupine cubauerit, ſic aſſuetus ſanus, tunc decubitus ſupinus dicetur bonus, atque ſanus: vbi verò ægrotantis natura, vel conſuetudo tempore quo ipſe ſanus elegit, non ſupine decumbet, ſanè decubitus ſupinus malus dicetur, igitur decubitus ſupinus quantum in ſeipſo eſt, in medio mali locandus eſt, ac boni, vt neque dicatur bonus, neque malus ſimpliciter. Quantum verò eſt ex natura, & conſuetudine ægrotantis, B hinc & inde transferendus eſt, vt dixit Galenus.

XVIII.

Si vero procliuior eſt, ac deorſum delabitur ſubinde ad pedes, maiori cum periculo eſt.

ISTO ſermone edocet Hippocrates quis, qualisue ſit ægrotantis corporis decubitus malus, atque deterior, & ait ſententiam hanc. Decliuis decubitus ægroti corporis acute, quo iis ad pedes deorſum labitur, malus, atque deterior eſt. Sume tu huius cauſam à Galeno, in commento decimo octauo primi Prognoſticorum, quoniam is decubitus malus, atque deterior eſt, qui indicat virtutis regentis corpus animalis extinctionem omnino. C Eius enim extinctio eſt propter reſolutionem natiui caloris, ac ſpirituum, veluti animæ organorum ſeruientium ei pro vita, quo fit, vt eorum reſolutio omnino ſit mors, autore Galeno in ſecundo de Temperamentis, & in libro de Vtilitate reſpirationis, & idem voluit Plato in Gorgia, vbi ait, mors quidem eſt, vt mihi videtur, nihil aliud, quam rerum duarum animæ ſcilicet atque corporis à ſe inuicem diſſolutio, & in Phędone idem dixit Plato, & eandem vide ſententiam ab Hippocrate in libro quarto de Morbis. At decubitus procliuis in ægroto, quo labitur deorſum ad pedes, indicat extinctionem facultatis regentis corpus, ad quam ſequitur mors, igitur procliuis decubitus in morbis acutis malus, atque deterior eſt, eo videlicet, quo ſani cubare ſolent, & eo, quo ægri vt plurimum morituri ſunt, Attende tu, cum dixit Galenus, quod cubare in latus quandam obtinet vim, quoniam virtutem in muſculis indicat validam, potentemque firmare corpus in latus, & ipſum taliter detinere, pariter quoque erectus iacere, ſicut & nos omnes erecti cubamus, aliquam indicabit, & obtinebit vim, qua muſculorum facultas firmare poterit corpus erectum; & taliter ſeruare, & hoc non continget in demortuo corpore, ſi enim id in latus ſtatueris, procul dubio ſupinum, vel pronum cadet. Si verò idem ſuper pedes erectum relinquatur, confeſtim deorſum ad pedes dilabitur, ſanè vtrumque contingit, quoniam in defuncto corpore D facultas, qua id firmari conſueuerat, omnino abolita, nequaquam in ſitibus viuentis hominis firmare, ſeruareque poterat.

XIX.

Si vero nudos habeat pedes, nec admodum calidos, ac manus, collum, & crura diſpergat inæqualiter malum eſt, ſignificat enim inquietationem.

ADDIT iudicationi à decubitu in morbis acutis Hippocrates alterum indicium malum videlicet ægrum decumbentem nudos habere pedes, non quippe admodum calidos. Sanè per hoc nihil mali ægrotanti promittere poſſumus, quoniam

in tempore febrium declinationis vniuerſali æger nudos pedes obtinere valebit, **A** nec admodum calidos, non quidem ob hoc aliquid de eo mali præſagire contingет.Sed vt certius indicium ſit futuri mali adiecit priori ſermoni,ac manus,collum & crura diſpergat inæqualiter, & hanc ſententiam voluit Hippocrates de Coacis prænotionibus, vbi ait. At pedes, nudos habere, & manus, ſi quis non vehementer calidus ſit, & crura diſiecta, malum eſt, & attende, vt ait Galenus quod ægrum ſibi pedes denudare, non ſemper futuri mali pronunciatiuum eſt, cum hoc facile contingere poſsit ex caloris vehementia ad pedes reducta, vti contingit in febribus ardentibus, in quibus febrilis calor ad pedes permeat. Sic igitur ægrum ſibi pedes denudare nullam poteſt indicare interius noxam, ob quam æger cogatur denudare pedes, ſed propter deſideratum refrigerium ab ambientis frigiditate caliditatem ex febre ad pedes ductam, remittere valentem,& ſane tunc nulli mali præſagiemus,cum plærumq. indicet declinationem morbi ſalubris,vt ait Hippocrates **B** libro primo de Ratione victus acutorũ, commento quadrageſimo quinto vbi ait: vbi verò calor deſcenderit ad pedes, tunc ſorbitionem exhibere cõuenit,& putare in omnibus morbis,& non minime in acutis,& maximè in his,qui magis febriles, ac periculoſiſsimi ſunt, tempus hoc magnam vim habere,adiecit igitur Hippocrates nec admodum calidus, vt ſi æger cogatur denudare ſibi pedes non ſit huius cauſa caliditas febris pedibus aſſociata, ſed noxa, quæ interius accidit ex morbi maleficio, ægrum inquietantis, ac anxiantis. Vbi igitur æger nudos habeat pedes, nec admodum calidos, & his hæc ſimul coëant, videlicet manus, & collum,cruraque inæqualiter diſpergat,indicium in acutis malum eſt,& huius attulit Hippocrates cauſam, dicens, ſignificat enim inquietudinem, ideſt conflictationem, ſeu anxietudinem, & ſcire debes ægrum inquietari, vel conflictari, ſeu anxium reddi,vt dixit Galenus primo Prędictionum,commento decimo nono, cum decumbentem percipimus repente figuram vnam ſui ſitus in alteram commutare, & pariter crura inæqualiter diſpergere, ceruiciſque poſituram, vnamque, & æqualem minime **C** tenere, quo fit,vt ceruix, cæteraque membra vna poſiture figura diu ſeruare non poſsint,ſed confeſtim ab vna in alteram concidatur:& hanc ſententiam habuit Galenus ſeptimoAphoriſmorum,commento quinquageſimo ſeptimo,vbi ait.Eodem modo, & ęgros illos anxios eſſe, qui accubitum non ferentes, iacendi figuram euariant, quia ſemper præſens aggrauat eos, & hoc quippe ſimilitudine ad corpus ſanum anxium, ſic dictum, quod ſemper præſentibus moleſtatur,& ab vno negotio non longo tempore in alterum tranſit. Sanè anxietudo hæc, aut eſt ob oris ventriculi vitium ab humore in eo contento,qui quadam praua qualitate affectus, ventriculo eſt admodum moleſtus, quæ qualitas etſi pauca ſit, non fluctitans ad ventriculi cauitatem, imbibitur tamen in tunicis ipſius, admodum inquietans,& ægrum afflictitans,& hæc quippe in morbis acutis anxietas mala eſt,cum noxam à vicinato cordi conſentiat, & inde toti corpori, aut eſt anxietudo hæc in ægroto corpore ob virtutis regentis totum corpus, imbecillitatem, non potentis firmare corpus, & eius membra in vna poſitura, ſed eam, quam modo deſcribit figuram, repente in alteram permutat: & hoc quoque malum eſt,cum nil in iudicio prognoſticationis deterius habeatur, quàm regentis facultatis imbecillitas, autore Galeno nono Methodi, cap. decimo quinto. **D**

XX.

Exitioſum autem, & hiantem dormire ſemper.

HIATVS proprie eſt oris apertio, vt dixit Cicero in de Natura deorum, quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt. Et Hippocrates in primo Proretici vndecimo ait: Atque cum æger hiauerit non facile os tum cogere, tum claudere, & Plato in Phædone hiatum,cauitatis os apertum appellauit, vbi ait partim verò profundiora quidem, ſed hiatum anguſtiorem habentia: ſanè non lateat nos, vt ait Galenus commento vndecimo. Quòd maxillæ inferiori duo inſunt modi muſculorum, quidam enim aperiunt, alii verò claudunt, vt & idem dixit Galenus in libro de motu muſculorum. Vbi igitur in aperientium muſculorum

neruis

A neruis affectio fuerit, difficulter aperiunt. Vbi verò inclaudentium neruis non facile claudunt, at & fieri poteſt, vt ſoli muſculi ipſi abſque neruorum principio affecti ſint. Quandoque verò neruorum principiũ offenſum eſt, vbi igitur oris muſculi claudentes affecti ſint, nulla quippe noxa cerebro cõmunicata exitioſum eſſe, hiantem dormire ſemper non pronuntiabis, cum principi parti nullum ingeratur nocumentum, corporis acute ægrotantis. Si verò neque hi, neque muſculi, qui in gutture exiſtunt, aliquatenus affecti fuerint, optima ratione principium neruorum offenſum fore, diiudicare poteris. Quo fit, vt tunc temporis exitioſum eſſe in morbis acutis, hiantem dormire ſemper præſagire valebis. Tum quoniam indicat imbecillitatem facultatis regentis corpus, non potentis ſuccurrere muſculis claudentibus os, vt ait Galenus primo Prognoſticorum, commento decimo nono: & ſexto Aphoriſmorum, commento vigeſimo: tum quoniam tenſio, ſeu oris apertio, quam hiatum dicimus à primo oborta principio grauiſsimam indicat talem B eſſe affectionem, cum ad eam facilè cerebri conuulſio ſubſequatur iuxta illud Galeni commento vndecimo primi Prorhetici, nempe eas muſculorum, quæ ob principium fiunt tenſiones, conuulſionem ſequi didicimus: ſed attende, quòd vbi litera Hippocratis hunc habuerit intellectum, videlicet, exitioſum eſſe, & hiantem ægrum ſemper eſſe, & ſemper dormire, intellectus hic eſt verus, cum vtrobique indicetur imbecillitas facultatis regentis corpus, & hanc mentem videtur Hippocrates velle, cum dixit in libro de Coacis prænotionibus. Lethale eſt, & hiare & dormire ſemper, ſi verò talem faciat intellectum ſcilicet exitioſum eſſe, ægrum ſemper hiantem dormire, ideſt, quod dum dormit hiet, hoc quippe malum eſt, cum indicet laborem, & fatigationem virtutis, ſomni tempore, iuxta illud Hippocratis ſecundo Aphoriſmorum, primo. In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale &c. At verò ſi intellectus fuerit is, quem tamen non attulit litera Hippocratis videlicet, Exitioſum eſſe ægrotantem ſemper hiare, & ſi non dormiat proculdubio C hoc deterius eſt, quoniam ſignificat maiorem virtutis oppreſsionem, à qua per vigiliam abſolui deberet.

X X I.

Si crura quoque ſupini cubantis admodum reducta, diſtracta que ſint.

CVM quis in acutis morbis ſupinus decubuerit, non quippe ſolitus, vt iam diximus, decubitum illum fore prauum, cum indicet imbecillitatem facultatis debentis firmare corpus per muſculos. Nunc adiecit Hippocrates indicium deterius, ſi cum decubitu ſupino vna ſimul coëat, videlicet laborantis crura admodum reducta eſſe, vel vt alia litera habet admodum diſtracta, hoc quippe deterrimum eſt, & ſi verba huius exemplaris ſcilicet reducta, & diſtracta oppoſitas inducant ſignificationes, vtroque tamen modo Galenus Hippocratis ſententiam verificauit. Dum tamen ego alias Hippocratis ſcripturas viderim, ſolum decernentes admodum reducta. In primo enim Prognoſticorum, libro vigeſimo primo ſic dixit Hippocrates & crura ſupini iacentis valde incuruata eſſe, ac complicata, & eadem præ D ciſe verba attulit Hippocrates in de Coacis prænotionibus, & forte ſcriptura hæc melior eſt, cum proximo textu decimo nono dixit Hippocrates, ac manus, collum, & crura diſpergat inæqualiter malum eſt, & huic conſotia eſt ſcriptura Hippocratis, in de Coacis prænotionibus, vbi ait, at pedes nudos habere, & manus, ſi quis non vehementer calidus ſit, & crura diſiecta malum eſt, ſed ſicut Galenus ita & nos vtramque ſcripturam acceptabimus. Primam quippe talem, ſi crura ſupini iacentis admodum diſtracta ſint, malum eſt, quoniam cum non ex more ſuo crura componat, ſed illa inæqualiter diſpergat decubitus ille abſurdus eſt, delirium enim indicabit, quoniam ægrotans id agit, quod non ex more, & conſuetudine eius eſt, dum ſanus degit, vt ex Galeno habetur primo Prognoſticorum commento vigeſimo ſexto. Pariter quoque delirium indicat, vbi quis ſupinus decumbens crura habeat admodum reducta, complicataque abſurdus enim hic eſt decubitus,

cum exeat æger aſſuetudinem, quæ facta fuit ei natura, tempore quo ſanus erat. A

Quomodo cubare in uentrem malum ſit.

XXII.

Si quis cubet in ventrem nequaquam ſolitus ita dormire, quo tempore ſanus fuit, malo eſt, delirium enim, aut dolor circa ventris ſedes ſignificatur.

QVANTVM valeat conſuetudo in iudicio termini in morbis acutis, ita vt in his iudicatio ob ipſam peruerti poſsit, ſi adhuc ſteterit morbi ipſius maleficentia, coniectari facile poteris ex Hippocrate in libro de Præſagiis, cum autore Galeno his omnibus adiiciat determinationem hanc niſi ſecundum conſuetudinem ægrotantis aliquid accidat, dixit enim Plato in Alcibiade, difficile eſſe contra conſuetudinem iræ, & idem Plato in Critia magnam conſuetudini vim condonauit. Attulit igitur Hippocrates: à decubitu indicium malum in acutis morbis, dum æger ſic cubare non fuerit ſolitus tempore, quo ſanus degebat, & dixit, ægrum cubare ſuper ventrem in morbis acutis, malum eſt. Tum quoniam delirium ſignificat, cum enim non ſolitus ſit, tali cubare figura mente commotus ob morbi nequitiam, talem accubitus figuram ſibi adiunxit, & quia princeps ſedes affecta eſt, cuius vniuerſum genus talis affectionis deterrimum eſt, vt ait Galenus primo Prognoſticorum, commento vigeſimo ſexto non ab re dixit Hippocrates decubitum ſuper ventrem malum eſſe. Malum quippe adhuc eſt ægrum cubare ſuper ventrem, quoniam ſi ex more nequaquam ſic cubet, neque deliret, ſignificabit dolorem ſedes ventris occupare, dixit enim Galenus commento vigeſimoſecundo primi Prædictionũ, multos, quorum dolores in ventre infeſtant, talem figuram ſibi eligere, & hoc quippe malum eſt, cum æger duplici noxa corripiatur, vna ex acuto morbo, altera verò ex dolore ventrem moleſtante. Et non lateat te ventrem quãdoque apud Hippocratem ſignificare omnem corporis animalis vacuitatem, vt dixit Galenus primo de Criſibus. cap. vndecimo, vel ventris nomen ſtomacho refertur, vt ait Galenus de Sanguinis miſsione. cap. primo: vel per ventrem inteſtinis locum deputatum intelligimus, quem ventrem inferiorem dixit Hippocrates ſecundo Prognoſticorum, decimo tertio. Sic quoque ventrem accepit cum dixit hoc in loco, aut dolor circa ventris ſedes ſignificatur, & in libro de Coacis prænotionibus vbi ait, in ventrem autem decumbere ſi quis non ſit aſſuetus, delirium ſignificat, & dolores circa ventrem. B C

XXIII.

Si vero velit reſidere æger in ipſo morbi vigore in omni morbo acuto malum, peſsimum verò in pulmonia eſt. D

VERBVM hoc reſidere, idem quod ſedere quidam dicunt, vbi, Re, nihil ſignificat, quidam verò reſidere, ideſt rurſus ſedere exponunt, alii verò erectè ſedere intelligunt, vt in libro de Coacis prænotionibus dixit Hippocrates, vbi ait Cæterum erectum ſedere velle in acutis malum eſt. At omnibus his ſignificatis, Hippocratis ſermo facile induci poteſt, cum dixit. Si verò velit æger reſidere &c. Et tu conſidera verbum hoc, velit, quoniam in proprio eius ſignificato non capitur hic ab Hippocrate, cum quiſpiam ægrotans in acuto morbo velit reſidere in hora ſtatus morbi, abſque hoc, quòd ei aliquid mali contingat, ſed intellige tu velit, ideſt optat, ſeu cupit, quoniam rem aliquam non cupimus, vel optamus, niſi ob aliquam cauſam, qua cogimur ſic optare, aut cupere, & ſuper hoc erit Hippocratis ſermo, vt dicemus, & iterum ſcire debes, quod ſtatus morbi acuti, eſt tempus, in quo morbi accidentia vltimantur, vt ait Galenus primo de Criſibus. capite decimo: & merito hora ſtatus, hora luctaminis primo Aphoriſmorum à Galeno appellatur,

appellatur in qua ob pugnam virtutis ægrotantis in morbum,& contra, relinquitur virtus conflictata,adeo,vt ipſe immotus cubare cupiat,amans quippe quietem, & ſi eum quis excitabit, maximè conflictabitur: & non ab re dixit princeps, quod in die criſis nihil agendum , cum ſit dies quietis,& ſomni.Vbi igitur ægrotans acute in hora ſtatus morbi ipſo inuito,& renuenti à quopiam excitetur &conflictetur permagis,ſi in ſtatu morbi acuti nullo exterius ei occurſante cogatur reſidere,cõflictabitur,anguſtiabiturque,nõ niſi ob morbi nequitiam vndiq.totũ ęgrũ contriſtãtem,cogentemq. ipſum inuitũ, & renuentẽ optare reſidere, & hoc quippe indicat in hora ſtatus morbi acuti vehementẽ virtutis noxam,& ægrotantis perditionem. Vbi verò indiciũ hoc vt ait Hipp.in pulmonia apparuerit,peſsimum eſt,tunc enim iudicium certius fiet,ægrum periturum . At notatu dignum eſt , pulmoniam à patiente affecta particula nominatam,eſſe pulmonis inflammationem , vt ait Gal. ſecundo Artis curatiuæ ad Glauconẽ cap. primo, vel vt ait Galenus in libro Introductio, ſeu medicus, Pulmonia eſt pulmonis grauis inflammatio, cum fuerit quorundam mens pulmonem ex modo ſuæ ſubſtantiæ non poſſe pati inflammationem, & ſi hoc non recte dicatur, attamen ſicut inflammatio pulmonis , cum in pulmoniæ ſtatu,indicat ægrotantis perditionem,pariter & idem indicabit grauitas pulmonis ex accumulata materia in pulmone, nam ſicut ex inflammatione pulmonis æger poteſt ſtrangulari,ita & ex materia accumulata in pulmone ipſum grauitante , vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo quarto. Iterum ſcias ſicut dixit ibi Galenus , quòd morbus,quem pulmoniam dicunt , non repente ægrotantes ſtrangulat, verum paulatim à principio incrementum ſuſcipiens vſque ad propriam conſiſtentiam in ea ægrotantis necem affert,ob quam rem deterius tempus pulmoniæ eſt tempus conſiſtendi,cum in eo ſolum morbus tam concreuit,vt confeſtim ægrum necare valeat, non ab re igitur dixit Hippocrates,peſsimum verò in pulmonia.Quoniam vt ait Galenus,qui pulmonia infeſtantur cum ſupini cubant , admodum in thorace anguſtiantur, preſſura quippe facta ſupra pulmonem à thoracis parte. Quo fit,vt ii incommodum non leue in aëris inſpiratione,atque expiratione patiantur , quod via eſt in ſuffocationem.At quoniam reſidentes , ii ſpiratiores fiunt , ob hoc reſidere cupiunt.Quòd ſi in conſiſtendi tempore id reſidere contingat his, qui pulmonia infeſtantur . Quoniam tunc temporis pulmonis inflammatio ad tantum peruenit incrementum,vt indubitato repente ęger ſtranguletur, & ob hoc in pulmonia in cõſiſtendi tempore ægrum optare, cogiq. reſidere,exitioſiſsimum eſt.In aliis autẽ acutis morbis non adeo exitioſum eſt, in conſiſtendi tempore reſidere, cum in his anguſtia ad totum corpus ſpargatur , non adeo infeſtans membra reſpirationis, vt repente ægrotantes in hora ſtatus valeat necare, velut id familiare eſt in hora ſtatus pulmoniæ, & propter hanc cauſam dixit Hippocrates , reſidere in ipſo morbi vigore in omni morbo acuto malum eſſe , peſsimum vero in pulmonia eſt .

Quàm malum ſit ſtridere dentibus ægrum in febribus .

XXIIII.

Si quis dentibus ſtrideat in febribus non conſuetus à pueritia ita efficere, inſania ſignificatur, ac mors , ſed in vtriſque futurum prædicere periculum neceſſe eſt , ſi verò mente commotus , ita efficiat, admodum exitioſum iam eſt .

A STRIDORE dentium edocet Hippocrates præſagire in morbis acutis,veluti ab eo, quod manifeſte nobis occurrit in iudicio termini ſalubris , aut inſalubris in eiſdem morbis,& dixit. Si quis dentibus ſtrideat in febribus non aſſuetus à pueritia ita efficere,inſania ſignificatur,ac mors, eandem ſentẽtiam attulit. Hippocrates in primo Prorrhetici,vbi ait.Dentium ſtridor pernitioſus,quibus non eſt ſanitatis tempore aſſuetus,ſuffocatio quoq.in his valde mala eſt.Et idem dixit Hipp. in de Coacis prænotionib.vbi ait.Dentes collidere,aut ſtridere, quib. nõ familiare id eſt à pueris furioſum,ac lethale eſt.Iam verò delirans ſi hoc faciat,penitus lethale

le eſt.At ſcire debes dentes in numero oſsium numerandos eſſe,vt ait Gal. in libro de Oſsibus. Qui cumplures ſunt,& numero diſtincti in ſuorum oſsium cõcauis in figuntur, & quoniam inter oſſa dentes ſolum ſunt participes molliũ cerebri neruo rum,ideo & ſoli euidentem ſentiendi vim habent:& iterũ ſcias vt approbat Hipp. in libro de Carnibus, quòd dentes poſterius oſsibus aliis generantur,quoniam ex oſſibus capitis,& maxillarum fit incrementum glutinoſi,& quod ex pingui ineſt à calido ſiccatum exuritur, & inde dentes progignuntur, duriores quippe aliis oſsibus, quia nihil frigidi ineſt, & ob hanc cauſam dentes patiuntur valde à frigido, iuxta illud Hippocratis quinto Aphoriſmorum decimo octauo, frigidum inimicum oſsibus dentibus &c.his enim ab ortu ſuo natura condonauit temperaturam, cui frigidum obnocuum eſt, iuxta illud Hippocratis quinto Aphoriſmorum vigeſimo ſecundo. His quæ à frigiditate moriuntur, calida grata ſunt, & iudicantia,frigida verò inimica,& occidentia. At quoniam dentes duriores ſunt,ideo in his ſtrepitus fiunt, atque ſtridor, iuxta illud Hippocratis in libro de Carnibus, ſtrepitus autem ad durum firmatur. Os autem cauum reſonat per durum,nempe in his, qui ſtrident dentibus in febribus, valide futuri mali præſagire poterimus, ſi vt ait Galenus ſecundo commentario libri Proretici, commento decimo tertio dignoſcamus quonam modo ſtridere dentibus contingat, ob quod annotatione dignum eſt,vt ait Galenus primo Prædictionum, commento vigeſimo quarto: & ſecundo de Cauſis ſymptomatum, cap. ſecundo dicens. Dentium inuitam concuſsionem, atque inuitum ſtridorem conuulſionem fore quandam mandibularium muſculorum,ob quam rem, qui ſtrident dentibus eorum muſculi in maxillis, & temporibus quodam motu conuulſionis commouentur, dum ipſi inuiti ſtrident, & non ob illam cauſam, qua hi volentes dentibus ſtrident. At proprie ſtridere dentibus eſt, cum dentes inuicem concuſſu, ac frictione ſonum faciunt, iuxta illud Ouidii octauo Methamorphoſ. feruida cum rauco latos ſtridore per armos, ſpuma fluit: ſane hi muſculi modo conuulſionis cõmouentur interdum ipſis ſolis affectis,nulla noxa ab alrero illis comunicata, vt in eorum inflammatione, aut vlcere, aut ex mala intemperie,quam forte acquiſiuere ab ortu naturę muſculi illi mandibulares,aut propter aliamconſequentem cauſam,ex tempore illis contingentem,nonnunquam verò id conuulſionis modus, muſculis maxillaribus contigere poteſt, ob affectionem principi ſedi, ideſt cerebro inhærentem, ſolitam quidem in his talem progignere conuulſionem, vt ſupra oſtendimus. Sed quiſpiam ambigere poſſet, cur in quibuſdam ſiue ſani, ſiue ægri fuerint, facilè dentium ſtridor reperitur, in aliis autem ſiue hi vel ſani, vel ægri degant, nequaquam dentibus ſtrident. Huic dico in illis id fore vel ob defectum muſculorum maxillarium non potentium firmare motum dentium, ſed hinc, & inde contingit eos quadam frictione moueri,inducentes ſonum concuſsiuum, vel ſtridentem, & hic defectus ſequi poteſt debilitatem muſculorum mandibularium, quam à primo ortu illis natura condonauit, & hoc quippe malum eſt, quoniam indicat debilitatem virtutis regentis muſculos illos: at vbi defectus talis ſequatur noxam in principe parte exiſtentem, tunc deterrimum erit, cum indicet illius conuulſionem, vbi verò ſtridor dentium ſequatur conſuetudinem, quam per abuſum quis ſibi confecit familiarem, etſi indicium turpe ſit, nõn tamen inſaniam, aut mortem ſignificabit propter id, quod de Natura acquiſita, vel conſuetudine ſupra diximus, non ab re igitur dixit Hippocrates, non conſuetus à pueritia ita efficere, in aliis verò, qui neque ſani, neque ægri dentibus ſtrident, cauſa eſt, quia his neque occurſat conſuetudo,neque tum principis partis, tum muſculorum maxillarium imbecillitas.In febribus igitur,in cæteriſque morbis acutis,ſi non aſſuetus quis dentibus ſtrideat, inſania ſignificatur, ac mors, inſania quidem,quoniam indicat offenſam principis partis,quæ non fiet abſq. magna mentis cõmotione, quam Galenus appellat inſaniam primo Prognoſticorum comm. XXIIII. Mortem vero quoniam offenſio principis partis, qua dentibus quis ſtridet conuulſionem promittit,& attende,vt ait Gal.ſi quis duntaxat ſtrideat dentib. in febrib.ſignificat inſaniam,ſi vero vna ſimul inſaniã poſsideat,& dentib. ſtrideat,nedum ſignificat mortem, verũ & eam eſſe inſaniam indicat. Et hoc dixit Hip.in ſermone iſto,ſed in vtriſq.videlicet in ſtridore dentiũ diuiſim,& in inſania

neceſſe

A neceſſe eſt prædicere periculum futuræ mortis. Si verò ſimul mente commotus, ita efficiat, ideſt dentibus ſtrideat, admodum, ideſt valde exitioſum iam eſt, id eſt ægrum de propinquo moriturum, iam aduerbium temporis eſt, quod penè eſt idem, quod nunc, aut ilico, vt ait Terentius in Adelph. tace egomet conueniam iam ipſum, & ſic dixit Galenus, & cito moriturum ægrum.

De vlceribus.

XXV.

Vlcus ſiue antea extitit, ſiue exiſtat in morbo conſiderandum eſt: Si enim moriturus æger eſt, ante aut lucidum, & ſiccum, aut pallidum, & ſiccum erit.

B OBITER edocet nos in hoc ſermone Hippocrates pręſagire de termino acutorum, indicio ſumpto ab vlcere, & dixit. Si medicus exactè præſagire voluerit terminum acutorum morborum per vlcus, ſiue prius morbo factum fuerit, ſiue in morbo acceſſerit. Non lateat te, vt ait Galenus quarto Methodi curatiuæ capite primo, omne vlcus, aut ſolum eſt, ipſumque per ſe, nullo cum eo ſimul inuadente, nec ipſum præcedente, aut ſequente alio effectu, aut cum alio quopiam vno, multiſuè conſiſtit. Quorum alii non modo ſtatim ab initio vlcus excitarunt, ſed etiam nunc maius efficiunt. At ab vno quoque horum vlcerum tali modo inſpectorum aduenit ipſi medico ratio operis curandi, nedum ipſius vlceris, verum & affectionis, quam præceſsit vlcus, vel ſimul conſiſtit. In ratione verò præſagiendi in morbis acutis aliter vlcus conſiderandum eſt, ſiue prius, ſiue cum morbo conſiſtat, & ita dixit Hippocrates in ſuo ſermone, vlcus ſiue antea extitit, ſiue exiſtat in morbo, à quo tunc tēporis ſumitur curandi Methodus, cōſiderandum eſt ſcilicet nunc aliter cum inquiramus rationem pręſagiendi in morbis acutis habito indicio ab vlcere: & dixit, ſi enim moriturus æger eſt &c. & ſcire debes, vt ait Galenus quarto C Methodi, capite primo, & in libro de Cauſis morborum. cap. vndecimo, quòd vlcus eſt ſoluta continuitas in genere membrorum carnoſo. Soluta verò continuitas eſt, cum partes membri non cohærent, neque vniuntur. Sed cum pars ſoluta fuerit, non amplius eſt vna, ſed in duas diuiſa eſt partes, ob hoc igitur non credas illi, qui ait Hippocratem per vlcus ſignificari uelle in ſua dictione, omne genus apoſtematis à prauo, & putrido, venenoſoque humore prognato, cum apoſtema nomen abſceſſus ſibi vindicet, in quo neque partes diuiſæ ſunt, neque vnitate priuatæ, vt ait Galenus in libro de Tumoribus præter naturam, cap. ſecundo. Reuertamur igitur ad id, in quo fuimus, videlicet, cum dixit Hippocrates, ſi æger moriturus eſt, ex vlceris prauitate, ante mortem vlcus liuidum erit, & ſiccum, quoniam id ægrotanti futuram necem promittit, quod facultatis regentis imbecillitatem indicat, non potentis per nutrimentum ſuccurrere membris, & iterum id mortem pronuntiat futuram, quod natiui caloris extinctionem indicat. At liuidus color D vlceris ante mortem caloris natiui extinctionem indicat, ſiccitas verò vlceris, defectum alimenti, cum nullo quorum vita diu ſeruari poteſt, igitur ſi ante mortem vlcus liuidum fuerit, atque ſiccum, proculdubio æger morietur; ſcire debes quod vlceris color indicium eſt qualis ſubſtantiæ, & non quantæ, vt ait Galenus in libro de Tumoribus præter naturam. cap. ſecundo: & ita vlcus incrementem poteſt aſſumere, & ſi in eo non mutetur color. Quo fit, vt iudicatio ab vlcere liuido ſit à qualitate ſubſtantiæ eius, & à ſicco, ab ipſamet ſubſtantia vlceris tantum: ob quam rem ſi duo hæc in eodem coëant vlcere, praua videlicet qualitas, & vitioſa ſubſtantia, iudicium ab vlcere efficietur certius ægrū periturum eſſe, nō autem ita contingit de vlceris ſolo incremento, ab eo. n. ſolo nō ſumimus iudicium perditionis ægri, cum tunc ſtare poſſet qualitas vlceris in terminis ſalubrib. poteſt. n. tumor fieri maior, quàm ſit pro modo naturę, ex quo tamen aliquid futuri mali nō indicabitur, cū neque color exeat terminum ſanitatis, neque vlceris ſubſtãtia deperdatur. vbi tamen vlceris minoratio cōtingeret ob carnis perditionē, quod dignoſcemus per vlceris ſiccitatem, id certè malum erit, cū vlcus exeat terminū ſalubritatis, & modū naturę,

Item ſcire debes, quòd color præter naturam vlceris oſtendit dominium humoris vitiantis vlcus, indicatque qualem humorem ab vlcere euacuare debemus, velut edocet nos Galenus quarto Aphoriſmorum, cõmento ſecundo dicens, omnem colorem pręter naturam in toto corpore oſtendere humorem euacuandum ab eo. Non ab re igitur dixit Galenus primo Prognoſticorum, commento vigeſimo quinto, quod in morbis vulcus non ſemper vnius erit coloris, ſed pro menſura læſionis ex vlcere contingentis, & pro diuerſitate humorum in corpore, vlcus colorem euariabit. Vbi igitur vlceris color croceus erit, bilioſus humor in eo, & toto corpore exuperat, ſi verò liuidus, aut in alia ſignificatione, viridis ei inerit color, aut nigribiliarius, dominium atræ bilis indicabit. At cum liuidus color maiorem ob id quod non longè diſtat à nigro læſionem ſolet indicare, eo quòd maior lęſio in corpore ex vlcere, colorem liuidum afferre ſolet, minor verò rubrum, aut pallidum: rubrum autem colorem ſalutarem dixit Galenus verbo Hippocratis quarto Aphoriſmorum, comm. L X X I. Pallidum verò colorem, ſeu viridem, minus malũ nigro & liuido fore, habetur ex Gal. I I. de Ratione victus in acutis, comm. X X I I. & hoc ex cauſa generationis coloris pallidi, fit .n. talis color permixta aquoſo excremento, pallida, & amara, & flaua appellata bile. Ob quam rem, cum color pallidus tantũ à flauo ſecedit, quantum flauus à rubro, vt dixit Gal. non erit adeo ſæuus color pallidus, vti eſt niger, & liuidus: color enim niger magnam viſceris læſionem oſtendit, vt ait Gal. quarto Aphoriſ. comm. X X I. liuidus color cum non longe diſtet à nigro, vt oſtendit Galenus primo Prognoſticorum, comm. X X V. Ipſum in vlcerib. maiorem læſionem promittere pronuntiabimus: minorem verò pallidus color indicabit. Non ab re igitur dixit Hipp. Si enim moriturus eſt æger, ante mortem liuidum, & ſiccum, aut pallidum, & ſiccum erit, non adeo tamen mortiferũ eſt, ſicut ſi liuidũ, & ſiccum fuerit vlcus. Quæ enim liuent, refrigerantur, indeq. extinguuntur, ita fit, vt color liuidus prorſus exitialis aſsiduè exiſtat, vt ait Gal. primo Prædictionum commento decimo tertio, & in libro de Coacis prænotionibus, vbi ait. Vlcus liuidum & ſiccum, aut cum virore pallidum, lethale eſt.

De Geſticulatione manuum.

XXVI.

De geſticulatione manuum hæc cognoſcere oportet. Qui in febre acuta, aut phrenitide, aut pulmonia, aut capitis dolore manus ob os fert, aut fruſtra venatur muſcas, aut colligit feſtucas, aut de veſte euellit pilos, aut de pariete ſtipulas carpit, id omne malum, exitialeque eſt.

OB errata, quæ in imaginatione contingunt, in quibuſdam fiunt operationes, & manuum motus, quibus ii credunt ſe intueri tanquam foris ſita ea, quæ in oculis habentur, quos manuum motus geſticulationes manuum Hippo. appellat. Igitur manuum geſticulatio eſt operatio, & motus earum ob errorem facultatis imaginatiuæ, quo quis credit ſe intueri tanquam foris ſita, ea quæ in oculis habentur, vnde geſticulari eſt geſtum facere, & geſticulator inde dicitur, qui geſtu corporis, vel partium eius populum oblectat, non erit igitur in acutis morbis manuũ geſticulatio ægrotanti inhærens, niſi eidem occurſauerit, offenſa virtutis imaginatiuæ. Quæ offenſa etſi multiplex ſit, vt ait Gal. in lib. de Symptomatũ differentiis, cap. tertio, ſola tamen in manuũ geſticulatione in morbis acutis, offenſa facultatis imaginatricis eſt, quidã prauus motus manuũ erranſque quem delirium vocant. Quo fit, vt rectè dixerit Hippo. in acutis morbis manuum geſticulationem malam, lethalemque eſſe, quoniam delirium indicat, quod & virtutis rationalis, & imaginatiuæ eſt prauus, & errans quidã motus. Contingit enim imaginationem & in his, quæ ad ſenſum & intellectum ſpectant oberrare, vt ait Gal. in libro de Hiſtoria Philoſophica, & hoc induximus exemplo à tyronibus ſumpto, qui ſe ad prœliũ exercentes nullo quippe ſenſuũ obiecto exiſtente, ſpeciem hoſtis concipiunt, & aduerſus eam ictus ſuos dirigunt, nihil tamen ipſis adeſt, quod enſe diuerberent. Sane eorũ imaginatio

A natio errat & quo ad ſenſum, quoniam nullum adeſt obiectum ſenſuum & quo ad intellectum, quoniam ſpeciem hoſtis concipiunt, & nihil extra illi imaginationi reſpondet, pariter & id contingit aliquando in morbis acutis, videlicet eorum facultatem imaginatricem in his, quæ ad ſenſum & intellectum ſpectant, oberrare, veluti cum ii manus ob os ferunt, aut fruſtra venantur muſcas, aut colligunt feſtucas, aut de veſte euellunt pilos, aut de pariete ſtipulas carpunt, ii etiam nullo ſenſuum obiecto præexiſtente ſpetiem muſcarum, & feſtucarum, pilorumque, & ſtipularum concipiunt, & aduerſus ea manus admouent, diriguntque, nihil tamen extra adeſt, quod colligere, vel carpere, aut euellere valeant. Quo fit, vt eorum imaginatiua virtus quo ad ſenſum fallat, quoniam nullum ſenſibile obiectum his occurſat, & quo ad intellectum, quoniam ſpecies rerum concipiunt, & nihil illis extra reſpondet. Quo fit, vt ægrotantes taliter manus porrigendo delirent, ob quam rem benè dixit Hipp. de geſticulatione manuum hæc cognoſcere oportet, videlicet, qui in febre acuta, aut phrenitide, aut pulmonia, aut capitis dolore ma
B nus ad os fert, credens aliquid ori, dentibus, & linguæ, palatoque inhærere, aut fruſtra venari muſcas, & alia, quæ dixit Hipp. id omne malum, exitialeque eſt, quoniam delirium indicat, quod à tota ſui natura, mortiferum eſt, vt ait Galenus primo Prędictionum, commento vigeſimo ſexto. Sed ſcire debes, & eſt notatu dignũ vt ait Gal. primo Prædictionum, commento vigeſimo ſexto, quòd manuum geſticulationes in morbis acutis ob errantem imaginationem fiunt, equidem ſimilem illi imaginationi per quam ſuffuſi errant, ægri enim per ſuffuſiones quæcunque vident in medico loco criſtaloidis, & tuniculæ circa pupillam cornu ſimilioris, foris ſita eſſe exiſtimant, quoniam cum ipſi ſani degebant, aſſueti erant res per medium aërem intueri, ſic & in morbo per ſuffuſiones hærentes dictæ parti oculorum, putant rem illam videre per medium aërem, & errant, quoniam quod intra eſt, ſitum eſſe foris exiſtimant, ob quam rem aliquando admouent manus ad oculos carpere penſitantes, res extra, dum tamen ob errantem imaginationem nihil capiant: & hoc ſenſit Gal. quarto, de Locis affectis. cap. primo vbi ait. At ſimilia quoque ſuf
C fuſioni accidentia in quibuſdam phrenitidis ſpeciebus affecto ſcilicet cerebro euenire ſolent, quomodo autem viſio ab oculo prodeat, & quo medio, & quibus humoribus, tuniciſque in oculo perficiatur, abunde diximus primo Prædictionum, commento decimo tertio. Nunc autem ſat eſt ſcire, ſuffuſiones in oculis viſionis errorem propinari ob errantem imaginatiuam, promittentem aliquid extra intueri, dum tamen nihili tale extiterit. Eſt enim ſuffuſio humor aquoſus, qui in loco medio criſtaloidis, & tunicæ corneæ deſtillauerit, ideſt ad pupillam occurſauerit, ibique crementum ſuſcipiens viſum offendit, propter ipſum eſſe interceptum inter uiſorium ſpiritum, & aërem, quo vti medio ſolet viſibile nullo occurrente errore videri. At quoniam ſpiritus viſorius penetrare non valet, ob hoc errat facultas imaginatiua, cui præſentatur res ſicut non eſt, quoniam præſentatur ei res extra ſicut non eſt. Et per idem fiunt imaginum apparentiæ ante oculos, & qualitate, & quantitate differentes. Sanè id contingit in febre acuta tenente totum corpus,
D cuius praui humores in eo ad caput exhalantes per vim calidi incendentis, & ad ſuperiora eleuantis, clarum, & mundum humorem in pupilla exiſtentem perturbant, & pro natura turbati humoris ita viſa apparent extra, interdum alba, aut nigra, aut rubra citrinaque, & interdum craſſa, aut tenuia, huius quippe, vel alterius rei imaginem prodeuntia, vt pilorum, feſtucarumque, & muſcarum volitantium, & ſtipularum, & huiuſmodi, vt dixit Hippocrates. Pariter quoque in forti capitis dolore, atque phrenitide, cum enim ii morbi ex capitis plenitudine inſurgant præ doloris vehemẽtia exagitati humores ad locum pupillę in oculos peruenientes, humorem clarum pupillę perturbantes, tales imaginũ apparentias, committunt, ſic & in pulmonia: cum.n. pulmonia ſit inflammatio grauis circa pulmonem, vt ait Gal. ſecundo Artis curatiuæ ad Glauconem, & in libro Medicus: rationi cōſentaneum eſt, vt calido agente vapores ad caput reſurgant, quos concipiens humor pupillæ clarus obtenebreſcit, & accidentia dicta conducit. Non ab re igitur dixit Hippo. ſeptimo Aphoriſ. duodecimo, A pulmonis inflammatione phrenitis malũ, vbi Gal. ait in commento. Quando à calido humore fit inflammatio pulmonis, quæ multos

vapores tranſmittit ad caput,cerebrum implet vaporibus,& facit phrenitidem. A At venirem ego interrogandus, cur phrenitide affecti,vt dixit Hippocrates manus admoueant, vt muſcas venentur aut feſtucas colligant, aut pilos euellant, aut ſtipulas carpant, Huic dicerem,niſi ſermonis prolixitatem odio haberem. At quoniam hæc luce clara à Galeno enarrantur primo Prędictionum, commento vigeſimo ſexto & quarto de Locis affectis cap.primo ſub ſilentio tranſibo,& tu loca hæc vide. Dicam ſolum vt Hippocratis ſententiam perficiam. Quòd ſi prædictis morbis talia accidentia comitentur, proculdubio malum, & mortem præſagire poteris,ſiue ſenſus erret, ſiue non, ſiue ratio, aut iudicandi facultas conſtet, vel parua ex parte non imaginatiua verò ſemper errante. Hæc quidem ſcilicet in phrenetide malum pronunciant, cum principis partis noxam indicant. Hæc verò in cæteris, morbi magnitudinem ſignificant, vt ait Galenus.

De ſpiratione. B

XXVII.

Spiritus crebrior ſignificat dolorem,aut inflammationem,quæ ſupra præcordia fatiget: ſi verò ſpiratur magnus, multoque inter poſito tempore delirium indicat: ſi verò frigidus de naſo, & ore, exitialis iam eſt.

Cvm non paucam in morbis acutis de ſpiratione conſiderationem habere debemus, quoniam ea in animali contingit vitam conſeruari corde comite, vt ait Galenus in libro de Vtilitate reſpirationis, capite ſecundo, Non ab re in hac dictione Hippocrates edocet nos præſagire in morbis acutis de eorum termino ad bonum, aut malum, indicio ſumpto à ſpiritu ipſo. Et ſcire debes, quòd ſpiritus, ſiue ſpiratio, vti nunc pro eodem cœpit Hippocrates, eſt motus thoracis,atq. C pulmonis, quo aër per os, & nares ad cerebrum attrahitur, & in cor per fauces, atque pulmones, vt dixit Galenus tertio de Naturalibus facultatibus. capite decimo tertio. Dixit quoque & ſi ex diuerſa materia per eandem tamen ſemitam fit ingreſſus, & egreſſus ſpirati aëris. Pulmo enim & thorax, & arteriæ tum aſpera tum lenis, & cor, & os, & nares breuiſsimis temporum momentis contrarios ſortiuntur motus, & ſi materiam mutent in reſpiratione ipſa. Quo fit, vt ſi quidquam in animali impedimento eſſet tum aëris ingreſſuſque ad prædicta membra, vtique vel animal priuaretur ſpiratione, & inde vita, quoniam priuatio ſpirationis non ſtat cum viuo animali, vt de Vtilitate reſpirationis dixit Galenus,vel impediretur naturalis modus reſpirationis,ob quod ſic affecti male iu dicabuntur, & tanto deterius, quanto ab acutis morbis deprehenſi fuerint. Propterea dixit Hippocrates: ſpiritus, ſeu ſpiratio crebrior ſignificat dolorem, aut inflammationem, quæ ſupra præcordia fatiget. At ſcire debes crebram ſpirationem eam eſſe, quæ breuibus fit interuallis, ſicut & eam raram dicemus ſpirationem, quæ longis fit interuallis,autore Galeno primo de Cauſis pulſuum. cap. quarto,& vbi eam exemplo manifeſtam facere cupimus, dicemus cum Galeno ſexto Aphoriſmorum,commento quadrageſimo ſexto illam eſſe, quæ in curſibus fit, atque vehementioribus exercitiis. Palam enim in his eſt breuia fore ſpirationis interualla, D ſicut in quiete, & leui motione longiora ſpirationis apparent interualla, & non lateat te, quòd crebra ſpiratio, quæ fit ob vehemens exercitium,ideo fit, quoniam in eo animal multa eget aëris inſpiratione ob id, quòd in forti motione ſpiritus, & cor, valde incenduntur, quo fit, vt multo egeant per ingreſſum aëris refrigerio, at quoniam multa aëris inſpiratio vna tantum vice fieri nequit, vt ſufficiat, pro remiſsione incendi. Ideo facultas corporis regitiua ſupplet magnitudini inſpirationis per ſpirationis crebritatem, & hanc ſententiam vide tu à Galeno tertio Aphoriſmorum,commento vigeſimo ſexto, & ob hoc notatu dignum eſt, vt ait Galenus primo de Cauſis pulſuum, capite ſecundo & tertio quòd crebri ſpiratio

ni magis

ni magis propria eſt facultatis imbecillitas, & caloris copia, ſi enim vigentior fuerit facultas cum caloris copia, tunc ſpiratio magna, vel celer exiſteret. Ob quam rem
A ſi ſpiratio crebior extiterit, ſpirandi facultas imbecillior erit, & caloris copia maior, & ob hæc dicta poteris in morbis acutis, iudicio capto à crebriori ſpiratione præſagire ſupra caloris impuri copiam, & excrementis referti, ſicut & idem fiet in crebriori pulſu, vt docet Galenus in ſecundo de Præſagitione ex pulſibus cap. ſecundo. Item non lateat te quòd vbi vehemens non adfuerit corporis exercitium, adſit tamen vt in acutis morbis crebior ſpiritus, tunc temporis cauſa eius erit anguſtia eorum, qui ſunt in pulmone ventriculorum, quæ anguſtia fit repleto pulmone ab his, quæ deſuper veniunt fluxionibus, hoc habes à Galeno tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto, & adde tu, vel ob inflammationem, qua viæ pulmonis obſerantur, ob quod prohibetur ingreſſus ad cor inſpirati aëris, vetabiturque egreſſus aëris exſpirati, quo fit, vt animal, & eius cor admodum anguſtiam patiātur, vt ait Galenus in his que ſcripſit de Spirandi difficultate. Cæterum
B puto fore ſcitum, vt ait Galenus primo Prædictionum vigeſimo ſeptimo, præcordia antiquos ſeptum appellare, quoniam ante cor ſitum eſt ipſum defenſans, ab his, quæ ab infernis occurſantibus, facilè cor lædi poſſent, & idem antiqui phrenas vocant, ideſt mentem, vt ait Plato in Timæo, & Galenus quinto de Locis affectis cap. tertio: quoniam eo inflammatione affecto mens quoque læditur, & huius cauſam dedit Galenus quarto de Pręſagitione ex pulſibus, capite quinto, vbi ait quòd ii taliter affecti delirabunt neceſſario, ob illatum nocumentum parti neruoſæ ſepti tranſuerſi communicatum principi parti, ideſt cerebro, & etiam quoniam ei hæret tunica ſuccingens coſtas multis prædita neruis. Propterea igitur cum motus anhelitus ſequatur, motum pulſus, & pulſus affecti inflammatione ſepti tranſuerſi creberrimus ſit, pariter & anhelitus creberrimus erit, quo fit, vt ſi deliranti & febrienti pulſus creberrimus, & durus, paruuſque fuerit, proculdubio ægrotantis
C mortem pronuntiabimus, vitio inflammationis ſepti tranſuerſi, quo nedum æger delirabit, verum & nullus ſeruatus erit. Quæ igitur ſupra præcordia, ſeu phrenas, ſeu ſeptum tranſuerſum membra ſunt, ea ſunt cor, & pulmo, & non lateat te, quòd animalis partes reſpirationi ſeruientes duæ ſunt, videlicet, pulmo, & thorax, vt ait Galenus quarto de Præſagitione ex pulſibus, cap. ſecundo: & quoniam celerrimam, atque maximam noxam cordi affert pulmo, ideo ob inflammationem pulmonis, atque thoracis, nedum partes eæ dolent & anguſtiantur, verum pariter & cor, quo fit, vt dolor, ſeu anguſtia partium, quæ ſupra præcordia ſunt, crebriorem ſpirationem progignant, quippe & in morbis acutis à crebriori ſpiratione præſagire poterimus dolorem, & anguſtiam, aut inflammationem eorum, quæ ſupra diaphragma ſunt, membrorum ſpirationi ſeruientium. Non ab re igitur dixit Hippocrates, ſpiritus crebrior ſignificat dolorem, aut inflammationem, quæ ſupra præcordia fatiget. Deinceps iudicat Hippocrates de termino acutorum, ſumpto quippe indicio à ſpiritu magno, ideſt longo, lato, atque profundo, ſicut enim dixit Galenus in libro de Pulſibus ad tyrones, cap. ſecundo, quòd pulſus, qui in omnem dimenſionem auctus eſt, magnus nominatur, ita & nos ſpiritum, vel ſpirationem magnam dicemus, quæ per omnem dimenſionem, videlicet longitudinis, latitudinis, atque profunditatis adaucta eſt, & huic magno ſpiritui adiecit ſpiritum rarum, dicens, multoque interpoſito tempore. Spiritus autem rarus eſt, qui longis
D interuallis fit, vt ait Galenus primo de Cauſis pulſuum. cap. quarto. Sic igitur prædixit Hippocrates à magna, & rara ſpiratione de termino acutorum, cum dixit. Si verò ſpiratur magnus, multoque interpoſito tempore delirium indicat. At huius rationem attulit Hippocrates, in libro de Coacis prænotionibus, vbi ait, præter conſuetudinem quid facere, velut eſt proponere ſibi aliquid, & expectare aliquid prius non conſuetum, aut contrarium, malum eſt, & mentis motioni proximum, iunxit autem verbo Hippocratis Galenus præſagium hoc, & vbi ſpiritus rarus, paruuſque adfuerit in morbis acutis natiui caloris extinctionem denuntiat, & huius cauſam dixit Galenus primo, de Cauſis pulſuum. cap. quarto vbi ait. Par eſt enim, vt quemadmodum in calore, prima erat magnitudo, celeritas altera, crebritas tertia, & in frigiditate. Item prima paruitas, ſecunda tarditas, tertia raritas

ſit, vti enim dixit Galenus de Pulſu, ita & nos de Spiratione dicemus, ſicut & ipſe affirmat in vltimo verbo cap. quarto, de Cauſis pulſuum primo. Vbi ait. Eadem in reſpiratione ratio eſt, de qua late egimus in commentariis de Dyſpnœa. Cæterum alteram attulit Hippocrates præſagitionem in morbis acutis, à ſpiratione ipſa, cum dixit. Si verò frigidus de naſo, & ore exierit, admodum lethalis iam eſt: quoniam tunc maior conſurgit certitudo de natiui caloris extinctione flatum calefacere nequeuntis ob ſui perditionem, & eius radicis, quæ eſt cor, vt ait Gal. quinto de Locis affectis, capite primo, & in libro de Vtilitate reſpirationis cap. tertio dixit cauſam frigidi ſpiritus exhalantis ex ore, & naſo, vbi ait, talem factam eſſe ſpiritus frigiditatem, vbi multum perfrigerata ſunt reſpirationis organa, & ait in libro de Difficultate reſpirationis, perfrigerari enim reſpiratoriis organis, palam pernitioſum eſt, cum iſtic ſanè cor ſitum ſit, quod principium, & fontem inſiti caloris eſſe ſcimus, & ſcias hoc veritatem habere in acutis morbis ſolum, in aliis verò vt eſt vteri ſtrangulatio, & ſi non ſit extra periculum, non tamen penitus eſt pernitioſa, in ea enim præ multitudine frigidæ materiæ innatus calor grauatur, non tamen extinguitur, ſicut in acutis, quibus iungitur. Non ab re igitur dixit Hippocrates admodum exitialis iam eſt, ideſt æger eſt morti propinquus, vt ait Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus. At dignum conſideratione eſt, quòd cum ſpiratio duplex habetur, vt ait Galenus in libro de Difficultate reſpirationis, videlicet ſimplex, & compoſita, ſimplicem quidem ſpirandi difficultatem appellat, quæ vnam totius reſpirationis partem ſingulatim occupat, vt magna tantum reſpiratio, aut parua, vel velox, aut tarda, vel crebra, aut rara, & huiuſmodi. Compoſitam verò eam dicit, quæ in pluribus ſimul conſiſtit ſpirationis partibus, vt quæ magna eſt, & rara ſpiratio, aut parua, & tarda, aut celer, & rara, & huiuſmodi. Et dixit ipſe ſimplicem ſpirationem nihil certi iudicare, compoſitam verò ad certum, & minime fallax indicium deuenire: ſanè enim ſpiratio magna per ſe, non indicium eſt boni, neque mali, quoniam cum magna ſpiratione coire poteſt, & bonum, malumque, ſi enim ſpiratio magna, raraque fuerit, mali indicium erit, quoniam delirium portendit. At verò ſi reſpirationis magnitudo cum denſitate conſiſtat, vrgentem vtilitatem indicat, ſimiliter autem & paruitas ipſa quidem per ſe ipſam, aut particulam aliquam dolore afflictam, aut vtilitatem exolutam oſtendit, ita, vt neque ipſa aliquid certi indicat. Ob quam rem ſi Hippocrates edocet nos præſagire à ſpiratione ipſa, id fecit non à ſpiratione ſimplici habita mente, cum nullius certe cognitionis ſignum exiſtit, ſed certi indicium erit ſi cum altera quapiam reſpirandi difficultatis ſpecie copulatur, & ob hoc in dictione ſua Hippocrates per copulam diſiunctionis loquutus eſt, dicens, ſpiritus crebrior ſignificat dolorē, aut inflammationem, quæ ſupra præcordia fatiget. Non enim eius certa eſt doloris ſignificatio, aut inflammationis. At vbi creber ſpiritus, paruitati copuletur, dolorem indicabit, vbi verò magnitudini inflammationem, quæ ſupra precordia fatiget. Pariter quoque ſi magnus per ſe fuerit ſpiritus, nullius certitudinem facit. Vbi verò magnus & rarus, qui multo fit intercepto tempore indubitatam fidem facit delirii, & mentis commotionis, & idem in cæteris ſimplicibus ſpirationibus, atque ex his compoſitis putandum eſt, vt ait Galenus primo Prædictionum, commento vigeſimo ſeptimo, & libro primo de Difficultate reſpirationis.

XXVIII.

Spirationis facilitatem exiſtimari oportet perquam magnam uim habere ad ſalutem in omni morbo acuto, qui cum febre infeſtet & quadrageſimo die iudicetur.

CVM poſuit Hippocrates præſagia in morbis acutis, futurum malum promittentia, ad ſpirandi facultatem animum intendens in hoc ſermone edocet in eiſdem præſagire de futuro bono habita mente ad vſum ſpirationis in animali, & dixit facilitatem ſpirationis in omni morbo acuto, quod cum febre infeſtat, magnam

gnam habere vim ad ſalutem præſagiendam. Vbi ſcire debes difficultatem reſpi-
A randi quandam eſſe ſpirationis læſionem, velut ſentiendi difficultas,aut mouendi, quędam dicitur læſio ſenſus aut motus, vt ait Galenus libro primo de Difficultate reſpirationis. At quoniam ſpirationis læſio ſpirandi facultatem incommodat, ideo eam ſanè morbum dicemus, autore Galeno primo de Tuenda ſanitate,vbi ait,mor bus affectio eſt præter naturam actionem impediens. Pariter cum perfectio ſpirationis facultatem ſpirandi accomodet, eam quippe ſanitatem eſſe concedemus, ob verbum Galeni dicentis.Sanitas affectio naturalis eſt actionem perficiens.Quo fit, vt in morbis acutis, ſpirationis difficultas,præſagium ſit contumax, & incommodum, actionem enim animæ naturalem lædit, incommodatque, pariter & contra, facilitas ſpirationis in morbis acutis præſagium vtile, & naturæ commodum, quo niam animæ actionem perficit naturalem. Non ab re igitur dixit Hippocrates ſpirationis facilitatem vim magnam habere in acuto morbo ad ſalutem, ob id, quòd ipſa ſecundum naturam eſt, præter naturam autem eſt ſpirationis difficultas, vt ait Galenus libro primo de Difficultate reſpirationis.Quod autem ſecundum natu
B ram eſt,vtile,& bonum eſt.Quod verò præter naturam malum, & incommodum, vt ait Plato in Timæo: & per aliam rationem Galenus approbat,facilitatem ſpirationis indicium fore,in acuto morbo ad ſalutem ipſam, & hoc à bona valetudine membrorum,ſeu organorum ſpirationis,& eorum quæ illis iunguntur,nominans itaque ſpirationis facilitatem naturalem ſpirationem, quoniam per eam facultas ſpirandi functiones ſuas ſecundum naturam perficit. Hoc equidem fieri nequit, niſi organa reſpiratoria à quacunq. noxa, & vitio libera fuerint,atque abſolu ta. Igitur cum cor, thorax, pulmo atque præcordia ſpirationis organa ſint, vt ait Galenus in libro de Cauſis reſpiratiouis, & primo Prædictionum,comm.vigeſimo octauo. Cor quidem quoniam in eius cauitatibus ob temperantiam neceſſariam generationi ſpiritus, deuehitur aër, & propter neceſsitatem expulſionis ſuperincenſi aëris à calore cordis egreditur aër, quod fieri nequit aliter, quàm ſpiratione.
C Pulmo verò pariter eſt ſpirationis inſtrumentum, quoniam eſt velut ventriculus ſpiritui deſtinatus, pro cuius refrigerio per aſperam arteriam aër in pulmonem de uehitur, & à pulmone in cordis cauitates. Quo fit, vt pulmo dilatetur atque conſtringatur, & hoc quippe ordine fit reſpiratio, ſimiliter & thorax, quoniam ſuis muſculis, motum reſpirationis gubernat, vt ait Galenus libro quinto de Aggreſsi bus anatomicis. Pariter & præcordia,ideſt ſeptum tranſuerſum, quoniam inter muſculos omnes ad reſpirandi functionem animali eſt vtiliſsimum, vt ait Galenus in libro de Cauſis reſpirationis, & quinto de Anatomicis adminiſtrationibus. Partes autem his inſtrumentis adiunctæ, ſunt ventriculus, lien, & iecur, quoniam vt dixit Galenus primo Prædictionum,cómento vigeſimo octauo, ſi ipſæ dolore, aut inflamine affectæ fuerint, cum ſpiratio fit, eæ commouentur partes,& dolore, & non parua moleſtia turbantur, quo fit, vt eæ conſotiæ ſint inſtrumentis reſpiratoriis. Propter hæc igitur per notam illationis ſic ad veritatem ſententiæ Hippo cratis ratiocinabimur, ſi inſtrumenta reſpiratoria, & eæ illis adiunctæ partes,quo vis modo doloris, aut inflaminis, aut vrentis caloris, aut prorſus extinctionis eius afficiuntur, proculdubio difficilis ſpiratio ægro aſſociabitur, & inde ægrotantis futurum periculum præſagire poterimus, igitur ſi inſtrumenta reſpiratoria,& eis adiunctæ partes nullo dolore, nulloque inflamine, non copia vrentis caloris,nulla
D que immoderata extinctione caloris afficiantur, ſanè facilis ſpiratio ægrum comi tabitur, at quoniam facilis ſpiratio naturalis eſt, ideo ab ea ducti ægrotanti ſalutem promittere poterimus, non ab re igitur dixit Hippocrates ſpirationis facilitatem exiſtimari oportet quàm magnam vim habere ad ſalutem, & adiecit in omni morbo acuto, qui cum febre infeſtet, vt nos certiores reddat Hippocrates, in quibus morbis facilis reſpiratio indicium ſit ſalubre,quoniam in omnibus acutis mor bis, qui ſunt cum febre velut ſunt acutus morbus ſimpliciter, cuius terminus peruenit in quartumdecimum diem, vel acutus ex conuerſione, cuius terminus ad quadrageſimum attingit diem, quo fit, vt cum cæteri morbi acuti in his duobus acutis deprehendantur, ii omnes acuti cum febre infeſtabunt, vt dicere valeamus facilitatem ſpirationis indicium fore ſalubre in morbis, quorum terminus nedum

ad quartumdecimum diem, verum & ad quadrageſimum peruenit, qui omnes A
ſunt, qui cum febre infeſtant, & per hoc Hippocrates ſeparat ab hoc ſalubri indi
cio duplex genus morbi, videlicet acutus morbus ſine febre, & morbus diutinus.
Sub primo veniunt apoplexia, conuulſio, & neruorum diſtentio, qui ſine febre
ſunt, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento decimo nono, & primo
Prædictionum, commento vigeſimo octauo. In conuulſis enim facilis ſpiratio, ſalu
tem non promittit. At quoniam ſunt ſine febre à tota ſui conſiſtentia non dicen-
tur morbi acuti, & ſi etiam eorum aliquis repente ægrum necaret. Morbus verò
diutinus, & ſi cum febre ſit, ſpirationis facilitas in eo non eſt indicium ſalubre, quo
niam virtutis exolutione cum facili ſpiratione contingit ægrum mori, de omni
autem diſcrimine acuti morbi abunde diximus in commentario octaui textus Hip
pocratis primo Prædictionum.

De ſudore. B

**Sudor optimus eſt per omnes acutos morbos, ſi per diem eue
nit decretorium, & integrè ſedat febrem. Bonus etiam eſt, ſi ex to
to copore prodeat, facietque, ut æger ferat facilius morbum: ſi
verò nihil tale efficiat, nequaquàm vtilis eſt. Peſsimus vero eſt, ſi
frigidus egrediatur, & circa caput tantum modo uultum, & cerui
cem, hic enim cum acuta febre mortem, cum mitiore, morbi lon-
gitudinem indicat.**

CVM ſudor vnus ſit ex humoribus in animantis corpore prodeuntibus, vt ait
Galenus in decimo de Facultatibus ſimplicium medicamentorum elaboratus
quippe vel à natura, vel à morbi cauſa. Quo fit, vt quãdoque bonus ſit, & naturalis C
quãdoque verò malus, & vitioſus. Huius merito Hippocrates in hac dictione edo
cet nos præſagire de Termino acutorum morborum ad bonum, aut malum ani-
mum habens ad ſudorem, qui ad cutem vſque ægrotantis permeatis omnibus, quę
interſunt partibus peruenit. Sudor enim vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum,
commento trigeſimo ſeptimo, ex cute euacuatur, & dixit, ſudor optimus eſt per
omnes acutos morbos, ſi per diem euenit decretorium, & integre ſedat febrem.
At ſcire debes, quòd quamuis ſudor, & vrina eundem habeant modum generatio
nis, eandem quoque materiam, ex qua generantur, vt ait Galenus decimo de Sim
plicium medicamentorum facultatibus in diuerſorum tamen veniunt ſignificatio
nes, vt ait Galenus quarto de Tuenda ſanitate. Sudoris enim ſignificatio eſt ſucco
rum, qui in vniuerſo abundant corpore. Vrinę verò eorum tantum, qui in vaſis con
tinentur. Quapropter ſignificatio ſumi poteſt à ſudore à multis quippe, vt à ſudo
ris quantitate, & qualitate, ab odore etiam & ſapore, à tempore, quo ſudor fit, &
ab exitu eius à corpore, vt docet Galenus decimo Simplicium medicamentorum,
& quarto de Sanitatis tutela, & tertio de Cauſis ſymptomatum. cap. ſecundo & D
ex parte, & primo Prædictionum, commento vigeſimo nono. Pariter quoque &
notæ ſumi poſſunt ab vrina, cuius indicium ſumptum à ſapore iis ſeruo medicis,
qui in odore, & vrinarum ſapore oblectantur, & his quoque, qui fraudulenti ani
mo ſolertes, & prudentes ab ægris, & aſsidentibus medici videri cupiunt, nam
vrinas tales deguſtare plane eſt abominandum, vt ait Galenus de Simplicium me-
dicamentorum facultatibus, illos quoque medicos fugandos puto, qui varia mor-
borum genera, & ſi grauia ſolo vrinæ potu curare promittunt, Quoniam cum ho
minis vrina imbecillimæ ſit facultatis, vt ait Galenus inter omnium animantium
vrinas exceptis porcis domeſticis, quibus execti ſunt teſtes, nam eorum totius cor
poris temperies ſimilis eſt temperiei humanæ, ſimiliterque vrina eſt debilis. Quo
fit, vt in morborum curatione eorum animantium potus vrinarum nequaquam va
lidus ſit, ſed contumax, & abominandus. Item non lateat te ſudores per morbos
acutos ſolum iudicare, vt ait Hippocrates in ſermone ſuo, dicens, ſudor optimus
eſt per omnes acutos morbos, quod ſanè idem voluit quarto Aphoriſmorum, tri-

A gesimo ſexto. Vbi ponens in morbis iudicia, à ſudore ſolum ad memoriam duxit dies iudicatorios, qui ſunt intra quadrageſimum, & nulli dubium eſt, morbos, quorum terminus peruenit ad quadrageſimum vſque diem, acutos nominandos eſſe, vt iam dictum eſt, qui verò terminum hunc excedunt diutini appellantur morbi, & hi non admodum iudicari poſſunt per ſudores, neque omnino per excretiones, ſed per concoctionem, vel per abſceſſus, vt ait Galenus commento trigeſimo ſexto. quarto Aphoriſ. Iterum ſcire debes ſudoris optimitatem tribus perfici rebus, vna, quòd in die decretorio ad cutim prodeat: altera, quòd integre ſoluat febres. tertia verò, quia ſequitur ad has, eam ſub ſilentio præteriuit Hippocrates: ſcilicet quòd à toto cõſurgat corpore, cum enim in die decretorio ſudor ad cutem exierit, ſignificabit virtutem ægroti corporis fore robuſtam, validamque ad propulſandum morbi cauſam: quoniam in die decretorio mouetur virtus ad luctamen contra materiam, & contra, vt ait Galenus primo de Criſibus. At vbi laudabilis ad cutem exierit ſudor, tunc ſignificabitur virtutem in luctamine obtinere morbi

B materiam, & eam ad extra corpus propulſare: Vbi verò ſudor in die decretorio abſque laude ad cutem prodierit, ſignificabitur tunc morbi materiam obtinere virtutem, & ſudor fiet ſymptomaticus, indicabit enim morbi materiam derelictam fore ab opere naturæ eam regere non valentis, ob acquiſitam naturæ imbecillitatem in hora criſis, quo fit, vt etiam in die decretorio à ſudore illaudabili exeunte ægroto malum pronuntiamus. At vt indicium à ſudore ſumptum in die decretorio exquiſite ægrotantis ſalutem ſignificemus adiecit Hippocrates, & integre ſedet febrem, quoniam tunc ſanè putabimus virtutem obtinuiſſe materiam in die criſis, & eam ad cutem per ſudorem excreuiſſe, & profligaſſe. At quoniam hoc fieri nequit, niſi natura in toto operetur corpore, ideo ad iam memoratas duas res cõſequitur tertia, vt ait Galenus primo Prędictionum, commento vigeſimo nono, & ſudor ex toto corpore excernatur, permeatque. Eandem quoque ſententiam attulit Galenus commentario tertio, commento vigeſimo primi Proretici Hippo-

C cratis, vbi ait. Nempe commune eſt commodis ſudoribus, vt ſi ex morbi coctione fuerint, ſi per vniuerſum corpus, ſi diebus iudicatoriis, ſi febres, & ſymptomata ſedauerint. Ob hęc igitur rectè dixit Hippocrates ſudor per omnes morbos acutos, optimus eſt, id eſt ægrotanti ſalutem promittens, ſi per diem euenit decretorium, & integre ſedat febrem, & adde, & ex toto ſurgat corpore, & non lateat te eum dixiſſe ſedat febrem, vt ipſum loqui putes de Morbis acutis, qui intra quadrageſimum diem iudicantur, quoniam ipſi ſunt, qui ſine febre eſſe nequeunt. Cæterum dixit Hippocrates, bonus etiam eſt &c. Cum ſudor optimus, bonus ſit, non omnis tamen bonus optimus eſt, ideo boni ſudoris, & non optimi, conditiones attulit Hippocrates dicens, ſi ex toto prodeat corpore, faciatque, vt æger ferat facilius morbum: & notatu dignum eſt ſudorem quandoque ex toto prodire corpore, & ſi bonus dici nequeat, quoniam tam exiguus eſſe poteſt, vt flammeam illam caliditatem, quæ in acuto morbo ægrum fatigat, ſoluere non valeat, quo fit, vt ipſe nõ ſit bonus, & hoc dixit Galenus commentario primo, commento ſeptimo, primi Prorretici Hippocratis, & ad id ipſe animum habens adiecit, faciatque, vt æger ferat facilius morbum, ſic enim bonus eſt ſudor, non ſane optimus, bonus quippe eſt, qnoniam partem flammeæ caliditatis tollit, ob quod æger leuior fit, neque adeo

D morbi maleficentia vt prius defatigatur, non tamen optimus eſt ſudor his, cum ipſius exigua quantitatis ex toto morbum auferre minime poteſt, rectius igitur dicemus Hippocratem taliter voluiſſe intelligi. Bonus ſudor etiam eſt, ſi non exiguus, ſed decentis quantitatis ex toto corpore prodeat, faciatque, vt æger facilius ferat morbum, ob hoc, quod aliquid morbi tollitur, vt ait Galenus primo Prædictionum, commento vigeſimo nono, tunc enim materia iam facta minore, natura reliquum eius facilius concoquere poterit, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo nono, vbi ait. Quo minorem iam factam materiam, facilius natura poſsit concoquere. Quapropter ſudor ille dicetur bonus, qui ex toto corpore prodit, & aliquid morbi tollit, optimus verò, qui ex toto fit corpore, vniuerſumque tollit morbum, & non lateat te vt ait Galenus primo Prædictionum commento vigeſimo nono ſudorem bonum etiam in diebus decretoriis fieri, & ſi eo

æger non ex toto conualeſcat, tunc enim per bonum ſudorem natura criſim non A
compleuit, ſed operæprecium eſt medicum ei adminiculari, vt & beneficio artis,
& opere naturæ æger motu decretorio conualeſcere poſsit.Hanc doctrinam habes
ab Hippocrate in libro de Humoribus, & à Galeno primo Aphoriſmorum, com-
mento vigeſimo vbi ait, vbi verò non integrè iudicatur, id quod deficit ſupplere
nos conuenit, & niſi caninos morſus, & venenoſos aculeos timerem eorum, qui fal
ſe profitentur ſe Galeni animam habere dum tamen ignorantiæ habitu velati, ven
dicanteſque ſibi vituperonum nomen Auicennam perfodiunt, lacerantque, huius
quippe, & Galeni mentem, neque eorum ſcripta intelligentes, ad hanc ſententiam
verbum principis applicarem, qui quarta primi Canonis dixit. Et cum natura non
mouet, moue tu hora motus eius. Deinceps cum in morbis acutis ſudor bonus,
atque optimus, bonum ſit indicium ægrotantis ſalubritatem pronuntians, adiecit
indicia in morbis acutis à ſudore malo, atque peſsimo, indicantia ſanè malum, vel B
ægrotantis perditionem: & dixit, ſi verò nihil tale efficiat, nequaquam vtilis eſt,
ideſt malus eſt, nullius enim ægrotantis boni indicium eſt, cum ea omnia, quæ for
mam complent ſudoris mali, & inutilis, indicia ſunt inſalubritatis ægri, primum
enim malus eſt ſudor, qui fit non in die decretorio, cum bonus ſit ille, qui in die
euenit iudicatorio, vt ait Hippocrates quarto Aphoriſmorũ, trigeſimo ſexto. Cum
enim ſudor non in die iudicationis fit, ex vitio, & morbi maleficio euenit, & non
motu naturæ, vt ait Galenus commento trigeſimo ſexto, quarti Aphoriſmi, & pri
mo de diebus decretoriis, & quarto Aphoriſmorum, quadrageſimo ſecundo, ſigni
ficant enim ſudores, qui in toto morbi tempore ſine iudicatione apparent multitu
dinem adeſſe, quam natura nequit regulare. Quo fit, vt ſudores ii ſymptomatici
ſint, & mali. Secundo ſudor malus exiſtit, qui morbum non ſoluit, ipſumque po
tius prorogari ſignificat, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento quin-
quageſimo ſecundo. Prorogationis autem cauſa eſt copia materiæ, quam niſi lon-
go tempore natura concoquere poteſt. Tertio malus eſt ſudor, qui non ex toto cor
pore prodit, neque facit, quod æger facilius ferat morbum, indicat enim morbi in C
obedientiam, & facultatis imbecillitatem. Vbi verò vnum tamen contingat, vide-
licet, quod non ex toto prodeat corpore, efficit tamen, vt æger facilius ferat mor-
bum, minus malus hic ſudor erit, verum ſi non efficit, vt æger facilius ferat mor-
bum, & ſi ex toto corpore conſurgat, magis erit malus. Si verò neutrum eorum
efficiat, peior erit ſudor, & merito hunc ſudorem Hippocrates, appellauit inuti-
lem, ideſt incommodum. Et huius totius ſententiam habes ab Hippocrate in li-
bro Iudicationum, vbi, dixit. Sudores enim optimi ſunt, & celerrime febrem ſe-
dant, qui in iudicatoriis diebus fiunt, & febrem perfecte ſummouent. Boni quo-
que ſunt, qui per totum corpus fientes, morbum facilius ferre poſſunt: qui vero
nihil horum faciunt, incommodi ſunt. Cæterum dixit Hippocrates, peſsimus ve
rò eſt, ſi frigidus egrediatur &c. adiecit autem hic enim cum febre acuta mortem,
cum mitiore verò morbi lõgitudinem indicat, idem habes ab Hippocrate quarto
Aphoriſmorum, trigeſimo ſeptimo vbi ait: frigidi ſudores cum acuta quidem febre
mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificant, idem habes ab Hip D
pocrate in libro de Iudicationibus. Huius quippe ſententiæ veritatis cauſam di-
cimus cum Galeno commento trigeſimo ſeptimo, quarti Aphoriſmi, quoniam
cum acutæ febres humoribus quidem putreſcentibus fieri contingant, vt primo
de Differentiis febrium dixit Galenus, ſæpius putreſcunt in toto corpore, ſæpius
verò in ſolis vaſis, cum enim duo hæc in vnum coëant, videlicet humores qui ſunt
in vaſis putreſcere, & naturam, quæ ſolet ſolida membra regere, vel omnino extin
gui, vel proximam eſſe extinctioni, quam Hippocrates eſſe voluit natiuum calo-
rem, tunc quæcunque ex his excernuntur ſuperfluitates frigidæ percipientur, & ſi
caliditas illa, quæ ex putredine ortum habet vehementiſsima ſit, putredo enim
quanto maior magis caliditatem adauget, vt ait Galenus in libro de Curatione
per ſanguinis miſsionem. Quo fit, vt frigidi ſudores in morbis acutis peſsimi ſint,
quoniam lethales. Dixit enim Galenus hoc oſtendere in animalis corpore copiam
humorum tantam ſuperabundare, tantamque eorum frigiditatem, vt neque à ca-
lore natiuo, neque à febrili calefieri poſsint. Quo fit, vt vita in calore naturali ſe-

dens,

dens, vt ait Ariſt. in ſecundo de Anima, & in de Morte,& vita perdatur.Manda bis enim memoriæ,vt ait Gal.quarto Aphoriſ.com.XXXVII.cauſam eſſe & ſignū A pernitioſiſsimū:cauſam quidem,quoniam prompta eſt ad corporis diſſolutionem merito abundantis igneæ caliditatis,ſignū quippe,quoniam cū frigido ſudore,hu morum frigidiſsima multitudo oſtenditur, quæ neque à calore febrili tranſmutari poteſt. Vbi verò mitior febris fuerit,ſudore quidem frigido exeunte morbi lon gitudinem indicat, quoniam multitudinem humorum ſignificat, quæ prolixiori tempore eget,vt concoquatur. At de ſudore frigido in morbis acutis loquens Hip pocrates, dixit. Et circa caput tantummodo vultum, & ceruicem. At ſcire oportet ſudorem frigidum à capite, vultu, & ceruice prodeuntem, non omnino pernitioſum eſſe, ſed non bonum. Dixit hoc Galenus quarto de Ratione victus acutorum, commento quinquageſimo ſexto, vbi ait, partibus verò tum faciei,tum capitis duntaxat, ſudare non bonum:eo igitur dicto apparet,hunc ſudoris ordinem ſub inutili, & malo, non quippe peſsimo ſudore contineri, quoniam & ſi is indicium ſit futuri incommodi in acuto morbo,non tamen ęgrum omnino periturum pronuntiat,ſicut enarrat Galenus eodem commento.Demonſtrat enim earum par B tium ſudor frigidus in acuta febre multitudinem in illis ſudantibus partibus, aut imbecillitatem virtutis retentricis, vt ait Galenus in commentario tertio, com. XXXIII. primi Prorrhetici Hipp. copia enim humorū in capite caput ipſum pro cliuius facit, ad cerebrales morbos, qui etſi incommodi ſint, & mali, non tamen ægrum omnino perdunt. Imbecillitas verò virtutis retentricis permittit humores irruere ad os ventriculi. Quo fit, vt ſtomaticam inducant affectionem, aut ſyncopen,vicinitate oris ventriculi ad cor,vt ait Galenus commento quinquageſimo ſex to, quarti de Ratione victus in acutis morbis, non ob hoc tamen ægrum moriturum neceſſarium eſt, vti contingit ægrum neceſſario mori in acuta febre, ſudore frigido ex toto corpore prodeunte. At ſcire debes, quod vbi ex capite duntaxat etiam ſudor calidus in morbis acutis prodierit, bonum aliquando poteſt eſſe indicium, aliquando verò non bonum. Bonum quidem cum natura ſuperflua humidi tatem ex capite euacuat, per optimam criſim factam: vel non bonum, cum euacuantur humiditates ratione morbi. At quoquo modo in acuta febre humiditates C ab aliqua parte euacuantur per ſudorem ibi morbum eſſe ſignificatur, ſalubrem quidem ſi à natura iudicatorie humiditas euacuabitur, ambiguum verò ſi fiet ratione morbi. Et hæc vide ab Hippocrate quarto Aphoriſmorum, & Galeno commento tregiſimo octauo.

De iliis.

XXX.

Ilia ſaluberrima ſunt, ſi dolore vacant, ſi mollia,& æqualia ſunt, dextra, ac ſiniſtra parte: ſi verò inflammatione vexantur, aut do lore, aut intenta ſunt, aut inæqualiter affecta dextra,ac ſiniſtra par te, hæc omnia animaduertenda ſunt.

D Ex hypocundriorum affectibus edocet Hippocrates in hoc ſermone præſagire in morbis acutis, de eorum termino ad bonum,vel malum,& dixit ilia ſaluber rima ſunt &c. Et ſcire oportet,quod hic,qui Hippocratis Prognoſticam, quam ho die exponimus,ad latinū tranſtulit,ſemper vbi Galenus dixit hypocundria, vertit ilia, vt cenſeat in eadem ſignificatione nomina eſſe ſynonima,ilia ſcilicet & hypocundria,ſed quoniam de nominibus pauca eſt habenda ſolicitudo, autore Galeno primo Methodi curatiuæ. cap. ſexto, & quinto, de Facultatibus ſimplicium pharmacorum,& primo de Locis affectis cap. quarto:& ſecundo de Naturalibus faculta tibus. cap. nono.Attamen rationi conſentaneum mihi videtur ob varias hominum mentes, aliquid de eorū nominum ſignificationib. ſcrutari,vt ſanè certi ſiamus, an Hip. litera ſcribenda ſit, ilia ſaluberrima, an hypocundria ſaluberrima, equidē qui piam ilia ſumunt pro ea parte, quæ inter coxas, & pubem ſita eſt, vti dixit Celſus lib. IIII. vbi ait.Ipſa ilia inter coxas,& pubem in imo ventre poſita ſunt,quod ſi de

iliis interioribus loquamur,erunt ilia arteriæ quædam inter lactes, & aluum ad pubem tendentes, exteriora verò ilia latius patent, & ſunt partes illæ, quæ maximè reſpiratione in lateribus concutiuntur, quæ à coxis ad pubem extra tenduntur, de quibus Perſius loquens,dixit,ilia ſubter cæcum vulnus habes,ſed lato baltheus auro, protegit. Galenus autem hypocundria nominauit præcordia, vt ſecundo Aphoriſmorum,comm. ſexageſimo quinto, dicens in hypocundrium, ideſt præcordia, & id etiam ſenſit quarto Aphoriſmorum,commento ſexageſimo quarto,& comm. ſeptuageſimo tertio,& quinto Aphoriſmorum comm. ſexageſimo quarto, & ſexto Aphoriſmorum, commento quinto. At & Galenus ſecundo, de Ratione victus acutorum comm. vndecimo hypocundrium nominauit quod ſub ſepto eſt tranſuerſo,ob id Hippocratis dictum, ſi verò eas, quæ ſub ſepto tranſuerſo partes dolor infeſtat, ſane enim dicitur hypocundrium, eo quòd ſub condro, ideſt cartilagine, ideſt ſepto poſitū eſt, ob quam rem rectè dixit Galenus,hypocundriū ideſt præcordia. Cui aſſenſit Plinius trigeſimo naturalis Hiſtoriæ, cap. tertio dicens,Pręcordia nominari vno nomine exta in homine.Exta vere ſunt lien,& iecur, extāt enim in homine,quia ſupra inferiora inteſtina locantur,& huic alludens Gal. Aphoriſ. ſecundo,comm. XXXV.partem illam in homine,quam totum abdomen continet,quæ inferior venter ab Hipp. nominatur ſecundo Prognoſticorum XIII. in hæc tria diuidit, videlicet, in hypocundrium, ideſt præcordia,& ad vmbilicum attinentia loca, & ventrem imum, ideſt imam partem ventris inferioris.Igitur ob hæc, quæ dicta ſunt videlicet, Quòd ilia in ima parte ventris ſita ſint vt dixit Celſus. Hypocundria verò ſub condro, ideſt cartilagine tranſuerſa poſita ſunt, quæ præcordia ab Hipp. & Gal.vocantur, ſuperuacaneum mihi videtur,vbi ſcribunt hi hypocundrium, vertere ilium, quo fit,vt melior Hipp. litera ſit, hypocundria, ſeu pręcordia ſaluberrima ſunt,neque te admirari vellem,ſi ſeptum tranſuerſum,etiam præcordia vocatur. Quoniam non à poſitura præcordia dicuntur,ſed ab officio, omnibus enim cordis functionibus ſeruiunt mēbra hæc, & cordi præparant, quæ vitæ neceſſario fundamenta ſunt,& hac ratione pulmo etiam à quibuſdam præcordium dicitur.Nempe igitur ſi ad epilogiſticam rationem animum habemus,procul dubio ſententiam Hippocratis totam vno capite ſic approbabimus, quæcunque enim in acutis, naturæ ſimillima ſunt, ſaluberrima ſunt, vt ait Plato dicens in Timæo.Quod ſecundum naturam eſt, bonum eſt, naturæ verò contrarium, incommodum eſt. Igitur per locum ab oppoſitis, quæcunque naturæ in acutis diſsimillima ſunt, inſaluberrima ſunt,cum itaque ratio hæc ex comuni omnium aſſenſu,concludat, vt iam diximus,ad epilogiſmum attinet, vbi ſermonem Hippocrates analogiſticam argumentationem ducere velimus, rei cauſam adinueniemus. Cum enim dixit, præcordia ſi ſine dolore fuerint ſaluberrima ſunt, hoc enim indicium ſumptum eſt, vt ait Gal. à non accidente, quoniam à non exiſtentia doloris ſumitur, quæ accidentis rationem aufugit, cum non adſit, & ſubiecto abſit, cum igitur inuentum ſit à Galeno, in libro de Inæquali intemperie, doloris cauſam eſſe inæqualem intepериem, ſi hypocundria inæquali intemperie vacabunt,ſaluberrima erunt, quoniam in equali temperantia ſtat ſanitas, vt ait Ariſtoteles ſeptimo Phyſicorum decimo ſeptimo:& Gal. primo de Tuenda ſanitate vbi ait.Sanitas omni ſectæ ſymmetria quædam eſt, & quarto Aphoriſmorum comm. XXX.nono vbi ait.hæc ſiquidem exit à temperie naturali, quæ ſanitas eſt, & ſecundo Aphoriſmorum commento quarto dicens.Nam cum ſanitas moderantia quædam eſt. Cæterum adiecit Hippocrates ſi mollia,& æqualia ſunt,dextra, ac ſiniſtra parte,adeo præcordia ſaluberrima ſunt, vt nullus lapſus naturæ contrarius ipſis admoueatur. Mollia enim ſunt, vt de molli in hac dictione loquitur Hippocrates quę modice renituntur. Quę verò vehementer renituntur, dura ſunt, vt lapides, quæ verò fluunt,extreme mollia ſunt,vt quarto Meteororum dixit Ariſt.& idem dixit Galenus libro III. de Differentiis pulſuum,& primo de Cauſis pulſuum cap. VI. & quarto,de Dignoſcendis pulſibus cap. I. Igitur ſi hypocundria modice mollia ſunt,cū rationem medii obtineant inter lapſus extreme cōtrarios,erunt & ipſa ſub tēperantia cōſtituta,cū qua ſtat ſanitas, merito igitur dixit Hip.ſi hypocundria ideſt precordia modicè mollia ſunt, ſaluberrima ſunt, at ſi æqualia ſunt,præcordia dixit eſſe ſaluberrima,ſed ſcire oportet

A oportet, quod æquale dicitur, & ſimile & paritatem habens:inæquale verò,quod
diſsimile,& imparitatem in ſe tenet,vt ait Galenus primo de Differentiis pulſuum
cap. nono,& non lateat te ſimpliciter æquale intelligere Hippocratem quod eſt in
toto, & omnibus partibus etiam ſimile,nō quippe per vnam ſolam qualitatem,ſed
ſecundum omnia, in quibus conſurgere poteſt paritas, & imparitas, vt ait Gal e-
nus primo Prognoſticorum, commento trigeſimo. ob quam rem ſi præcordia in
mollitudine æqualia fuerint, ideſt in ea ſimilitudinem, & paritatem habentia, &
quo ad ea tota, & eorum partes omnes, hæc quippe ſaluberrima erunt. At & in
omni alia re, cum qua poteſt ſtare temperantia, & paritas, velut in caliditate, &
frigiditate, humiditate, & ſiccitate, depreſsione, & eleuatione, aut gracilitate, &
laxitate, & tenſione. Vbi igitur hypocundria, ſiue præcordia in his rebus æqua-
lia, ideſt ſimilia, pariaque fuerint, comite temperantia, ſaluberrima erunt.
Quo fit, vt in morbis acutis ab æqualitate præcordiorum facile ægrotantis ſalu-
britatem præſagire poterimus. Eandem mentem habuit Hippocrates, in libro de
B Coacis prænotionibus vbi ait, præcordium molle eſſe conuenit, & doloris exors,
& æquale. Vbi verò præcordia in his, quæ diximus inæqualitatem, ideſt inſimili-
tudinem, aut imparitatem habuerint, præſertim in dolore dextræ, aut ſiniſtræ
partis quomodolibet fiat dolor. Ita etiam vbi in his partibus inflammatio cuiuſ-
uis generis affuerit progignatur: hæc omnia dixit Hippocrates animaduertenda
ſunt. Tum quoniam ægrotantis mortem pronuntiant, tum quoniam cognitu dif-
ficillima ſunt propter præcordia eſſe membra in intimis latentia, ad quæ difficile
medici ſenſus penetrat. Vbi quis igitur in acutis morbis ab inęqualitate pręcordio
rum, aut inflammatione eorum de termino ad bonum, aut malum præſagire vol-
uerit, malum ſanè prognoſticabitur, vt ait Hippocrates in de Coacis prænotioni
bus dicens, at inflammatum, aut inæqualiter ſe habens, aut dolens, ſignum eſt
ægritudinis non leuis.

XXXI.

C Si vero pulſus in iliis inſit, perturbationem ſignificat, aut deli-
rium.

HIPPOCRATES in hac dictione edocet nos præſagire de termino acutorum
in ſalubri ſumpto iudicio à pulſu ſecundum præcordia, & dixit, ſi pulſus in
præcordiis inſit, perturbationem ſignificat, aut delirium. Idem etiam affert Hip-
pocrates in libro de Coacis prænotionibus, vbi ait, pulſus in præcordio cum tu-
multu, mentis emotorius eſt; ſcire tamen oportet pulſum ex eius comuni ſignifi-
catione pellendi actum annotare. Dixit enim Cicero primo de Oratore, Impetus,
pulſuſque remorum: at de eo ſpecialius verba faciens,dico vel pulſum eſſe motum
cordis, & arteriarum, vt ait Galenus ſexto de Decretis Hippocratis & Platonis, &
primo de Differentiis pulſuum cap. ſecundo,& quarto, cap. ſecundo. Motum qui-
dem dico naturalem in primo pulſus ſignificato, quoniam eſt cordis operatio na-
turalis ab eius natura prodiens, pariter & arteriarum pulſus euidens, maximè vbi
D manus iungitur lacerto, vt dixit Galenus primo de Differentiis pulſuum cap. pri-
mo vbi ait.Nam vbi manum medicis protendentes, porrigunt carpum,medicoque
iubent pulſum tangere, eandem ſententiam, videlicet motū euidentium arteriarū
proprium eſſe pulſum, habuit Gal. quarto de Differentiis pulſuum. cap. XI. vbi ait
etiam qui proprius eſt carpi vocetur pulſus.Non ita pulſus nomen in hac ſignifica-
tione cepit Hippocrates cum dixit. Si verò pulſus in præcordiis inſit: vel pulſus
nomine poteris tu intelligere palpitationis motum, qui proprie cordis eſt, dein-
de partium ſingularium frequens,& continuus motus, qui palpitationis motus ex
corde etiam eſt,ſicut pulſus, qui in carpo euidens eſt, hic tamen eſt operatio, & ſe-
cundū naturam,ille verò eſt affectus,& non ſecundum naturam,autore Gal. VI. de
Decretis Hipp. & Platonis,vbi ait.Motus cordis,qui in pulſib.fit,eſt operatio,qui
in palpitationib.eſt affectio:Ex corde quidem eſt etiam,quę ex palpitatione fit mo
tio,non tamen ſecundū naturam.Scriptum igitur Hipp.in ſecunda pulſus ſignifica
tione,facile accipere poterimus, & ſic exponere,ſi verò pulſus, ideſt palpitationis
motus in pręcordiis inſit, perturbationem ſignificat,aut deliriū,& hanc ſententiā

habes à Galeno quarto de Differentiis pulſuum, cap. XI, vbi ait. Ab his omnibus palpitationis ſecundum præcordia meminit, & hanc quoque par ſit appellare pulſum, quam quidem habent nonnulli delirii, eſſe autem craſſæ dorſi arteriæ. Vbi verò nomen pulſus expoſueris ſubſultionem, vel ſubſultationem, ideſt ſaltum cordis, & præcordiorum, proculdubio hæc indicabunt perturbationem, aut delirium, quoniam ſaltus cordis, & præcordiorum eſt eorum pulſio cum dolore, quo fit, vt ſaltus cordis, & præcordiorum, ſit motus pulſionis contra naturam, qui nedum tangenti ob eius vehementiam, ſed & videnti extra apparet. Cum igitur numerum precordiorum intret ſeptum tranſuerſum, maximè ſaltus in eo delirium ſignificat, quod apud veteres phrenes dicitur, ideſt mens, vnde ſepti tranſuerſi nocumentum mentis eſt nocumentum, delirium enim eſt vehemens mentis commotio, vt iam diximus. Cum igitur ſeptum, aut os ventriculi merito partis nerueæ, vel ipſius neruorum conſentiant cerebro, nocumentum his illatum communicabitur origini neruorum ideſt cerebro. Cætera verò membra numerũ precordiorum ingredientiũ, cum fuerint vehementi inflammatione detenta, in quibus & dolor, & humorum copia, & eorum effumatio ad ſuperiora perturbabuntur, perturbabuntq. animæ ſedem, quo fit, vt hæc eadem perturbationem, vel delirium ex pulſu, ſiue ſubſultione legatur, facile progignant. Ob quam rem rationi conuenit, vt in morbis acutis, ſi pulſus, vel palpitatio, vel ſubſolutio in præcordiis inſit non bonum eſt, quoniam indicat perturbationem & ægroti, & medici, aut delirium ægrotantis tantum.

XXXII.

Verum oculos talium conſpicari oportet, ſi enim crebro obtutus moueatur, expectanda inſania eſt.

VT certior fiat iudicatio per pulſum, vel ſubſultionem, aut palpitationem in præcordiis apparentem de futuro delirio in morbis acutis hoc edocet Hippocrates ab oculorum frequenti & inordinata motione. Et dixit, Vbi verò in ægrotantibus acutè pulſus inerit in precordiis, præſertim in ſepto tranſuerſo, tunc oportet eorum oculos intueri, ſi enim obtutus, ideſt aſpectus crebro moueatur, inſaniam expectabis, at huius rationem attulit Galenus: quoniam in omnibus aliis morbis, non in his conſpicato præcordiorum pulſu cum quibus delirium infeſtat, oculi eorum inſtabiles fiunt, igitur & magis, vehementius fiet delirium in his quibus ſeptum cum dolore pulſat, aut ventriculi os, cum noxa ex pulſu his illata, nocumentum inferat orgini neruorum id eſt cerebro, conſentit enim cerebrum omnibus membris, quorum conſiſtentia neruoſa eſt, vt ait Galenus primo Prænotionum, commento trigeſimo ſecundo. Vbi igitur in morbo acuto, oculi cum præcordiorum pulſu, vehementi, & crebra motione moueantur, noxam ex morbo acuto, comite præcordiorum pulſu, illatam cerebro indicabunt, magiſque, & prius ex vitio principii patiuntur oculi, quam cætera organa virtuti ſenſitiuæ obſeruientia, quippe ob maiorem vicinitatem oculorum ad cerebrum, vt ait Galenus primo Prædictionum, commento decimo tertio. Sane adiecit Hippocrates inſaniam, & non ſimpliciter delirium, vt innoteſcat vitiata præcordia vehementem inducere mentis commotionem, qua timor eſt, furioſum fieri hominem, & hæc inſania dicitur, ſeu vehemens delirium.

De Abſceſsibus.

XXXIII.

Oedema in iliis durum, & dolens peſsimum eſt. Si in omnibus iliis fatiget; ſi verò altera parte infeſtat, ſiniſtra minori cum periculo eſt.

IVDITIA ex œdemate in acutis morbis præſenti ſermone aggreditur Hippocrates, & dixit. Oedema in præcordiis, ſi durum, & dolens peſſimum eſt, quoniam id peſsimum eſt, quo contingit ægrum necari. At ſi in præcordiis durum, & dolens œdema

A œdema inerit, contingit ægrum interimi .Tum quia durum concoctioni non obedit, tum quoniam dolens corporis vires exoluit, autore Galeno Prognoſticorum primo comm. trigeſimo octauo ,tum quoniam in quapiam parte dolor vehemens infixus animi deliquia,& perfrigerationem infert, & proinde mortem,vt ait Galenus tertio de Symptomatum cauſis cap. quinto, & adiecit, ſi in omnibus præcordiis infeſtet, quoniam is totum corpus dolor inuadit, ob quod mirum non eſt, ſi animi deliquia non ducit,per refrigerationem,tamen & mortem efficit,vt ait Gal. At ſcire oportet,vt ait Galenus primo Prædictionum,comm. trigeſimo tertio œdema ab Hipp. ſolitum eſt dici,tumor omnis præter naturam. Quoniam inflatio, & œdema idem ſunt, vt ait Gal. quarto Aphoriſmorum comm. trigeſimo quarto & idem quoque eſt & inflatio, & tumor præter naturam, quam obrem ſicut triplici diſcrimine partitur tumor præter naturam , ita & œdema vnum quippe dolens, quod inflammationem dicunt,quam inflamen appellat Hipp. veluti ab aliqua ſuccenſa flamma, propter humorum, à quib. fit caliditatem, vt ait Gal. quinto Apho-
B riſmorũ,comm. vigeſimo tertio. Alterum quippe,quod durum eſt,& non dolens, quod Græci ſcirrhum vocant,vt in libro de Tumoribus præter naturam.Et ſecundo Artis curatiuę ad Glauconem dixit Gal.tertium verò quòd nõ durum eſt,& nõ dolens, & id propriè œdema nominatur, cuius verba fecit Gal. XIIII. Methodi curatiuæ.cap.VII.& primo Prædictionum com. XXXVIII.Igitur œdematis nomen ſub generali eius ſignificatione inflammationem cõprehendit Hipp. autem mos fuit œdema inflammationem appellare,vti generis natura in ſpeciem tranſit, inflammatio .n. œdema eſt,& non omne œdema inflammatio eſt. Scirrhus namq. & propriè œdema,œdemata ſunt,nõ quippe inflammationes,vt quoniam ſcirrhus nõ dolet, & œdema proprie non eſt durum.Ideo nõ hoc, neq. alterum inflãmatio dicetur. ob hæc igitur dixit Hipp. ſi verò œdema ideſt inflammatio in pręcordiis inſit,peſsimũ eſt,ideſt exitioſiſsimum,vbi in omnib. præcordiis fatiget,ſi verò altera parte infeſtat,dextra quidem periculoſior propter iecur,cuius præſumitur præſens,vel futura inflammatio,ob quam eius perditur operatio,quæ hominib.multo
C magis eſt neceſſaria,quam ventriculi, vt ait Gal. in ſexto de Decretis Hip. & Platonis. Ex affectu quoq. iecinoris hominem maxime mori contingit,media videlicet, vt ait Gal. V. de Locis affectis, cap. primo.Siniſtræ verò partis læſio,ob inflammationem minori cũ periculo exiſtit propter lienem, factus .n. à natura eſt lien, ſecunda ratione.Iecur verò prima,quoniam iecur in omnib.animantib.ad alimenti diſtributionem natura cõdidit, lien verò diſcretionis,& purgationis gratia recrementorũ cõditus eſt.Quo fit,vt hic in ſecunda naturę operatione factus ſit, alterum verò in prima,vt eſt Galeni ſermo VI.de Adminiſtrationibus anatomicis,quo fit,vt etſi inflãmationes iecinoris, & lienis,aquam inter cutem conciliẽt, vt ait Gal. in libro Medicus,minori tamen cũ periculo,& longiori tẽporis ſpacio ex indurato liene cõtingit mori,vt ex Galeno videri poteſt ſecundo Prædictionum commento primo.

XXXIIII.

Tale verò œdema ab initio periculum mortis citò futuræ ſigni
D ficat.

AFFERT Hippocrates veritatis rationem illius, quod proximè dixit præſagii, videlicet,œdema quidem ab initio dictum eſt,ſcilicet,quod durum eſt, & dolens,& in omnibus præcordiis fatiget,peſsimum eſt,ob hanc quippe cauſam, quoniam indicat citæ mortis futuræ periculum,ob eorum operationem abolitam vitæ neceſſariam,vt ſexto de Placitis dixit Gal.tum quoniam eorum dolor cordi noxam infert, eius facultatem quàm ociſsime interimens, vt diximus iam. At quiſpiam Hipp. obiicere poſſet,quoniam muſculi in præcordiis reperti inflammatione laborare vtiq. poſſunt. Sed quoniam præcordiorum opus pro vita expediens, auferre nequeunt, igitur præcordiorũ inflammatio ægrum ociſsime necare valebit. Huic dixit Galenus quod præcordiorum muſculi ſunt eorum partes extimæ, dantes maxime præcordiis extenſionem, vt ait Galenus primo de Motu muſculorum,intimę verò eorũ partes ſunt,iecur,ventriculus,lien,& peritoneum.Cum igitur dixit Hip. Tale œdema in præcordiis exitioſiſsimũ eſſe verũ denũtiat,ſi præcordiorũ intima

taliter fuerint affecta, ſi vero extima hac inflammatione laborauerint vt in his: **A** muſculi non ſub eodem mortis timore ægrotantem pronuntiabimus, quoniam etſi extenſione priuentur, vitæ tamen functiones non perdunt præcordia, vbi verò ex eorum muſculorum inflammatione contingeret ægrum obire, quippe non eſſet hoc propter noxam, in intimis præcordiorum ſed ob inflammationis magnitudinem, qua in ſuis pro vita functionibus reſpiratoria organa impedirentur, vt ait Galenus in libro de Difficultate reſpirationis, aut propter alias cauſas, quas dixit Galenus primo Prædictionum, commento vigeſimo quarto, quibus ſi perditur æger, non eſt ob inflammationem in intimis præcordiorum, vti intelligit Hippocrates cum dixit: tale verò œdema ſcilicet, in intimo præcordii, periculum mortis citò futuræ ſignificat.

XXXV.

Si vero vigeſimum tranſcendit diem, & febris detinet, & œdema non deſiſtit, in ſuppurationem vertitur. **B**

NON latet me, quod etſi œdema durum, & dolens in præcordiis fatiget, quippe ſignificans mortem cito futuram, non tamen mortis neceſſarium indicat prouentum, etenim contingere poteſt, vt cum eo ægroti virtus adeo vigeat, vt vſque ad vigeſimum diem, eam totam morbus obtinere nequeat, quo fit, vt virtus modo quodam oppugnans, ęger non perdatur vſque ad vigeſimum. Pariter quoq. & morbus adeo vigentior eſſe poterit vt non totus antevigeſimum diem à virtute propelli poſsit, quo fit, vt aliū adipiſcatur terminum, aut ſalutis, aut mortis. Igitur Hipp. in hoc ſermone edocet prę ſagire de termino œdematis, duri dolentiſquevbi ante vigeſimū diem morbus cita morte non deprehendat ægrotantem, & dixit. Si verò vigeſimū tale œdema durum, & dolens tranſcendat diem, & febris detinet, & œdema non deſiſtit, in ſuppurationē vertitur. Sed ſcire oportet, quod ad vigeſimū vſq. diem accidit, ægri virtutē ob dictam in præcordiis inflammationē adeo imbecillem factam fore, vt poſt diem vigeſimū virtus fatigata materiam inflammationis nō deſiſtentis concoquere nequeat, & ob hanc cauſam temporis proceſſu poſt vigeſimum diem ægrum periturum pronuntiabimus. At verò vbi inflammatio diem tranſcendat vigeſimum, virtuſque modo quodam materiam inflammationis obtinuerit, eique præualuerit, ea quippe non deſiſtente inflammatione vertetur in pus, & non ſedata febre, vbi autem febris deſiſteret, & poſt diem vigeſimum in hypocundris inflammatio non ſoluta eſſet, ſi in ſcyrrhoſum vertatur tumorem, tunc inflammationis ſuppuratio non ſequetur. Tum ob defectum natiui caloris particulæ patientis, tum abolitione caloris febris, à quibus duobus ſuppuratio progignitur, autore Galeno, quinto de Facultatibus ſimplicium medicamentorum cap. ſexto: & primo Prædictionum, commento quadrageſimo ſexto. Nam & inflammatio vt ait Galenus in ſcirrhoſam duritiem facile verti poteſt, cum tenuior pars diffletur, & craſsior in amplitudine partis affectæ depacta ſit, vt ait Galenus quinto de Potentiis ſimpliciū medicamentorum. cap. ſeptimo. Cur autem Hippocrates, terminum ſuppurationis talium abſceſſuum vigeſimum ſtatuerit diem, dicemus in ſecundo Prognoſticorum commento quinquageſimo ſeptimo. **C** **D**

XXXVI.

Accidit his in prima circuitione ſanguinis è naribus fluor, atque admodum iuuat, ſed inquirendum eſt, num doleant caput, an hebetudines ſubeant oculorum, ſi quid enim horum fuerit, eò tendet.

CVM membra hypocundria occupantia per maximè ſint iecur, & lien, in quibus tum humorum copia, tum obſtructione in his facile contingente inflammationes in iiſdem progigni poſsint, Hippocrates merito in hoc ſermone edocet, quali

quali natura functione, huiuſmodi inflammationes curare valeat, & dixit, vbi ſan
A guinem natura è naribus erumpit, iuuamentum præſtabit his inflammationibus,
quæ in hypocundris ſcilicet epate, vel liene fatigant, quoniam tali è naribus erupto
ſanguine fit ſecundum directionem diuerſio cauſæ præcedentis, & euacuatio cau-
ſæ contentiuæ materiæ inflammationum hypocundria affligentium, & ſanguinis
miſsio per directionem clarior, & citior eſt curatio, quæ verò ad contrarium tar
dior, & obſcurior, autore Galeno in libro de Curatione per ſanguinis miſsionem.
Lien igitur cum intumuerit, è nare ſiniſtra eruptus ſanguis iuuat, ſicut ex nare de
xtra ſanguinis proruptio cum epar grandius factum fuerit, admodum proficiens
eſt. Hinc enim & inde euacuatio fit per directionem, vt ait Galenus primo Progno
ſticorum, commento trigeſimo ſexto. Sanè dixit econtrario euacuationem Hippo
cratem culpaſſe, hoc ideo, quoniam per directionem euacuatio cauſam tollit con-
tentiuam, à qua eſſe morbi magis pendet. E contrario verò euacuatio ſolam præce
dentem aufert cauſam, minus ad eſſe morbi conferentem. Neque vt mihi obiicias
velim: Igitur inflammationibus inchoantibus, conuenientius ſanguis per directio
B nem mittendus eſt, quam ſententiam noluit Galenus in libro de Curatione per
ſanguinis miſsionem, & ſecundo Artis curatiuæ ad Glauconem, & tertio, Artis
medicinalis vbi ait. Inchoantibus phlegmonibus miſsio ſanguinis per antiſpaſim
conuenit. Huic dicimus quod in principio prouentus inflammationis intentio eſt
prohibere futurum fieri. Hoc autem in euacuatione conſiſtit præcedentis cauſæ,
quæ econtrario euacuatione tollitur, & ob hoc initiante phlegmone ad diuerſam
trahimus, & eſt ſententia Galeni, quinto Aphoriſmorum, commento ſexageſimo
octauo. In iam verò antiquato, cum intentio ſit quod factum eſt auferre, & hoc
fiet per abolitionem cauſæ contentiuæ, quam per directionem committimus. Ob
quam rem fateor mentem fuiſſe, & Hippocratis, & Galeni, quòd inflammatione
inchoante è contrario ſanguinem mittimus, in iam facta autem ex eadem patiente
parte, vel ei viciniore, vt alias diſſeruimus, cum longiorem habuimus ſermonem
C de Curatione pleuritidis per ſanguinis miſsionem. At cum quis dicit Hippocra-
tem culpaſſe econtrario ſanguinis miſsionem. Verum id dicimus eſſe habita mente
ad euacuationem cauſæ contentiuæ, & ad tollendum id, quod iam factum eſt, ſicut
ex miſsione ſanguinis è nare dextra, iecore iam facto grandiore, & ex nare ſiniſtra,
cum lien iam intumuerit: & adiecit Hippocrates, in prima circuitione, cum re-
ctius tunc euacuetur & præcedens & contentiua cauſa, & hoc non fit in ſecundis
& ſequentibus circuitionibus, & intellige tu per circuitionem reditum periodica
tionis ad eundem terminum, vt ait Galenus in libro de quatuor temporibus vni-
uerſalibus, qui fit in primis quadris, à primo ſeptenario contentis, cuius primæ
quadræ terminus eſt dies quartus, qui eſt minor decretorius, & verus index ſepti
mi, vt ait Galenus ſecundo de Diebus decretoriis. cap. octauo, terminus verò ſe-
cundæ quadræ eſt dies ſeptimus, qui fortiſsimus decretorius eſt, vt ait Galenus
cum in eo fortiſsima concoctionis indicia apparere poſsint, cum his minora in
quarto die ob temporis anguſtiam apparere contingant. Igitur in prima circuitio
ne, ideſt in primis duabus quadris, ideſt in primo ſeptenario accidit, maxime ſan-
guinis eruptio è naribus, iecore, vel liene factis grandioribus, quoniam tunc viget
aliquid materiæ ſtantis ſub forma præcedentis cauſæ in motu, & agitatione qua-
dam exiſtentis. Quo fit, vt magis tunc natura irritata magis moueatur ad ſangui-
D nem è naribus erumpendum, & ob hoc dixit Galenus primo Prognoſticorum,
commento trigeſimo ſexto, Nam in plæriſque funditur ſanguis primis ſeptem die
bus, paucis nono, & vndecimo, rariſsimis quartodecimo. Adiecit autem Hippocra
tes indicia ſanguinis è naribus prorumpendi, humoribus quippe ſurſum admotis,
quorum enarrationem poſtea dicemus.

XXXVII.

**Sanguinis fluorem in iunioribus potius quintum, & trigeſi-
mum annum agentibus expectare oportet.**

SANGVINIS fluor è naribus per inflammationes iecinoris, ac lienis in quibus A ætatibus expectandus eſt, in hoc ſermone edocet Hippocrates, & dixit. vbi in iunioribus ætate minoribus his qui trigeſimum & quintum ſuæ ætatis agunt annum, iecinoris, atque lienis inflammationes patientibus, ſanguinis fluor è naribus expectandus eſt, quoniam ob ætatem iuuentutis nedum facultas expultrix valentior exiſtit, verum & natiuus calor exuperans eſt, & ſanguis plurimus autore Galeno primo Prognoſticorum commento trigeſimo ſeptimo, & primo Aphoriſmorum commento decimo quarto. Quo fit vt humoribus ſurſum delatis in his inflammationibus caput doleat, & oculi intumeſcant, rubeantque ſimulque & facies, vt inde eorum valenti virtute expulſiua ex naribus vti ex propinquiore, & commodiore euacuationis regione ſanguinis fluor erumpatur, & hanc mentem habuit Galenus in commentario ſecundo primi Hippocrates de Morbis vulgarib. vbi ait, natura in germanis, vt ita dicam, ardentibus febribus, quia copioſius ad B caput calor attollitur, ſanguinis fiunt profluuia, & delirant. Et idem dixit Galenus eodem libro vbi ait. Cum verò calor capitis ſurſum ſanguinem trahens, & iecur impellens conſpirent, ſanguinis eſt expectanda eruptio è naribus.

XXXVIII.

Si verò molle œdema eſt, nec dolet, & preſſum digitis cedit, diuturniorem efficit iudicationem, ac minori cum periculo eſt.

SECVNDVM cõmuniorem illam œdematis acceptionem quam iam Galenus expoſuit, cum edocuit præſagire de illius termino: duri quippe exiſtentis, dolentiſque. Quòd œdema naturam inflammationis non aufugit. In hac oratione indicat Hippocrates, terminum œdematis ſecundum propriorem illius ſignificationem, quæ conſiſtentiam illius mollem includit, & doloris abolitionem, & digitorum ceſsioni obedientiam, & dixit œdema ſi molle fuerit, nec dolet, ceditque C digitis, longiorem promittit ſanationem, at cum minori periculo, & ſecundum hunc vſum loquutus eſt Galenus quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo quarto vbi œdema proprie Galenus inflationes appellat, vt iam oſtendimus. Nempe œdema tale ex ipſius generatione ſcimus tardius in criſim peruenire, cum enim eius materia pituitoſa ſit, aut vaporoſa, vti dixit Galenus ſecundo artis curatiuæ ad Glauconem cap. tertio & decimo quarto Methodi, cap. tertio frigida cenſetur. Quo fit, vt non doleat, & longe fugiat concoctionem, quæ à calido fit, vt ait Ariſtoteles quarto Meteororum, & Galenus ſecundo de Potentiis naturalibus, & primo Prognoſticorum, commento trigeſimo octauo, & propter hæc diuturniorem habebit iudicationem, minuſque timoroſam, tum quia dolore vacat, quo fit, vt membri virtus valentior degat, non grauitata à materia quam dolor attrahit, vt ait Galenus. Tum quoniam calor agentior, motum accelerans, frigus verò immobilitans, & materiæ motum tardans, ex Ariſtotele quarto Meteororum.

XXXVIIII. D

Si verò prætereat ſexageſimum diem, & febris detinet, nec deſiſtit, œdema fore ſuppurationem hoc loco, & reliquo ventre ſignificat.

CVM diuturnior iudicatio quadrageſimum vltra diem œdema proprie comitatur, quæ dies terminus eſt acutorum, vt diximus iam, non ſuppurabitur œdema proprie ante terminum acutorum, cum frigidam obtineat ſubſtantiam, & frigidum ſuppurationem tardat, quemadmodum non agit calidum, citioris actionis, & celeris motus. Ob hoc Hippocrates cum iam edocuit terminum ſuppurationis œdematis calidi, quod proprie inflammationem appellat, vt in trigeſimo quinto textu primi Prædictionum expoſuit. In hac dictione indicat terminum ſuppurationis œdematis proprie, & frigidi, & dixit, ſi tempus œdematis frigidi pertingat vltra ſexageſimum diem, & tumor talis pręter naturam adfuerit, & tunc febris ægrũ detineat, œdema tale in ſuppurationem vertetur. Prius enim non ſuppurabitur, minuſque

A minuſque reſoluetur œdema ipſum, cum ante febris non affuerit, quæ neceſſaria eſt, & reſolutioni, & ſuppurationi: eſt enim putredo ab extranea caliditate effecta, vt ait Ariſtoteles quarto Meteororum & Galenus primo Prædictionum, commento quadrageſimo ſexto. Cum autem poſt ſexageſimum diem febris inſurgat, iam antiquato œdemate frigido ob fixionem materiæ illius, & inobedientiam ad concoctionem non poterit reſolui, & ab eodem calore febrili extraneo vertetur in ſuppurationem, quæ facile corrigi poteſt opere naturæ, vel medici. Quamuis enim ipſius œdematis ex putredme caliditas adaugeatur, quoniam ob frigidam materiam caliditas illa non mordicat, & non acuit, ideo minus timendum eſt de ægrotantis perditione, & ob hoc dixit, minori cum periculo eſt. Et adiecit Hippocrates, & reliquo ventre, ſignificat, vt annuat hypocundria eſſe partes ventris, in quo pariter ſuppuratio fit, vti in hypocundriorum œdemate, præter quod ſerius tumores præter naturam in aliis ventris partibus in ſuppurationem ducuntur, ob earum calorem fore remiſsiorem, diſtantioremque à caloris fonte, vt in tertio de B Symptomatum cauſis dixit Galenus.

X L.

Quodcunque ergo œdema dolens, durum, & magnum eſt, periculum mortis breui fore ſignificat. Quodcunque verò molle non dolens digitis cedit prementibus diutius immoratur.

EIVS quod dixit Hippocrates ſupra in dictione trigeſima quarta, veritatem in hoc ſermone ſubintulit Hippocrates dicens. Non ideo in hypocundriis œdema peſsimum eſt, quoniam dolens, durumque ſit, ſed quoniam cum his magnum, ait enim Galenus primo Prædictionum, commento trigeſimo quarto, quod ob inflammationem duram, & dolentem muſculos hypocundriorum infeſtantem, non C perditur æger, ſed ab aliis his iunctis cauſis nedum viciantibus hypocundria, ſed inſtrumenta ſpiritus opprimentia: quo fit, vt facile æger ſtranguletur, velut à magnitudine inflammationis duræ, & dolentis, ob quam membra ſpiritalia comprimuntur, & viæ ſpiritus anguſtantur, & æger repente perditur, ob quod dixit Hippocrates, periculum mortis breui fore ſignificat, at nihil noui adiecit Hippocrates cum dixit, quodcunque verò molle non dolens digitis cedit prementibus, diutius immoratur, ab eo quod attulit in ſermone trigeſimo octauo, ideo nihil latentis adeſt.

X L I.

Oedema quod in ventre fatigat, minus facit abſceſſum, quàm quod in iliis, minime verò partes ſubter vmbilicum in ſuppurationem vertuntur.

ABSCESSVM tumorem illum appellamus, vbi natura à fluore victa non in pus ſanguis deuenit, ſed in alienam quandam aliam mutationem, quæ in profundo iacet, vt ait Galenus in libro de Tumoribus præter naturam. cap. ſecundo, & ſecundo Artis curatiuæ ad Glauconem. cap. ſeptimo. At omnis quippe talis non in pus D vertitur, ſed naturæ, aut artis opere diſcutitur, & reſoluitur, quidam verò calore ipſo tum naturali, tum præter naturam in ſuppurationem concidit, vt ait Galenus primo Prædictionum, commento quadrageſimo ſexto, & ſecundo Artis curatiuæ. cap. octauo. At abſceſſus, qui in pus vertitur, diuerſas ſedes ſibi conducit, atque diuerſas totius corporis regiones, & diuerſos humores. Quo fit, vt hinc minus, ſeriuſque ſuppuratur, inde verò magis, & celerius, quod accidit ex menſura caloris, vbi enim maior caloris copia aderit, contingit magis, & celerius abſceſſum ſuppurari, vbi verò caloris penuria, aut paucitas inueniatur minus, tardiuſue ſuppurabitur, & hanc rem prolixius docebimus ſecundo Prædictionum, commento quinquageſimo ſeptimo. Vbi igitur in hypocundriis œdema fatiget ob loci caloris copiam celerius, & magis in pus vertetur, deorſum verò verſus, præſertim ad ſubter vmbilicum partes, caloris paucitate & penuria, minus, tardiuſue ſuppu-

rabitur, & ob hoc dixit Hippocrates. Minimæ verò partes ſubter vmbilicum in ſuppurationem vertuntur. A

XLII.

Sanguis verò fluorem maximè de ſupernis ſedibus expectare oportet.

CVRATIONIS quendam modum abſceſſuum ſuperſedentium in præcordiis à natura quippe intentum in hoc ſermone attulit Hippocrates, per hoc edocens nos, quòd cum medicus naturæ opera rectè operantis aſſequi debeat, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo, ſi eadem ſemita in talium cura proceſſerit, nullo errore culpabitur, at modus hic eſt, vbi œdema in præcordiis ſuperſederit, ſi ex ſupernis ſedibus & maxime ſupremis, vt è naribus natura ſanguinem erumpat ab hac naturæ functione œdemata præcordiorum ſalubritati B redduntur. At & vbi medicus pariter operabitur, ad eius opus ſequetur idem, cum inflammatione præcordiis affectis ſanguis in his maiori caloris copia ſurſum feratur, per eas ſedes ſupernas, ſanguinis fluor expectandus erit, vti ſalubris ratio abſceſſuum præcordia fatigantium. In his autem, qui in ventre, & ſubter vmbilicum ſedent œdematibus, caloris inopia ſanguinis fluorem nedum per ſupernas ſedes, verum neque per infernas expectare debes, nulla enim hinc & inde ſalubritatis ratio cenſeri debet ex ſanguinis eruptione, ſed ex alio euacuationis genere, & alterius humoris à ſanguine, qui per infernas ſedes excernatur.

XLIII.

Vniuſcuiſque œdematis ſuperſedentis, qui in his fatiget ſedibus, ſuppuratio conſideranda eſt.

AB optima autem, vel contumaci ſuppuratione edocet Hippocrates præſagire C de termino œdematis ſalubri, vel inſalubri, quod in his ſedibus fatiget; & dixit. Suppuratio conſideranda eſt, ideſt modus, quo contingit fieri ſuppuratio, atque apparere ipſius œdematis in his ſedibus fatigantis, conſiderandus eſt, & non latet nos, iudicium ſalubre, vel inſalubre œdematis ſequi, oriri que ex vigentia, vel imbecillitate facultatis materiam œdematis gubernantis hinc, & inde potentis materiam illam ad varias corporis, aut œdemati membri conducere particulas, cum enim in ſuis functionibus natura in animali ſemper operetur, quod melius eſt vt ait Ariſtoteles in primo de Naturis animalium. Si quidem accidat naturam œdematis ſuppurationem tentantem eam deriuare & ad quendam ſitum magis exonerantem intima corporis, minuſque animal, vel eius partes offendentem, proculdubio melior illa ſuppuratio cenſetur. Sin contra, contumatior, atque naturæ rebellior ſuppuratio autumabitur, Et ob hoc dixit Hippocrates verbum hoc, ſuppuratio eſt conſideranda.

XLIIII.

Suppuratio inde proueniens, ita conſideranda eſt. Quæ enim D foras vertitur optima eſt, ſi parua eſt, maximeque egreditur, & in ſublime reſurgit: ſi verò magna eſt, & lata, minimeque ad mucronam ſubducitur, peſsima eſt.

QVALI conſiderationis modo fieri contingat œdematis ſuppuratio, vt de eius termino ad bonum, vel malum prædicere valeamus; in hac dictione enarrat Hippocrates & dixit. Quæ enim foras vertitur &c. Non lateat te, quod & ſi Hippocrates & Galenus in ſecundo Prædictionum libro longiori ſermone plurimas ſuppurationis conditiones enarrauerint, nunc autem, vt ait Galenus quid per ſuppurationem velit Hippocrates intelligere non erit hic ſuperuacaneum ſcire. Igitur erit ſuppuratio, cum pus totum compactum, atque conſtitutum, ductumque ſit ad aliquod membri conceptaculum, tumorem reddens præter naturam qui vtroque calore naturali ſcilicet & præter naturam concoctus eſt, vt ait Galenus quinto

Simplicium

A Simplicium pharmacorum cap. ſexto.Dixit quoque Gal. ſeptimo Aphoriſmorum, commento octauo, tuberculum nominauit Hippocrates quod in aliis ipſe ſolitus eſt vocare ſuppurationē. Vbi igitur natura ſtudet ab œdemato membro pus ſecernere pellendo,ſi foras,& verſus membri cutem,ipſum deriuat,& in verticem quendam ducit ad coni formulam, vt ait Galenus, tunc hic ſuppurationis modus œdematis melior erit, futuram & membri, & œdematis ſalubritatem promittens, eo enim cum pus foras emittitur robur facultatis expultricis ſignificatur ipſius affecti membri, quo fit, vt exonerato membro affecto illius facultas reſurgat, & optimas eius functiones aſſequi valeat, dum etiam immune relinquatur à corruptione,& eroſione propriæ ſubſtantiæ,quę facile à puris qualitate contingere poſſunt, autore Galeno ſecundo Artis curatiuæ ad Glauconem. At adiecit Hippocrates ſi parua eſt, indicat enim minus onus, minoremque laborem virtutis membri materiam œdematis corrigere debentis, cum enim pauca fuerit natura ſemper eam valentius obtinebit, & foras pellet, & ideo dixit, maximeque egreditur, & in ſublime reſurgit, ſanè hoc ſignificat vigentiam facultatis propultricis offenſæ particulæ, & obedientiam materiæ ſuppurationis. Quo fit,vt valide excernatur, & eadem à natura vnita detineatur,quoniam in ſublime reſurgit, & ob hanc rem ſi ſuppuratio parua fuerit, & valide egrediatur, in acumen reſurgendo, dubio procul optima erit ſuppuratio, ſecuritatem indicans, & morbum fore breuem. Contra verò ſuppuratio peſsima, malumque morbi terminum promittens, cenſetur: vbi magna fuerit, & lata: quoniam virtutis regentis indicat grauitationem, & laborem, quo fit, vt materiam ſuppurationis nequeat obtinere, neque ſui imbecillitate eam ſuppurationem magnam, latamque, & ſparſam vnire, minimeque eam in mucronem ſeu acumen ſubducere. Quo fit, vt ob virtutis imbecillitatem, ſpes, & confidentia ſalubritatis œdematis auferatur.

X L V.

Quæcunque verò introrumpitur optima eſt, ſi cum exteriori ſede nihil communicat, ſed adducta eſt, nec dolet,& omnis exterior locus vnicolor apparet.

Si ſolitus eſt Hippocrates, ſuppurationem tuberculum appellare, vt dixit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum,commento octauo,& tuberculum dicere quodcunque extra corporis ſuperficiem extuberat, vt ait Galenus in commentario primo ſexti Hippocratis de Morbis vulgaribus, & tuberculo ſimilis ſit ſuppuratio,dicetur ſuppuratio proprie, quæ extra membri ſuperficiem intumeſcit. At vbi ſuppuratio in mucronem vertitur, & in ſublime, eius generatio, & minera ex ſucco calido, & tenui exiſtit, quo fit,vt celerius in pus vertatur. Vbi verò in latum ſuppuratio ducatur,indicabitur mineram ſuæ generationis fore frigidum ſuccum, ſeriuſq. in pus ſubducibile, vt ait Galenus in ſecundo commentario ſexti Hippocratis de Morbis vulgaribus. Igitur exacta ſuppuratione ſtudet natura membri à concocto iam pure exonerari, & ſuppurationem,vel tuberculum quàm celerrime diſrumpere, vt à grauitante, & obnocuo pure ſecura ducatur, & ob hanc rem Hippocrates in hanc dictione edocet præſagire de termino ſuppurati œdematis, iudicio habito à loco, in quem vergit eius ruptio, & puris deriuatio, & dixit. Quæcunque introrumpitur, optima eſt, nempe ſi Hippocrates verbum illud ſimpliciter protuliſſet, accuſandus eſſet, adiecit igitur ſi cum exteriori ſede nihil comunicat, adeo vt etiam in exteriori ſede ſimul non rumpatur, imo foras contracta eſt, & doloris exors, & vnicolor apparet, indicant enim hæc virtutem intro uigere, & ſuppurationis materiam obtinere, & eam intro ad conuenientem ſuæ regionis euacuationem ducere abſque vlla noxa,affectæ parti communicata. Vbi igitur intro,& foras ſimul erumpatur ſuppuratio, nequaquam bona eſt, tum quia motus contrarii impediunt exquiſitam euacuationem materiæ ſuppurationis, tum quia natura duobus occupatur malis, optimam igitur dixit Hippocrates fore ſuppurationis eruptionem, quæ introrſum fit, mente habita ad eam, quæ ſimul foras, & intro fit. Quæ verò introrſum fit, deterior eſt ea, quæ extrorſum tantum erumpitur,cum in

ea, quæ introrſum fit, facile poſsit pus deriuari ad intimas corporis partes, in quibus morbos plurimos, naturæ contumaces, progignere poteſt, vt dixit Galenus primo Prędictionum libro, commento quadrageſimo quinto, non lateat igitur te, quòd quæcunque ſuppuratio extrorſum vergit, & in aciem turbinata optima eſt, cum verò rumpitur intro optima eſt, ſi extrinſecas partes minime attingat. Melius igitur eſt ſuppurationem extrorſum vergere, ſed ſi intro declinent, melius eſt eruptionem in interiores tantum locos fieri, & in hoc vide tu Galenum in primo commentario ſexti Hippocratis de Morbis popularibus. A

De ſignis, quibus cognoſcitur pus.

XLVI.

Pus optimum eſt, ſi candidum, æquale, leueque, & quàm minime fetidum eſt, maxime verò contrarium huic, deterrimum eſt. B

QVVM pus exierit ſuppurationis ſedem indicia obtinet ſalubritatis, vel inſalubritatis, ſuppurati œdematis, ob quam rem edocet nos Hippocrates in hoc ſermone præſagire de Futuro termino talis œdematis, mente habita ad pus ex eo ſecretum, & dixit. Pus optimum eſt, ſi candidum &c. Dignum eſt annotatione, pus ipſum ex ſanguine ortum habere, qui ſemi malam habent tranſmutationem autore Galeno ſecundo Aphoriſmorum, commento quadrageſimo ſeptimo, non enim ſimpliciter malam obtinet tranſmutationem, cum ex ea olida naſcatur putrefactio, neque ſimpliciter bonam, cum ex ea alimentum nutritioni partium animalis conueniens progignatur. Alteratio igitur, qua pus generatur, medium inter has obtinet locum, ob quam rem non à ſolo calore præter naturam, neque à ſolo calore ſecundũ naturam fit pus, ſed mixto ab vtriſque, à pure igitur indicium quãdoque bonum futuræ ſalubritatis inflammationis haberi poteſt, cum in ipſius alteratione calor ſecundum naturam vigentior fuerit, nonnunquam verò malum, cum calor præter naturam ſupra naturalem calorem vim obtinebit. Autore Galeno primo Prædictionum, commento quadrageſimo ſexto. Propterea igitur Hippocrates iudicio habito à pure edocet Prognoſticari de bono, vel malo termino diſrupti œdematis, & dixit. Pus optimum eſt, ſi candidum, indicat enim futuram inflammationis ſalubritatem, & breui temporis ſpacio aſſecuturam. Candidum quippe dixit Galenus, non velut eſt niuis candor, qui frigiditatis extremum indicat, à quo nequaquam candidum puris contingere poteſt, quoniam pus candidatur opere naturalis facultatis concoquentis, concoctio autem calido perficitur, vt quarto, Meteororum ſcribitur ab Ariſtotele, & ſecundo, de Facultatibus naturalibus à Galeno, candidum igitur optimum eſt pus, quod in colore aſsimilatur ſolidioribus noſtri corporis particulis, vt conceptaculorum tuniculis, & neruis, copuliſque, ac membranulis, & cartilaginibus, oſsibuſque, Hoc enim facile comprobatur, cum ſimilis ſit puris alteratio, & eius generatio, qualis & ipſius ſeminis, à quo ſolidiora noſtri corporis membra proximo generantur. Quo fit, vt illi in colore potiſsimum ſimillima ſint. Modum autem conſimilis generationis puris in inflammationibus & ſeminis in animalibus, habes nedum à Galeno in primo Prædictionum, commento quadrageſimo ſexto, verum & in libro de hiſtoria Philoſophica, & in libro de Semine, eſt enim ſemen ex ſanguine ortum habens, cum ſit vtilis ſuper fluitas vltimi alimenti ad membra diſtributi, vt ait Ariſtoteles ſecundo de Generatione animalium, oritur quippe ex ſanguine ſemen preactis multis alterationibus, ſeu concoctionibus, atque ſubſtantiæ tranſmutationibus tum ſanguinis, tum eius, cuius præparatio eſt ad ſanguinis generationem, ordo autem concoctionum generationem ſanguinis, & ſeminis præexiſtentium, præparantiumque, vti dixit Galenus in libro de Potentiis naturalibus ſic habetur. Prima quidem in ventriculo ex alimonia perficitur, vt ait Galenus in tertio de Facultatibus alimentorum præparatione præcedente in ore maſticatione ipſa, quam quandam concoctionem, non veram tamen, ſed præparatoriã quis nominare poterit, ea enim, quæ in ventriculo fit ad idoneum ſanguinis generationi ſuccum ducit, vt eo ad iecur permeante, in eoque

A eoque firmato ſecundæ ſubmittatur concoctioni ad ipſum ſanguinem progignendum. Altera fit in venis influxu naturalis facultatis ad eas. Altera verò in membris deducentibus appropinquatum humorem ad ſui naturam, in quem natiuus calor membrorum agens partem ſumit pro eius alitione, partemque depurat, ac claram reddit, ſecernitque à quacunque re eam turbidare valente, & ad eum calorem, concurſu facultatũ trium principalium membrorum hepatis, cordis, & cerebri occurrente Dei virtute, & prouidentia, decernitur ab eo alimento vltimo, materia ad ſeminis generationem, quæ alba eſt per vim caloris concoquentis dealbantis, & inde candida fit in tuniculis conceptaculorum, à quibus aluntur teſtes, commutato iam ſanguine in ipſis ad ſeminis formam per calorem, & ſpiritus teſticulis, & materiæ ſeminis inſertos, & ob hoc non lateat te, quòd vbi ſemen in his præcedentibus ſanguinis alterationibus non candidum eſſet, ob cauſam aliquam introrſum perturbantem, vel ob calorem concoquentem materiam ſeminis puram & albam ducere nequeuntem. Sanè ab eo fœtus vitiatus progignetur, vbi verò B caloris natiui membrorum functio non fruſtretur, tum in concoquendo, tum in ſemen dealbando, proculdubio fœtus procreabitur ſanus: pariter & pus in inflammatione dealbatur albore ſimili albæ, & vnitæ pituitæ, ſed non lateat nos, vt ait Galenus in libro Prædictionum primo, comm. quadrageſimo ſexto, & in libro de Tumoribus præter naturam, & in primo de Differentiis febrium, cap. ſexto quod ſanguis accumbens in partes inflammatione laborantes, ita comitatur inflammationem, vt ab initio defluxi ſanguinis ad particulam membri phlegminantis, ſola conceptacula, & cauitates replet, diſtenditque adeo, vt ſoluta continuitas cum mala inducta temperie dolorem in inflammatione deuocet, mox verò adiacentes partes inanes complures, atque exiguas pariter implet, diſtenditque, & dolorem progignit, in quibus inflamen veluti flamma quædam in ſede inflammationis, & in membro affecto additur. Quo inflamine conſocio calore ſecundum naturam, accumulatus ille ſanguis in inflammatione, incipit in alienam tranſmutari naturam ſubſtantiamque, præſertim cum ſanguis extra propriam ſedem poſitus ad antiquam C naturam minime remeare poteſt, autore Galeno in ſecundo de Criſibus, cap. duodecimo vbi igitur calor ſecundum naturam ſanguinem in inflammatione tranſmutans, vigentior fuerit calore præter naturam cum obtemperantia, tranſmutandæ materiæ, pus album, leueque, & quàm minime fœtidum procreabitur. Vbi verò contra, pus vitiatum in colore, & in odore, & in pondere, & in partium diſcrimine, atque in ſubſtantia progignetur: & ſcire debes, quòd ſecundum maiorem, vel minorem vigentiam caloris ſecundum naturam, pus vtique fiet in colore magis, vel minus album, ſicut ex vigore maiori, vel minori caloris præter naturam, magis, vel minus in dictis vitiis pus fieri poterit, vt magis fœtidum, & aliquando minus, vt docet Galenus primo de Differentiis febrium cap. ſexto, propterea igitur dixit Hippocrates. Pus optimum eſt, ſi candidum, indicat enim calorem per naturam affecti membri fortioris eſſe facultatis concoctricis, pus ipſum æquantis, & albificantis, & hoc promittit ſpem, & confidentiam futuræ ſalutis corporis, & inflammationis diſruptæ ſalubritatem. Quo fit, vt ab eadem vigente facultate, pus D optimum æquale in lenitate, & aſpiritate, atq. incraſsitie, & partium tenuitate efficiatur pariter, & leue erit, ideſt, non ponderoſum ſapiens naturam terrei humoris concoctioni contumacis. At & optimum eſt pus, ſi quàm minime fœtidum: fœtidũ idem eſt quod graue olens, graue enim olere indicium eſt non concoctionis, vt ait Galenus, ſed putredinis, mortificat enim putredo membrum affectum, & vires facultatis regentis ipſum adeo reddit imbecilles, vt nedum humores vitiatos corrigere nequeat, verum vitæ functiones nequaquam exercitare valeat. Quo fit, vt à pure quàm minime fœtido, ideſt quàm paruiſsime fœtido ſumatur indiciũ futuræ ſalubritatis, diſruptæ inflammationis, & totius offenſi corporis, his autem contraria in pure apparentia, tollitur ſpes ſalutis ægroti, & creſcit timor perditionis eius, & ob hoc dixit Hippocrates. Maximè verò contrarium huic, deterrimum eſt. At eundem generationis modum obtinet ſubſidens ſedimentum in vrina, qualem pus in vlcere inflammationis obtinuit, à quo vrinali ſedimento indicia etiam ſumi poſſunt futuri boni, aut mali ægroti corporis, vt deinceps latius dicemus, in ſe-

cundo Prædictionum libro, commento vigeſimoſexto, quo loco prolixiorem vri A
narum ſermonem abſoluemus repetito Galeni ſermone eorum, quæ dixit de ſedi-
menti generatione in vrina ſubſidentis.

BENEDICTI VICTORII FAVENTINI IN PROGNOSTICA HIPPOCRATIS COMMENTARIVS SECVNDVS SECVNDAE SECTIONIS.

AQVA inter cutem omnis ſi ex morbo acuto exiſtit, ma
lo eſt, non enim ſedat febrem, ſed dolorem admodum B
infert, ac mortem, fereque incipit ex parte inani, ac lum
bis, iecoreque.

PRAETERIIT iam ſcientia primæ ſectionis Prognoſticationum operis, cuius
ſumma conſtitit in iudicio termini ad ſalutem, vel mortem corporis morbo acu
to correpti. Acceſsit ſecunda Prædictionum ſectio Hippocratis, in qua edocet
ipſe præſagire de termino morbi diutini ortum habentis ab acuto morbo, vt intel
lectum ſit Hippocratem primam in hoc Prognoſticorum opere mentem ad acutos
morbos tantũ habuiſſe. Quòd ſi quidquam in morbis diutinis pręſagire edoceat,
erit de his vtique ſermo, qui ab acutis ortum habent. Merito igitur ob hoc dixit
Hippocrates. Aqua inter cutem omnis, ſi ex acuto morbo exiſtit, cum facile con-
tingat aquam quandam inter cutem aliam ſortiri cauſam, & non ab acuto morbo, C
quæ præſentis non erit inquiſitionis. Et hanc mentem contribuit Galenus Hippo
crati dicenti ſermone vltimo tertiæ ſectionis Prognoſticorum verbum hoc. Nul-
lius morbi nomen expetere, ſeu conſiderare oportet, ſi non hoc loco præſcriptum
ſit, omnes enim morbi, qui in hoc præſcripti ſunt opere, ſunt, qui in prædictis
temporibus iudicantur, vti ſunt morbi acuti, qui cum febre infeſtant, & quadra-
geſimo die iudicantur, vt ait Hippocrates prima ſectione Prædictionum, vigeſimo
octauo, omnes enim tales, qui vſque ad diem quadrageſimum pertingunt, ſub acu
ta morbi conſiſtentia poſiti ſunt, vt in commento octauo primæ ſectionis Prædi-
ctionum dictum eſt. Sunt & alii præſcripti morbi, qui vſque ad ſexageſimum per
ueniunt diem, vt in tregiſimo nono primæ ſectionis Prognoſticorum dixit Hip-
pocrates, qui quamuis non acuti ſint, ab acutis tamen ortum habent, & mente hac
ſolum habita de his morbis diutinis in hoc opere ſermonem fecit Hippocrates,
vbi tamen quandoque de quibuſdam diutinis morbis ſeorſum ſigna, & iudicatio
nes tractauerit, hoc ideo fecit quoniam in hac ſcientia ſuperuacaneum eſſe videtur
perpetuo oſtendere qualem originem teneant morbi ii diutini ab acutis morbis,
ſed oboritur dubitatio. Cur de diutinis morbis ortis ab acutis ſolum Hippocrates
ſermonem habuit, haud quaquam verò de aliis diutinis. Huic dico, eum hoc ideo D
feciſſe, quoniam cum Prognoſticatio iudicationem, & criſim comitatur, quæ pro
prie in acutis vim habent, minime autem in diutinis, iudicatio, & criſis locum te
nent. Quo fit, vt non iudicemus per criſim morbos diutinos, niſi ortum habue-
rint ab acutis illis diutinis cõmunicantibus aliquid ſuæ criſis. Ideo ob hoc Hippo
crates præſagire edocuit, non in omnibus diutinis morbis, ſed ſolum in his, qui
ortum habent ab acutis, & dixit. Aqua inter cutem omnis, ſi ex morbo acuto exi
ſtit, malo eſt. Et ſcire debes aquam inter cutem morbum eſſe diuturnum, vt ait Ga
lenus primo Aphoriſmorum, commento duodecimo, quoniam longo poſt tempo-
re ad ſuum vigorem eſt perventurum. Ipſe enim à lento, & frigido humore, vti à
cauſa contentiua procreatur, qui non facile concoqui poteſt, quo fit, vt longum
protrahatur tempus, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum comm. decimo nono:

tum

A tum etiam quoniam is morbus non celeriter ad ſuum vigorem perueniens,non eſt magnus, ideo in longo tempore ſuas facit permutationes,ob quam cauſam diu per ueniens in ſuum terminum, dicetur diuturnus, vt dixit Galenus ſecundo Aphoriſmorum,commento vigeſimo tertio, & ſecundo de Diebus decretoriis,cap. duo decimo. Item ſcire debes, aquam inter cutem ortum habere poſſe à morbo acuto, vt à febre continua.Ob cuius vehementiam virtus iecinoris concoctiua admodum imbecillitari poteſt,facta oblæſione natiui caloris ab extraneo calore, vt ait Galenus ſecundo de Facultatibus naturalibus, cap. octauo, & ob hoc dixit Hippocrates, aquam inter cutem hanc malam fore, ægroti quippe perditionem promittentem, quoniam indicat naturalis caloris concoquentis iecinoris incorrigibilem defectum, ſtante adhuc vigore caloris extranei cum febre acuta vtrumque nocumen tũ adaugentis imbecillitatem ſcilicet facultatis concoctricis,& abſolutionem naturalis caloris iecinoris, quod nocumentum aſſociat timor, & ægrotantis perditio, & ob hoc dixit Hippocrates, non enim ſedat febrem oſtendens vigorem morbi B acuti, qui cum febre continua eſt, quam iure ipſo aqua inter cutem ſoluere deberet,cum ab humore frigido, & humido pendet. Abſolui quoque deberet aqua inter cutem ab inſtante febre, temperaturæ quippe calidæ,& ſiccæ, vt ait Gal. primo Aphoriſmorum,comm. X V I. & quoniam non hoc,neque alterum abſoluitur,pro culdubio prognoſticatio eſt mala. Deterior verò eſt, talis inter cutem aqua, quæ ex morbo exiſtit acuto, quoniam dolorem admodum infert,tum propter febrem, quæ malam ducit temperiem, tum ob aquam inducentem plenitudinem, & inde contentionem,à quibus duobus gignitur dolor, vt ait Galenus ſecundo Artis medicinalis, & commentario primo,primi Hipp. de Morbis vulgaribus: & libro primo de Natura humana: & Gal. in primo de Symptomatum cauſis, cap. VI. ait,autore Hipp. quib. natura alteratur & corrumpitur dolores fiunt,& ab his,quæ quaſſandi,vel ſecandi,vel diſtendendi,vel exedendi vim habent: igitur cum quis aqua inter cutem ex morbo acuto infeſtatur, & febre quippe continua cum dolore admodum afficitur, non niſi effectus tenebroſus in eo contingere poteſt, & ob hoc C dixit Hipp. ac mortem infert. Cæterum adiecit nomina viſcerum,quibus communi vna ratione aqua inter cutem progignitur, & dixit,fereque incipit à parte inani, ac lumbis,iecoreque, & non lateat te cõmunem illam rationem eſſe, quoniam aqua intercutem concoctricis iecoris facultatis defectu contingit, à qua tanquam prima cauſa generationis hydropis contingere poteſt,quę eſt illius viſceris,ſanguinis generationis defectus,autore Gal. ſecundo de Facultatibus naturalibus,capite octauo, quæ cauſa poteſt hærere hepati primo eius genio,vel per cõſenſum ab aliis ei auicinatis membris, vel continuatis, vel pertangentibus, velut à ieiuno, aut tenui inteſtino,aut à venis meſentericis,quæ membra cum habituali intemperie affi ciantur, facile etiam vna refrigerare poſſunt omnes ſimarum iecinoris partium venas,vt ait Gal. V. de Locis affectis. cap. VI. quo fit, vt ad hepatis quoque corpus intemperies ipſa perueniat.Quæ venę in huius viſceris partibus conſiſtentes per conſenſum afficiuntur, deinde tractu temporis hepar quoque eadem diſpoſitione infe D ſtatur.Quo fit,vt aqua inter cutem adgeneretur,tum vitio hepatis per ſe,tũ ex parte inani per conſenſum, & ob hoc dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento primo, vnam communem fore rationem generandæ hydropis à iecore videlicet, & parte inani, quæ eſt virtutis concoctricis imbecillitas, & defectus, & iterum non lateat te, quòd dixit Galenus,partis inanis eſſe ieiunum,& lactes,ac inteſtina tenuiora, quæ ſibi locum vendicant inter extremam thoracis coſtam, & oſſa femoris, eæ enim partes vacuæ ſunt ab oſsibus, & flaccidæ ſunt, & non tenſæ, niſi de proximo quiſpiam repletus fuerit poculentis, atque eſculentis,intelligens per ieiunum inteſtinum multifariam in orbes conuolutum, vaſorum complurium ſerie contextos, quod vt ait Galenus ſexto de Aggreſsibus anotomicis ieiunum nominatur, quia ſemper cibo vacuum inuenitur. Lactes autem ſunt, vt Probus ait, loca in lateribus ſub vmbilico pube tenus, adeo delicata, vt plagam ferre non poſſint, & dicuntur lactes ob molitiem, & earum pinguedinis candorem lacti aſsimilatum, per quas labitur cibus, & quod cibum alliciant, inteſtina verò tenuiora ſunt, quæ exigua, & parua ſunt, Lumbi verò partes ſunt ex

vtraque parte thoracis inferna ſpondilorum ſitæ, vt ait Galenus ſexto de Vſu partium capite decimo quinto & decimoſexto, thorax enim medius eſt,eumque lumbi vtrinq. circumſtant,in parte inferna. At ſanè lumbi partes corporis ſunt inferiores ſpinæ, quinque vertebras vtrinque complectentes. Sunt enim lumbi à cintura ad nates ſiti, à quibus venereus liquor defluit, autore Plinio, ſecundo de Naturali hiſtoria, cap. ſecundo vbi ait, lumborum verò dolori confert ſemine ſole ſiccato. Sunt igitur hæc membra, quæ ſi frigida intemperie afficiantur, eam ob eorum vicinitatem per ſocietatem magnam, quam habent per conceptacula, & venas, ad iecur eidem conſentire poſſunt. Quo fit, vt ne dum iecur primo ſui genio in ea intemperie vitiatum, verum & ab his membris per conſenſum in faculta te concoctrici offenſum, aquam inter cutem progignere valet, vt dixit Galenus ſecundo de Potentiis naturalibus cap. octauo. A

II.

Quibus ergo ex inani parte, & lumbis, principia aquæ inter cutem fiunt, his pedes intumeſcunt, & alui fluor diutinus fit, neque exoluens dolorem, qui ex inani parte efficitur, ac lumbis, neque molliens ventrem. B

MODVM generationis diuerſum aquæ inter cutem, tum à iecore, tum à parte inani in hoc ſermone & ſequenti edocet Hippocrates, indicia quippe ponens quibus facile ſignificatur, vel aquam inter cutem à parte inani ortam, vel à iecinore ipſo vt verum fateamur fore præſagium ab initio dictum, videlicet, aqua inter cutem omnis, ſi ex acuto morbo exiſtit, malo eſt, & dixit. Igitur quibus aqua inter cutem initium à parte inani,vel à lumbis capit,quamcunque volueris partem in parte inani comprehenſam, ſiue inteſtinum ieiunum fuerit, ſiue lactes, vel inteſtina tenuiora, indiciũ eſt intumeſcere pedes, indicium namque cõmune eſt in omni hydropis ſpecie pedes primo intumeſcere, vt ait Galenus, quoniam cum aquæ inter cutem familiare ſit ipſam nequaquam generari poſſe niſi iecur vitiatum, atque defectum fuerit in facultate ſanguinis generatiua, vt ait Gal. V. de Locis affectis cap. VI. & VI. cap. primo,& II. de Facultatibus naturalibus,cap. octauo,& ſexto Aphoriſmorum,commento XII. vbi ait.Aqua verò inter cutem fit, cum ſanguinis generatio fruſtratur,ideo in hydrope primo generatur ſanguis contumax, atque rebellis alitioni membrorũ corporis noſtri. Quo fit vt ſanguis ille ad membra permeans ſentientia membra ſanguinem illum non eſſe nutritioni idoneum, talem natura derelinquit ab opere ſuo, & in membris permanens ea in tumorem vertit, & hic quippe tumor primo in pedibus apparet, quoniam procul à calidiſsimis abſunt partibus, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione comm. tertio, quo fit,vt id ſuperfluum ſubſidens in pedibus ob diſtantiam caloris abſolui non poſsit, ſicut in propinquiorib. partib.fonti caloris nõ contingit,ſanè accidit hoc in omni hydropis ſpecie, ſiue aquoſa fuerit, vt aſcites, ſiue ventoſa, vt tympanites, aut pituitoſa,quam anaſarcam, & leucophlegmantian nominant, vt ait Galenus in libro de Tumoribus præter naturam. cap. XX. & VII. Aphoriſ. comm. LXXI. idem quoq.tumor pedũ primo in omni aqua inter cutẽ palam erit à quacunq.parte aqua inter cutem ortum habuerit,ſiue ab hepate, aut inani parte,ſiue renibus,ſiue liene, ſiue ab aliis omnibus partibus, quas nominauit Gal. V. de Locis affectis,cap.VI.& II. de Facultatibus naturalibus,cap. octauo, Cæterum quod plurimum peculiare eſt aquæ inter cutem indicium, attulit Hipp. dicens,& alui fluor diutinus maxime fit his, qui aquæ inter cutem laborant,orta quippe à parte inani, & lumbis, & ſcire debes,quod communiori nominis ſignificatione aluus ventriculum acceptat, vt eſt Galeni mens Aphoriſmorum quarto, comm. XII. vbi ait, ſed conſequitur ad omnium, quæ ad aluum pertinent inſtrumentorum intemperaturas,hoc eſt ipſius ventriculi, in quem cibos deuoramus; & eorum, quæ ex hoc ſuſcipiunt, atque tranſmittunt inteſtinorum. Quo fit, vt ventriculus numerum inanium partium ingrediatur, ob id dictum Galeni ſecunda prædictionum ſectione, commento primo vbi ait: Nam in more eſt vocari illas partes inanes, quæcunque inter extremam

A tremam thoracis coſtam, & femoris oſſa habentur, ſanè igitur aqua inter cutem, ſi à ventriculo ortum habuerit à parte inani oriri facile quis dicere poterit, & eam fore ortam ex parte inani, alui fluor indicare poterit, qui à ventriculi concoctiua facultate vitiata facile contingere poteſt, ob alimentum, quod ventriculus corrumpet, autore Galeno Aphoriſmorum ſexto, commento decimo ſexto. At non lateat te, quòd vbi alui fluor comitatur aquam inter cutem à ventriculo per corruptum alimentum ortam, non eſt hic indicium lethale, quoniam ex alia cauſa videlicet ex cibo, aut potu corruptis contingit, & non vi morbi, vbi verò morbi cauſa, & maleficentia in aqua inter cutem à parte inani ortam fluor alui ſuperaccidat, hoc quidem ſalutis ſpem tollit præſertim ſi ab illis inanibus partibus, quæ ſunt lactes, & ieiunum, aqua inter cutem naſcatur, & proinde alui fluor eueniat, quo forte ſignificabitur partes illas inflammatione teneri, ob quam earum venæ, quas meſeraicas nominant, per quas iecur ad ſe trahit alimentum, imbecilles factæ ſunt. Quo fit, vt non poſsint id iecori condonare, vt in eo idoneum efficiatur, pro alitione cæte-
B rorum membrorum. At quoniam pro imbecillitate ieiuni, & inteſtinorum tenuiorum hæc eadem grauitantur, adeo, vt id totum deorſum propulſent, & alui fluor ſane ſubſequatur, qui in aqua inter cutem taliter ortam, deterrimus eſt, indicans corpus alimento vacare. Pariter quoque cum inflammatio iter hoc ad iecur intercludat, vt nequaquam ad ipſum alimentum penetrare poſsit, præ debilitate in lactibus, & ieiuno firmabitur, & id calore inflammationis præter naturam corrumpetur, quo in loco alimento corrupto, bilis copia accumulabitur, quæ ab eodem calore acris & acuta effecta, mordet inteſtina. Quo fit, vt irritentur excitenturque ad excernendum excrementa in his contenta, & ex altera cauſa alui fluor in aqua inter cutem progignatur, & hanc ſententiam habuit Galenus commento duodecimo, ſecundæ ſectionis Prognoſticorum, & ſexto Aphoriſmorum, commento decimo ſexto, & hic alui fluor in aqua inter cutem etiam lethalis eſt. Quoniam vt ait Hippocrates, dolorem illum, qui à parte inani, & lumbis efficitur, non ſoluit, ſed ob inflammationis calorem, mordicando magis ipſum adauget, & hæc ea-
C dem inteſtina in natiuo calore imbecilia facta, ſpiritus flatuoſi copiam procreant, quæ eorum tenſione nimium dolent, & eorum debili facultate cruditatum multitudinem adgenerant, nequaquam potente eas intus detinere, & ob hoc alui ſequitur fluor, qui neque dolorem exoluit, neque ventrem emollit, ſed tenſione ipſum ſubleuat, & obdurat. Quo fit, vt hinc maiorem dolorem inferat, & inde ægrotantis mortem inducat, vt dixit Hippocrates ſectione ſecunda, Prognoſticorum primo vbi ait. Sed dolorem admodum infert, ac mortem.

III.

Quibus à iecore aqua inter cutem incepit, tuſsire quidem cupiditas eſt, ſed nihil excreant commentatione dignum, pedeſque intumeſcunt, ac venter non deiicit, niſi dura ac pro neceſsitate,
D atque etiam circa ventrem œdemata fiunt partim in dextra parte, partim ſiniſtra conſiſtentia, deſinentiaque.

Cvm habitum iam ſit, aquam inter cutem, vel primo genio, vel per conſenſum ſequi epatis vitium, in facultate ſanguinis generatiua, & ab ea cum ſequantur varia ſymptomatum genera, à quibus indicia ſumuntur, aquam ipſam inter cutem ab epatis vitio originem habere. Merito Hippocrates in hoc ſermone edocet nos per ſymptomata ſequentia aquam inter cutem ſignificare ſuper eius ortum à vitiato epate in virtute concoctrici, ſanguificatiua, & dixit, quibus à iecocore aqua incepit intercutem, tuſsire quidem cupiditas eſt. At ſcire debes, quòd qui aqua inter cutem detenti ſunt, affecto primo genio epate, ipſius moles, vel ob inflāmationem, vel ſcirrhum præcordiis occurrens, anguſtiam in pulmone progignit, vt ait Galenus ſecunda Prognoſticorum ſectione, commento tertio, quo fit, vt ad motum ſibi conuenientem, qui eſt tuſsis, pulmo excitetur, ob quam

rem tuſsire cupiunt,nihil tamen commentatione dignum excreant,cum tuſsis hæc
non ſit ex tenui humido, pungente aſperam arteriam , vel ipſum pulmonem angu A
ſtiante,ſed ex ſola pulmonis compreſsione à ſepto tranſuerſo,ob iecinoris molem,
ei occurſantem , quo fit, vt ii tuſsire incipiant , ſentientes tamen nihil momenti
excreare,à tuſsi ceſſant , quieſcuntque paululum, donec iterum pulmonis anguſtia
admouetur, & denuo tuſsire cupiunt, pariterque modo dicto ceſſant, & hæc tuſsis
in hydrope ex affecto iecinore contingente futuram ægroti corporis perditio-
nem promittit , quoniam cum hæc tuſsis ſicca ſit nulla quippe humiditate ad pul-
monem occurrente, ſolum ſignificatur vehemens pulmonis anguſtia ex ſola ipſius
compreſsione à ſepto tranſuerſo effecta, qua viæ pulmonis obſerantur , & inde re-
ſpiratio repente tolli poteſt, & vita: & hanc mentem habuit Hippocrates ſeptimo
Aphoriſmorum,commento quadrageſimo octauo , vbi ait, aqua inter cutem labo-
rans, ſi à tuſsi habeatur ſcilicet ſicca, deſperatus eſt,& ſi Galenus huius Aphoriſmi
veritatem comprobet, de tuſsi ortum habente ab humiditate adaucta in hydrope
aquoſa, in qua tuſsis ſuperueniens lethalis eſt, cum periculum immineat ſubitę ſuf B
focationis, dixit enim Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento trigeſimo quin-
to, ſi humiditas in aqua inter cutem adaucta fuerit , vt iam aſperas occupet arte-
rias, ſi tuſsis ſuperueniat , tunc periculum imminet , ne homo haud ita multo poſt
ſtranguletur . Ob hæc igitur tuſsis in aqua inter cutem affecto iecinore ſuperue-
niens, ſiue fuerit ex ſolo tumentis epatis occurſu , non paruam in pulmone angu-
ſtiam gignente , ſiue fuerit ob humiditatem occupantem arterias aſperas pulmo-
nis, atque in his manentem,indicium eſt deterrimum cum ægrum ſuffocatione pe
riturum pronunciet, Demum verò dixit . Pedes intumeſcunt , hoc enim generale
ſignum eſt in omni hydropis ſpecie , præſertim ſi a vitiato epate hydrops ortum
habuerit , cauſam iam diximus eſſe , pedes longius diſtare à calidiſsimis noſtri cor
poris partibus, ad quos epar validum alimentum tranſmittere nequit , ſed ſangui
nem illum admodum aquoſum , alitioni pedum contumacem, eorum natura relin
quit ab opere ſuo , qui illic permanens vertit pedes in tumorem, quem ob diſtan- C
tiam natiuus calor membrorum calidorum attingere non valet, neque & ipſi calo
re abundant, quoniam à ſanguine derelinquuntur , autore Galeno ſeptimo Apho-
riſmorum , commento decimo ſexto, quo fit, vt pedes primo intumeſcant , tardi-
uſque abſoluantur in aqua inter cutem.Cæterum dixit Hippocrates ac venter non
deiicit, niſi dura.At non lateat te ob imbecillem iecinoris concoctionem,atque de
bilem expultricem diu in eo manent reliquiæ alimenti, quarum partim mittuntur
ad intimam peritonæi ſedem, vbi videlicet peritonæum , quod eſt interior pars ab
dominis , ſimul colligit , & veſtit , quæcunque ſub thorace inſtrumenta vſque ad
oſſa pubis , & ilia, & ad lumborum vertebras , & hoc idem circumtenditur ſingu
lis inteſtinis, & viſceribus, tum arteriis omnibus, ac venis, & neruis , & hæc vide
tu à Galeno quinto , & ſexto de Aggreſsibus anatomicis , & quarto de Vſu par-
tium . cap. decimo & ſexto Aphoriſmorum , commento quinquageſimo octauo ,
partim verò ob iecinoris inflāmationem torrentur, ſiue vruntur, vt ait Galenus ſe
cunda ſectione Prognoſticorum , commento tertio , quo fit , vt aqua inter cutem
affecto epate ortum habens alui vacet profluuio , tum quoniam ſuperfluentis ali-
menti reliquiæ partim mittuntur extra inteſtina , partim verò torrentur , & ob
hanc cauſam ſic hydrope correptus non deiicit , niſi dura, ac pro neceſsitate, ideſt D
coacte , & hanc mentem habuit Hippocrates in libro de Coacis prænotionibus ,
vbi ait, & aluus dura egerit , eaque ad neceſsitatem coacta.Adiecit quoque Hippo
crates , aquam inter cutem iecinore vitiato ſequi circa ventrem œdema , partim in
parte dextra, partim in ſiniſtra conſiſtentia , deſinentiaque , & non lateat te œde-
ma tumorem eſſe præter naturam mollem , & abſque dolore , cuius generatio eſt
ex pituitoſa ſubſtantia , aut ſpiritu vaporoſo , vt ait Galenus ſecundo Artis curati-
uæ ad Glauconem. cap. tertio, & decimo quarto Methodi, cap. ſecundo,& tertio,
vbi ait . Ex pituita conſtat œdema ipſum rarus quidam, atque indolens tumor , &
idem dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo quarto , & œde
matis generatio eſt varia , plerumque enim affecto epate , cum quorundam mem-
brorum debilitate fit , & intumeſcunt membra illa, velut accidit œdema in cruri-
bus, &

bus,& pedibus eorum, qui aqua inter cutem laborant, & qui phthiſi tenentur, atq. mala corporis habitudine, quam cachexiam vocant, quandoque verò progignitur œdema ex pituitoſa humiditate in aliquam particulam influente, velut in his, qui profluuio humiditatum frigidarum à capite corripiuntur, vt ait Galenus, etiam eorum curationes variæ exiſtunt, varioque egent præſidio, ſanè igitur alicuius hominis corporis affecto iecinore vniuerſa cutis, ad quam veluti nutrimentum humor pituitoſus demandatur, intumeſcit, ob eum contumacem fore alitioni, & relictum ab opere membri, ipſe in tumorem membrum vertit, quem ſi premas cum digito, ſtatim apparet caua, ſed paulopoſt ad priſtinum reuenit ſtatum. At ob hoc quod aqua intercus, nedum ab epate originem trahit, verum & à liene, vt Hippocrates, & Galenus aiunt ſexto Aphoriſmorum, textu & commento quadrageſimo tertio, & ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo tertio, ob hoc vtroque affecto viſcere in parte corporis dextra, & ſiniſtra, fiunt œdemata ob albam pituitam ibi accumulatam, qua illa digito cauantur & ad priſtinam reueniunt conditionem, & dixit Hippocrates, cõſiſtentia ſcilicet œdemata quandoque in ſua ſubleuatione cum ea confirmata extiterint, deſinentiaque aliquando, cum corporis calor aliquanti fuerit vigoris, potens quidem quidquam albæ pituitæ, & ſpiritus vaporoſi abſoluere, vbi verò œdemata hæc procedente tempore fuerint confirmata, conſiſtent quippe in ſubleuatione, & non deſiſtent ob calorem corporis adeo frigeſcentem, vt neque albæ pituitæ quidquam neque ſpiritus vaporoſi ipſe abſoluere valeat, & cum hoc extiterit, tu certam, & proximam ægrotantis mortem pronuntiabis.

C

IIII.

Si caput, manus, ac pedes frigidi ſunt, ventre, coſtiſque calentibus, malum eſt.

D

OPINOR ego Hippocratem in hac dictione coniectari velle non in omnibus exremarum partium frigiditatem abſurdam fore, ſed in acutis tãtum vel diuturnis morbis, qui ab acutis originem habent, vti aqua inter cutem, ſi morbo iungatur acuto ideſt febri non intermittenti. Propterea ſcire debes, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento primo, quod in morbis diutinis præſertim qui ſine febre ſunt, & in hyeme, & in ætate ſenili frigiditatem extremarum partium, vt aurium, & narium, pedumque, & extremarum manuum fieri nihil abſurdum eſt. Quoniam in his extremorum frigiditas non morbi maleficio contingit, ſed præ debilitate caloris haud quaquam ad partes corporis extremas penetrare valentis. Quo fit, vt illæ natiuo calore depauperatæ frigeſcant, & partes interiores non caleſcant, & vrantur, nulla exiſtente febris præſentia. Ob quod in morbis his diuturnis, etſi frigeant corporis extrema id tamen à periculo tutum exiſtit, magiſque cum morbus diutinus hyeme infeſtat corpus, tunc enim corporis extrema frigido occupantur, quoniam hoc prodit conſtitutio ratione ambientis aëris. Pariter quoque vbi is morbus in ſenili ætate ægrum corripiet, minori erit cum periculo, duplicata enim caloris natiui imbecillitate orta tum à diutino morbo, tum ab ætate ſenili, non poterit idem calor ad extremas corporis partes permeare, frigeſcent igitur, & nihil abſurdum erit in hominis vita. Vbi verò morbus diuturnus coiret

D

cum febre, quæ per incurſionem, ideſt acceſsionem fit, quam annotationem priſci nominant, vt ait Galenus ſecundo Prædictionum, commento quarto, & ſecundo Aphoriſmorum, commento primo. Acceſsiones enim ideo annotationes dicuntur, quia morbos, febreſque notant, & ſignant, iuxta illud Hippocratis primo Aphoriſmorum duodecimo, acceſsiones, & conſtitutiones morbos indicabunt, ſiue etiam per intermiſsionem febris diutino iungatur morbo. In his quippe extremarum partium frigiditas, nihil abſurdum eſt. Intermittentium enim febrium terminus ad infebricitationem peruenit, vt haberi poteſt à Galeno quarto Aphoriſmorum, commento quadrageſimo nono, & primo de Differentiis febrium. Quo fit, vt febres, quæ per incurſiones fiunt, atque etiam intermittentes mortis periculo vacent, etſi ſummæ partes corporis frigidiores fiant, vbi verò morbus fuerit

acutus, aut ab acuto ortum habens quoniam ſapit naturam morbi acuti frigiditas A extremarum corporis partium, lethalis eſt, quoniam in viſceribus corporis indicat magnitudinem fore inflammationis, qua ægrotans ad necem perducetur. propter enim in viſceribus magnitudinem inflammationis fore parum ſanguinis vndique ad partes corporis permeat, quoniam calore inflammationis exuperante ad ſe trahit per modum cucurbitulæ ex toto corpore ſanguinem, quo fit, vt ob defectum ſanguinis ad viſcera ſe recipientis extremæ partes frigeſcant, & viſcera peruruntur, quæ ſunt thorax, & epar, & hoc quidem exitiale eſt, quoniam circa viſcera inflammationes ægrotantem periclitant. Merito igitur dixit Hippocrates. Si caput videlicet in Morbis acutis, aut ab his ortis, manus, ac pedes frigidi ſunt, ventre, coſtiſque calentibus, malum eſt, & eandem ſententiam voluerunt Hippocrates, & Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, ſexageſimo nono, & quarto Aphoriſmorum, quadrageſimo octauo, & idem exquiſitius enarrauit Galenus commentario ſecundo, primi de Morbis vulgaribus Hippocratis, & tu vide. Et idem voluit Galenus commentario ſecundo, tertii de Morbis vulgaribus Hippocratis, vbi ait. Mortis verò apertum ſignum eſt extremarum partium liuor, & frigus in morbo acuto. At oboritur dubitatio, an in morbis acutis fieri poſsit annotatio deprehendens cum rigore & frigore extremas corporis partes, abſque mortis periculo. Huic dixit Galenus ſecundo Prædictionum, commento quarto, hoc contingere poſſe, videlicet per morbos acutos, annotationem fieri rigore, vel frigore deprehendente nedum extremas corporis partes, verum & cutem circa coſtas, & ventrem, & talis rigor, aut frigus tale, nullum vitium in viſceribus promittit, vti ad hoc genus delegetur lypiria febris, in qua non ob hoc, quòd ſummæ corporis partes frigeant, & viſcera caleant, ægrotantis inflammatio in viſceribus ſequitur, neque mortis periculum timetur, quod ſane in ægroto magnum habetur, vbi partes, quæ circa coſtas, & ventrem calidæ permanſerint, & extremæ partes perfrigeant, tunc enim in viſceribus magnitudo ſignificatur inflammationis futuram mortem promittens. Iterum quiſpiam dubitabit, an per morbos acutos extremarum partium C frigiditas contingere poſsit abſque inflammatione ægrotantis corporis viſcera occupante. Huic dixit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto & ait, fit etiam hoc propter animæ defectum, vel quia calor natiuus extinguitur, vel quia ob frigidam plenitudinem ſuffocatur, & idem voluit Galenus commentario ſecundo, tertii de Morbis popularibus Hippocratis, vbi ait, fit enim, & hoc natiuo intereunte calore, & non lateat te ſicut frigiditas extremarum corporis partium ex magnitudine inflammationis viſcerum contingens, ſatis exitialis eſt, vt dixit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento primo, ita non tutus eſt à mortis periculo animi defectus, & natiui caloris interitus, vel eius à frigida plenitudine ſuffocatio, & ſcire debes, quòd ob aliam cauſam per morbos acutos frigiditas extremorum contingere poteſt, abſque inflammatione viſcera occupante, vt ait Hippocrates ſeptimo Aphoriſmorum, vigeſimo ſexto, cum dixit, In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas malum, & huius rationem attulit Galenus quoniam vehementi dolore medias corporis partes infeſtante, natura in ſe ipſam D contrahitur, & ad eam conſequitur ſanguis extremas corporis partes derelinquens, & cutim etiam vniuerſam, quo fit, vt ſine viſcerum inflammatione frigiditas eas comitetur partes, & hæc ſanè frigiditas non fugit exitiale corporis periculum, quoniam in forti dolore primorum membrorum facultates adeo fatigantur, vt timor fiat de earum abſolutione autore Galeno primo Prognoſticorum, commento trigeſimo octauo.

V.

Optimum verò eſt, ſi corpus omne æque calidum, molleque eſt.

NON dubito Hippocratem in hoc ſermone, optimam corporis habitudinem attuliſſe, qua quis præſagire poterit in morbis acutis, vel ab his ortum habentibus terminum ad ſalutem, cum omnino exitiale indicium ex proxima oratione adduxerit, & dixit, optimum verò, & veræ futuræ ſalutis nuntium in morbis acutis,

A tis, vel ab his ortis, eſt:ſi corpus totum ideſt, quo ad omnes eius partes,quæ ſenſu tactus percipi poſſunt,æquè calidum, atque æquè molle fuerit, quoniam indicat vires totum corpus gubernantes adeo validas fore,vt ipſum,& illius partes ita gubernet,regatque, vt ab his, quod diſſonum, & abſurdum, contumaxque eſt propulſet. Quod verò idoneum eſt ei, & pro ſuis conueniens functionibus, detineat, atque cuſtodiat, & hoc confidentiam futuræ ſalutis corporis ægrotantis adauget,& ob hanc rem affectio, qua ægrotum corpus infeſtabitur, optima dicetur;quoniam aut natura, aut medici opere optimum adipiſcetur finem. At notatu dignum eſt, molle, vt ait Ariſtoteles, ſecundo de Generatione, & corruptione,eſt, quod in ſe ipſum cedit, nec migrat,ideſt loco non mouetur, & id in noſtro corpore eſt caro. Dixit enim Galenus libro tertio, de Differentiis pulſuum, & libro quarto de Dignoſcendis pulſibus, cap. primo, Id in nobis molle eſſe, vt etiam ait Plato, quod noſtræ carni cedit, id verò durum, cui caro noſtra cedit. Vbi igitur quis per acutos morbos ægroti carnem tangendo, vndique ipſam mollem æqualiter ſenſerit, B & non hinc mollem,inde verò duram ſignificabitur, corporis regentis facultates, morbi materiam obtinere, & eam excernere, vel abſoluere,quod in morbis fidiſſimum eſt, ac ſalutare, contrarium verò inſalubre, indicans materiæ difformitatem, & inobedientiam ad concoctionem,laboremque, & fatigationem,virium materiam morbi, & corpus gubernantium, & hæc tollunt ſpem futuræ ſalutis ægroti cosporis, ſicut æque molle eam concreuit. Pariter quoque,& æquè calidum,per omnes partes corporis ægrotantis, indicat ipſius validas fore vires, & ſanguinem, & ſpiritum vndique ad omnes corporis partes contribuere potentes, & hoc etiam ſalubre ſatis eſt, in acutis morbis, ipſo enim per omnes partes corporis ſic contributo calido, abſoluitur in his materia, & ſpiritus vaporoſus, quibus partes corporis difformes, & inæquales in calore, & frigore reddebantur, & in his ſanè remanet natiuus calor ſincerus, & purus, qui eſt natura noſtra, vt ait Galenus quinto D Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſecundo.

VI.

Qui dolore vexatur, facile conuertatur, ſitque reſurgendo leuis oportet.

CVM dolor virtutem abſoluat, vt ait Galenus ſecundo Prognoſticorum, commento trigeſimo octauo, videtur inter morbos acutos, vel ab acutis ortos numerandus, propterea edocet Hippocrates in hac oratione præſagire de termino ſalutis, vel mortis, iudicio aſſumpto à dolore. At cum plærique dolores abſque continua febre infeſtent,vt ait Galenus ſecundoAphoriſmorum,cõmento decimo nono,non dicetur forte dolor de genere acutorum morborum, & ob hoc dicam Hippocratem per dolorem in verbo ſuo non ſignificare dolorem propriè, qui eſt tangendi actionis noxa, vt ait Galenus in libro de Symptomatum differentiis, cap. tertio, ſed diſpoſitionem, quæ dolorem efficit, vt eſt Galeni ſermo ſecundo Aphoriſmorum, commento ſexto: vbi igitur talem eſſe verborum Hippocratis intellectum putabimus, dicemus ipſum edocere nos præſagire non iudicio à dolore capto, ſed à diſpoſitione dolorem agente quæ facile ex genere morbi acuti eſſe D poteſt, & hanc ſententiam videtur ſentire altera traductio taliter ſcripta,conuerti autem conuenit facile ægrotum, & in attollendo ſe leuem eſſe, nullum quippe de dolore verbum præſcribens. Sanè autem & ſi morbus acutus plurimum non ſit abſque febre continua, vt ait Galenus ſecundo de Criſibus cap. duodecimo, non oppugnat tamen quandoque morbum acutum ſine febre fore, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento decimo nono, ob hanc cauſam dicemus literam primam eiuſque intellectum meliorem eſſe, cum dolor in ſui vigore morbus ſit acutus, & vacet aliquando febre, & quoniam quandoque dolor comitatur aquam inter cutem,qui cum infeſtat ægrum facile interimit,vt ait Hippocrates ſecunda ſectione Prædictionum,commento primo, ideo iudicio aſſumpto à dolore edocet Hippocrates prognoſticari de termino morbi ad bonum, aut malum, & dixit,qui dolore vexatur, ideſt, qui aqua inter cutem ex morbo acuto tenetur, &

dolore vexatur, immo quicunque ex quouis morbo, dolore vexatur, ſi facile con uertatur, id eſt ad diuerſas ſui corporis differentias ſecundum voluntatem mouea tur, ſitque reſurgendo leuis, id eſt abſque grauedine, & motus difficultate reſurgat, ideſt iterum voluntate ſurgat, indicium quippe bonum ex dolore exiſtit. Indi cat enim facultatem animalem motiuam ſecundum deſiderium validam, ac bene ſe habentem fore, vna cum robore muſculorum, quibus ipſa motionis functiones ſecundum voluntatem perficit, vt in libro de Motu muſculorum edocuit Galenus, ſanè per hoc ſignificatur huiuſmodi dolorem ſalubrem fore, qui cum ſit facultatis animalis paſsio, vt ait Galenus libro de Symptomatum differentiis, cap. tertio & facultas animalis bene habet, valideque doloris noxas ſufferre potens. Quo fit, vt virtus præualeat, & doloris cauſam obtineat: at vbi per quoddam indicium ſignifi catur corporis facultatem bene ferre poſſe morbi onus, per id ſanè ſalutis confiden tia, & ſpes augetur. Quod certe accidit, vbi corpus dolore vexatum, facile conuertitur, & leuiter reſurgat. Præter hęc digreditur Galenus ſecunda ſectione libri Prę dictionum, commento ſexto ſupra aliorum membrorum primorum facultates, quibus validis exiſtentibus valide etiam ſufferre poterunt morbos oppugnantes functionibus, & eorum naturis, & quoniam Galenus tum ibi, tum quinto de Lo cis affectis, cap. primo, tum tertio de Facultatibus naturalibus, ea aperta luce enar rauit, ſiſtam ab eorum longioribus enarrationibus, & tu vide. B

VII.

Si corpus omne graue eſt, & item manus, ac pedes, maiori cum periculo eſt.

QVOD proximo ex præcedenti commento edocuit Galenus, nunc ad memoriam oportet reuocare, videlicet, quod tota præſagitionis ſumma in colatione, atque proportione virium morbi ad ægroti uires conſiſtit, ea enim cognita, medicus facile præſagire poterit ægrum hunc conualiturum, alterum verò moriturum, & hanc mentem habuit Hippocrates prima Prædictionum ſectione ſexto, vbi ait, oportet igitur agnoſcere talium naturam affectionum quantum ſupra vires cor poris ſit: Vbi igitur morbi vires, ægroti vires ſuperexceſſerint, nequaquam poterit æger ſuarum virium imbecillitate, ferre onus nequitiæ morbi. Quo fit, vt periculum ſit perditionis ægri, vbi verò ægroti uires obtinuerint, adeo æger morbi onus ferre poterit, vt ipſe à morbo conualiturus ſit. Merito igitur dixit Hippocra tes, ſi omne corpus graue eſt, ideſt onere morbi grauitatum, ipſum ferre nequiens, adeo, vt ſeipſum totum neque conuerti, neque reſurgi valeat, ad ipſius deſiderium, minuſque & crura moueri, ſi ambulare, aut ſurgere contingat, & adhuc cubando ea transferre ex voluntate nō poſsit, pariterque & manus graui onere morbi tene antur, vt hinc, & inde aliquid capere, aut dimittere nequeant, quòd ſi hæc ægro dolore vexato contigerint, procul dubio ipſe in maiori conſtituetur necis pericu lo, quàm ſi ęger ſolo vexaretur dolore, indicant enim ea noxam principi parti, ideſt cerebro ex dolore comunicari, à quo, vt eſt Galeni mens quinto de Locis affectis, & in libro de Diſſectione neruorum, nerui, & muſculi ortum trahunt, qui propter eandem noxam functione motiua ſecundum voluntatem vacant: quanti autem no cumenti, ac periculi ſit, cum cerebrum à re contra naturam offendatur, nulli dubium eſt. D

VIII.

Si verò præter grauitatem vngues quoque ac digiti liuidi ſunt, expectanda mors continuo eſt.

ADIECIT in hoc ſermone Hippocrates indicium, quo quis certius præſagire poterit de futura, & proxima ægrotantis morte præter totius corporis grauitatem, & eorum membrorum, quæ ſunt naturæ organa pro functionibus, virtutis motiuæ ſecundum voluntatem, & dixit, ſi verò præter grauitatem in corpore toto, & particulis eius, qua in illis facultas motiua ſecundum deſiderium offenditur,

tur, adfuerint vngues, ac digiti liuidi expectanda mors eſt, continuo recordari conuenit eorum, quæ dixit Galenus tertio de Potentiis naturalibus, videlicet incolumitatem operationum, in quas primorum corporis membrorum facultates per naturam exire debent, indicare incolumitatem earum facultatum, veluti etiam earum functionum noxam, & vitium, dixit autem Galenus, indicare vitiatam, & nocuam facultatem vt à læſis operationibus ſignificemus ſupra noxam, & læſionem facultatis earum operationum, vti ſupra perfectas virtutis functiones,ſignificemus validam, & bene ſe habere facultatem. Ob quam rem cum Hippocrates iam edocuit præſagire de termino acuti morbi, vel ab acuto orti, iudicio quippe ſumpto à læſis functionib. virtutis ſecundum voluntatem mouentis, cuius cerebrum eſt ſedes,quod vtique pari modo læditur,ſicut eius facultas, nunc ipſe edocet preſagire de termino morbi habita mente ad noxam alterius facultatis, quæ ex corde ortum habet,quam vitalem nominat Galenus quinto de Locis affectis, cap. primo, & in libro de Virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus, quam virtutem ſignificauit Hippocrates dictione iſta. Vngues quoque,ac digiti liuidi ſunt Liuor enim extremorum indicat natiuum calorem extingui, qui à corde prorumpit, vt ait Galenus ſecunda ſectione Prædictionum, commento octauo quippe liuent extrema, quia non amplius eis calor redit, defectu ſangninis non permeantis ad ea. vt eſt Galeni ſententia quinto Aphoriſmorum,commento vigeſimo, & vigeſimo tertio, & ſecundo commentario primi Hippocratis de Morbis popularibus. Ne credas tamen extremorum liuorem indicium infallibile eſſe futuræ mortis proxime, cum,vt ait Galenus in dictis Aphoriſmis,iis liuor fiat à frigore,quod cum intenſum hæret extremis ea liueſcunt, ſicut accidit multis tranſeuntibus loca frigida, aut niuoſa, quibus etſi liuenſcant extrema, non commoriuntur tamen, & licet extremum membrum frigore perdatur, cum hoc non ſit per impotentiam facultatis regentis non potentis ad extrema corporis calorem demandare, ſed ratione ſolius frigidi his extrinſecus hærentis, totum non perditur corpus, & ob hoc dixit Hippocrates, vt ait Galenus ſi cum grauitate liueſcant extrema,continuo, nulla facta cunctatione, ideſt inquiſitione æger moritur,vel continuo,ideſt ſemper moritur æger, vbi grauitati totius ægroti corporis, liuor extremorum vi morbi iungatur, indicatur ex hoc vtramque facultatem demortuam fore, vitalem ſcilicet à corde ortam, & animalem à principe parte ſcilicet cerebro,& ob hoc neceſſarium eſt, ægrum confeſtim moriturum, iuxta illud Galeni commentario ſecundo, primi de Morbis vulgaribus Hippocratis neque amplius poteſt calor ad extrema redire, & eſt argumentum conſtans non potens vltra diem ſextum vires ſuſtinere.

IX.

Si digiti, ac pedes omnino nigreſcunt, minus peſtiferi ſunt, quàm ſi liueant, ſed alia ſigna conſideranda ſunt: ſi enim facile ferre malum appareat, & aliquod aliud ſalubre fuerit ſignum, morbum verti ſpes eſt ad abſceſſum, ita vt æger ſit conualiturus, corporis verò nigredo caſura.

VT exquiſitius doceat Hippocrates Prognoſticari iudicio ſumpto à permutata extremorum qualitate, quæ eſt ob natiui caloris imbecillitatem, non potentis ad ea permeare, & iam annotauerit hoc mente habita ad extremorum liuorem. In hoc ſermone idem agit capto iudicio ab extremorum nigredine adſequendo documenta præſagitionis ab offenſa cordis facultate non potente natiuum calorem à corde prodeuntem ad extrema demandare, & dixit.Si digiti,ac pedes omnino nigreſcunt &c. Puto ego Hippocratem in hac dictione hæc videlicet manuum,ac pedum frigiditatem, & horum liuorem inuicem conferre, cum vitio, & morbi acuti maleficentia in corpore progenita ſunt, agit enim in hoc libro Hippocrates de Morbis acutis, vt ait Galenus ſecunda Præſagiorum ſectione, commento quarto, tale enim vtrumque ſic effectum, videlicet, extremorum liuor, ac frigus, peſtiferum eſt, ſi morbi acuti vitio id accidat, indicat enim horum quodlibet ex ratio-

ne ſua ægrum defecturum eſſe, vndique enim ſignificatur natiui caloris mortificatio cum imbecillitate facultatis regentis ipſum ad extremas corporis partes con ſentire nequeuntis, neque mihi quemquam obiicere velim, Galenum nullo modo extremorum frigus interdum peſtiferum eſſe aſſeuerare, quoniam hoc ſibi veritatem vendicat,cum extremarum partium frigus ab aliena,vel extima cauſa proceſſerit, & non morbi maleficentia, & ob hoc dixit Hippocrates, ſi enim facilè fer re malum appareat,ideſt,ſi æger facile ferat morbi onus, adeo vt primorum membrorum facultates vigentes maneant, & non laxentur,tunc extremorum algor etſi ſit in morbo acuto peſtiferum nemo ipſum cenſere debet, quoniam hoc non erit per vim morbi, ſed ex plenitudine materiæ in extremis decumbente.At vbi cum hoc algore ſocietur indicium aliquod ſperandæ ſalutis, vt quod in functionibus principalium bene habeat, proculdubio tunc ægrum conualiturum iudicabit, & materiam illis in membris accumulatam in abſceſſum verti incipiet,cum confiden tia ægri conualituri, & nigredinis corporis caſus. Si verò abſque vllo indicio æger tali nigrore proſequatur,abſque dubio ægrum moriturum pronunciabimus, certius tamen id fiet, ſi cum extremorum liuore æger in huiuſmodi ſuccedat morbo, indicat enim natiui caloris abſolutionem, & neci proximam, ſi continuo is appareat liuor in extremis corporis partibus.Non ab re igitur dixit Hippocrates minus peſtiferi ſunt, quàm ſi liueant. Dixit enim in libro de Coacis prænotionibus, liuo res fientes in febre, breui mortem affore ſignificant.

X.

Si genitale, teſteſque conuelluntur, dolor, ac mors ſignificatur.

QVONIAM conuulſio facultatis animalis noxa eſt, & inſtrumentorum eius nerui ſcilicet & lacerti, vt ait Galenus in libro de Tremore, & palpitatione, & conuulſione, cap. quinto, & ſecundo de Symptomatum cauſis, cap. ſecundo & ſexto Aphoriſmorum, commento trigeſimo nono. Ideo Hippocrates in hoc ſer mone ſequitur ſummam præſagitionis in morbis acutis, habita mente ad noxam functionum facultatis animalis, ac ſuorum inſtrumentorum, vt ea quippe animali facultate demortua præſagire poſſumus ægroti corporis mortem proximo futuram eſſe, & dixit, ſi genitale, teſteſque conuelluntur: & non lateat te, cum omnes corporis partes, quæ conuulſioni ſubmittuntur, vt ait Galenus tertio de Locis affectis, cap. quinto à muſculis, à cerebro neruos ſuſcipientibus, moueri conſentaneum eſſe, ob quam rem ipſis ſic laborantibus,credemus cerebrum affectum eſſe. Igitur quoniam genitale, & teſtes per ſuos muſculos neruos à cerebro ſuſcipientes ſi motu mouentur conuulſiuo,ratione dignum eſt,cerebrum opinari affectum eſſe, quod cum ſit ſedes facultatis animalis,vt ait Galenus quinto do Locis affectis,cap. primo.nulli dubium eſt, eam offenſam fore, & ob hanc rem, vbi genitale, & teſtes conuelluntur, cerebro noxa acquiretur & hinc facultati animali, & inde toti cor pori, quoniam muſculi corporis affecti, actiones à conſilio, & voluntate pendentes perdunt, vt ait Galenus primo de Locis affectis ad finem. Quo fit,vt ſi in acuto morbo genitale, & teſtes conuellantur, mors ſignificatur,vt ait Hippocrates.Item non lateat te conuulſionem ſignificare dolorem, non vtique quod ipſa dolor ſit, ſed eſt diſpoſitio, cum qua dolemus, ſolet enim Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento ſexto,aliquando dolorem nominare diſpoſitionem,in qua dolemus,in conuulſione enim dolemus, ut ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo:quoniam dolor cum ſit in corpore, & membris, actionis tangendi noxa, vt ait Galenus in libro de Symptomatum differentiis cap. tertio, rationi conſentaneum eſt, in conuulſione dolorem fieri, quoniam dolor, præ noxa actionis tangendi, facit corporis vires contrahi ad ſeſe, ita vt partes ad originem ſuam conuellantur, vt ait Galenus.Merito igitur,dixit Hippocrates,ſi genitale,teſteſque conuelluntur,dolor,ac mors ſignificatur.

De ſomno.

XI.

A De ſomno, quemadmodum ex natura,& in conſuetudine eſt, interdiu vigilandum, noctu dormiendum eſt,ſi contra commutetur, peior eſt, minimè verò offendit, ſi quis dormiat prima luce ad tertiam diei partem, qui vero ab hoc tempore ſomnus eſt deterior eſt.

Si illis fidem præſtabimus, qui ſomnum dicunt eſſe animæ delationen à finib. corporis animalis ad principium. Vigiliam verò eſſe extenſionem animę à principio ad omnes corporis partes, indubitato aſſeremus ſomnum, ac vigiliam functiones eſſe à facultate animali prodeuntes, & ob hanc rem putabimus Hippocratem ſequi in hac oratione iam initiatum ordinem, videlicet edocere nos præſagire de terminis per morbos acutos, habito animo ad operationes à facultate animali prorumpentes, & videtur Galenum hanc habuiſſe mentem, primo de Symptomatum cauſis, cap. octauo, vbi ait: ſomnum fieri,& ex quantitate influentis virtutis animalis ad principium, & eiuſdem ſententiæ videtur Ariſt. in libro, de ſomno, & vigilia, vbi ait. Somnum eſſe ligamentum ſenſiterii,cum autem ſenſiteria ligentur, ideo quia animalis facultas ſuis vacat operibus, dicetur ſomnus de operibus facultatis animalis: vbi verò ſomnum contingere ob humidi vtilis copiam corpus animalis grauitantem. Vigiliam verò, ob ſiccitatem,& caliditatem primæ ſentientis partis,id eſt cerebri, dubio procul aſſeremus ſomnum, atque vigiliam opera eſſe à naturalibus facultatibus prodeuntia, & ſic loqui videtur Gal. commentario ſecundo primi Prorrhetici Hippocratis, vbi ait. Demonſtrauimus autem vigiliam quidem fieri propter tum ſiccitatem, tum caliditatem primæ ſentientis partis,id eſt cerebri: ſomnum verò ex contrariis, cum ſcilicet ex humidi vtilis copia grauetur corpus,& hunc animum habuit Galenus primo de Symptomatum cauſis, cap. octauo vbi ait. In ſomni tempore videtur animalis vis quieſcere, naturalis autem vehementius operari. Et item ait cerebrum vbi quieſcere pluſculum ab actione vult, naturalem ſomnum animali inducit, quod etiam magis facit, cum nutrix in eo virtus largum, quo fruatur, humorem habet, ob hunc igitur Galeni ſermonem fateri conuenit, ſomnum & vigiliam de operibus fore à naturali facultate peractis, cerebro quoque illi ſeruiente, veluti conceptaculum, non vt agens, niſi per facultatem in eo nutritiuã proruptam per hepar ad ipſum. Quæcunque enim in animalis corpore ſomnum admouent, ea quippe fabricata ſunt facultatis naturalis actione. Ideo dixit Galenus toto ſomni tempore animalem virtutem quieſcere, naturalem autem fortius operari,& vbi in ſomno ligentur ſenſiteria, id eſt per opus virtutis naturalis, dixit enim Ariſtoteles in libro de Somno & vigilia: ſomnum animali ſuperuenire capite repleto, id enim maxime contingit à ſumpto nutrimento, & his præſertim, qui pluſculum vini biberunt, hæc autem ſomnum non ducunt, niſi his naturalis facultatis actio occurſauerit. At non moueat te quod dicunt aliqui, ſomnum fieri per delationem animæ ad cerebrum, vt credere valeas, cerebrum quandoque abſque anima perſiſtere, & inde à finibus ſomni tempore, ad cerebrum permeare, abſurdum namque id eſt, cum anima ſedem habeat in cerebro, autore Galeno ſeptimo de Decretis,& quinto de Locis affectis. Intellige igitur tu animam, ideſt, naturalem calorem, & ſpiritum, ſomni tempore à finibus ad intima corporis animalis reuocari, præſertim ad cerebrum, qui cum à plenitudine cerebri occupati ſunt, nequeunt ad fines permeare. Quo fit, vt anima non ſit, quæ ſomnum efficiat, ſed plenitudo, per virtutem naturalem fabricata, ligantem organa facultatis animalis ſenſitiuæ ac per voluntatem motiuæ. Redeam igitur ad id, in quo fui, & dico, cùm Hippocrates iam edocuerit prænoſcere de terminis in morbis acutis, mente habita ad functiones facultatis animalis, ac vitalis, in hac dictione id edocet habitò animo ad opera à naturali facultate prodeuntia, vt ab omnibus aut læſis, aut incolumibus corporis animalis facultatibus ſummã præſagitionis in ſuo opere pertingat, & dixit, De ſomno quemadmodum ex natura, & in conſuetudine eſt, vt exquiſi-

tius Hippocrates indicia præſagiendi à ſomno inquirat, propoſuit ſermonem hunc, quòd quæ in conſuetudine ſunt, eadem ex natura ſunt. Sanè palam eſt, quòd quæcunque alicui ex natura inſunt, ea facta ſunt ei habitus conuenientes pro ſuis naturalibus functionibus explendis. Quapropter quæ ex natura ſunt, bona, atque commoda ſunt, & vtilia: pariter quoque & conſuetudo, cum ſenſim alicui acquiratur temporis prouentu, veluti habitus quidam ei inhæret, habitui naturæ aſsimilatus, quorum quilibet magno cum labore, & difficultate vehementi derelinquetur. Rectè igitur dixit Galenus conſuetudinem ſecundo de Motu muſculorum, naturam eſſe acquiſititiam, & ob hanc rem quilibet, qui conuenientem conſuetudinem, id eſt naturæ ſuæ conformem ſeruabit, à medicis non damnetur, ea enim vtilia & commoda fiunt, in naturæ habitum relata, vt ait Galenus in quinto de Sanitatis tutela, & ſecunda Prædictionum ſectione, cõmento vndecimo. Vbi verò quis non conuenientem conſuetudinem ſibi vendicaret, etiam ex longo temporis prouentu, quoniam ea ad vtilia non refert habitum naturæ, merito non ſeruanda, ſed amouenda erit. Igitur conſuetudo mala non ſeruanda eſt, amouenda quippe eſt, in contrariam aſſuetudinem, non tamen ſubito traducere conuenit, ſed paulatim. Natura enim non fert repente mutationes contrarias, vt ait Galenus tertio Artis medicinalis, ſed prius quàm in praua conſuetudine, vniuerſa mutatio facta ſit, intermutandum quieſcamus, vt natura melius contrario aſſuefiat, & hoc vide à Galeno commentario primo ſexti Hippocratis, de Morbis popularibus: & ſcire debes prauam conſuetudinem ſenem comitantem amouendam non eſſe, quoniam temporis prolixitas amouendi antiquatam ſenis conſuetudinem, impedimento eſt, cum ſenex breuiori perduraturus ſit tempore, quàm conſuetudinis antiquatæ in ſene amotio fieri poſsit. Vtilius igitur eſt, ſenem conſueto opere exercitari etiam ſi modice noxium ſit, quàm id opus permutando ſenem interimere. In iuuenibus autem, ſi etiam permutando eis noceremus, tentandum eſt prauam conſuetudinem permutare, etiam ſi à pueris maximè his inſuerit, tum quoniam eorum vires moderate factam mutationem ſuſtinere poterunt, tum quia ſperari poterit iuuenem in reſiduo vitæ tempore fructum aliquem ex meliore conſuetudine percepturum, minime autem id ſeni accidere poteſt, & proceſſum hunc habes à Galeno quinto de Tuenda ſanitate. Aggrediens igitur Hippocrates in morbis acutis, aut ortis ab acutis indicia à ſomno, & vigilia, ad bonum, vel malum terminum eorum, dixit. Aegrum interdiu vigilare, noctu verò dormire bonum eſt, contra verò malum. Quoniam id quod ſecundum naturam eſt, bonum atque commodum cenſetur, quod verò præter naturam, id malum, atque incommodum eſt, autore Platone in Timæo, vbi ait, quidquid enim contra naturam fit, moleſtum eſt, quicquid autem pro rei natura iucundum, & idem ſenſit Calenus in Libro de Medici officio commento primo, vbi ait, id maxime contrarium eſt, quod à naturali conſtitutione plurimum receſsit, & hoc idem confeſſus eſt Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vndecimo, vbi ait. In habitum referens naturæ quæcumque vtilia ſunt, contraria verò damnans, quia præter naturam exiſtant. At interdiu vigilare, noctu verò dormire, ſecundum naturam eſt, quoniam ſomnus, & vigilia fiunt ſecundum innati caloris motiones, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento primo. In vigilia quippe fit caloris motio ab intimis viſceribus ad extima corporis animalis, & certe id fit interdiu, merito lucis, & luminis ſolis, cuius natura eſt, vigentiores reddere ſpiritus, & naturalem calorem, ipſoſque reuocare ad extima corporis animalis, vt ipſum exquiſitius exire valeat in opera, quæ ei natura interdiu expedienda conceſsit, ſicut igitur in vigilia fit motio ſanguinis, & ſpiritus, atque caloris natiui per naturam à viſceribus ad exteriora animalis, pariter interdiu ex natura lucis, & luminis ſolis trahentis ab intus, & extra, & ob hoc interdiu vigilare bonum eſt, cum vnum alterius naturam comitetur, & vtrumque refert habitum natura ad vtilia. In ſomno vero fit motio caloris ad interiora, hoc enim naturæ ſomni ineſt cum in eo virtus animalis quieſcere debeat, naturalis verò fortius operari, vt ait Galenus primo de Symptomatum cauſis, capite octauo

A octauo & ob hanc cauſam ligata ſunt in ſomno animalis facultatis ſenſiteria, vt ait Ariſtoteles in libro de Somno & vigilia, pari quoque modo noctu fit motio natiui caloris ad interiora, tum vt facultas animalis interdiu fatigata quieſcat, tum vt natiuus calor noctu retractus, & in ſomno pro vitæ cuſtodia, humores crudos concoquere valeat, ſicut & idem faciet interdiu vigilia, autore Galeno duodecimo Methodi medendi cap. tertio, vbi ait. Quippe ſomnus concoquit: vigiliæ digerunt, quorum vtroque eſt opus his, qui ex multitudine crudorum ſuccorum ægrotant. Igitur noctu ægrum dormire, bonum eſt, quoniam ſecundum naturam eſt, & vtrumque refert habitum naturæ ad vtilia. Interdiu verò ægrum dormire, ac noctu vigilare malum eſt, quoniam naturæ contrarium eſt, referens habitum præter naturam ad inutilia, tum ad cuſtodiam humorum crudorum in ægro, tum ad fatigandam virtutem animalem, eo quippe tempore, quo ipſa quieſcere deberet, & hoc ægroto admodum contrarium eſt, cum non tantum digeſtionem interimat, verum & ob labefactam facultatem animalem, æger in mentis commotionem facile labi poſſet. Merito igitur dixit Hippocrates interdiu vigilandum, noctu dormiendum eſt, ſi contra commutetur, peior eſt, cæterum adiecit Hippocrates, ſomnũ interdiu factum aliquando in ægrotante nullam afferre noxam, & dixit. Minimè verò offendit ſi quis dormiat prima luce ad tertiam diei partem. At non te lateat, vt dixit Galenus ſexto, de Tuenda ſanitate, cum minima apud eum nox nouem horas æquinoctiales æquet, abunde his fuerit, ſi id totum tempus in ſomno ſumpſerint, ita vt ſole occidente ad ſomnum ſe conuertant, at vbi forte fortuna ægro aliquid occurſauerit, quo neceſsitas cogat, eum pluri tempore dormire, nihil offenſionis erit, ſi ad vſque decimam quartam horam, aut circa dormierit, id enim tempus à prima luce, id eſt, à primo ſolis ortu, donec illi appropinquetur horæ, eſt diei tertia pars, Igitur vbi æger præterierit noctem inſomnem, vt cõferamus facultati animali, quæ ex ſomno noctu quieſcere debebat, & virtuti naturali, quæ ex ſomno fortius in concoquendo operari valebat, iubebimus diurnum ſomnum à primo ſolis ortu, donec prope decimam quartam pertingemus horam, etiam ſi corpus ęgrum multis laboret cruditatibus, quę exquiſitiore egent concoctione, quam diuturnus perficit ſomnus, pręcipiemus hora eadem diuturnum ſomnum atque diurnum. Vbi etiam ægri cibos poſtridie eructant, & pręcordia eleuantur, his quippe cibis non percoctis, ſomnum diuturniorem, & eadem hora tanquam non obnoxium concedemus. Et hanc mentem habuerunt Hippocrates & Galenus in libro de Salubri dieta ad finem. Vbi autem ab hoc præfixo tempore diurno ſomnus fiat, inquit Hippocrates, deterior eſt diurnus ſomnus, tum quia ea hora facultas animalis ab operibus ei datis per naturam, quieſcet, & hoc non eſt naturæ conſentaneum, minuſuè illi conſuetum, tum cum ſit hora iam ingurgitati cibi facultas naturalis fortius in cibum operabitur. Quo fit, vt multi pertingant vapores ad cerebrum, nedum id implentes, grauitanteſque, & morbos cerebri ducentes, verum & in functionibus diurnis virtutem animalem opprimentes, & quoniam hoc animalis naturæ nõ conuenit, ideo diurnus ſomnus ea hora factus, quia præter naturam eſt, deterior eſt, & idem voluit Hippocrates de Coacis prænotionibus, vbi ait. Minime æger lædi poterit, ſi dormiat mane ad tertiam diei partem, verum poſtea ſomni mali ſunt. Sanè annotatione dignum eſt, apud Hippocratẽ idem fore iudicium de eo, quod conſuetum eſt, & eo, quod ſecundum naturam eſt, quod enim ſecundum naturam eſt, id bonum, commodumque eſt, vt ait Plato in Timæo, & pro confeſſo habebatur ab omnibus philoſophis, & à Galeno in libro de Medici officio, commento primo. Quod verò præter naturam incommodum, & malum cenſebatur, pariter quoque Hippocratis tempore vno omnium conſenſu fatebatur, quod conſuetum eſt ſemper bonum, & commodum eſſe, quod verò inconſuetum eſt, malum eſt, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, comm. vndecimo, Priſci enim Hippocratis tempore, in vendicando ſibi in reb. cõſuetudinem, eas eligebant, in quarum vſu nihil incommodi, nihilque naturæ ſuæ contumacis contingebat, ſiue fuerit aër, aut cibus, & potus, aut plenitudo, & euacuatio, aut motio, & quies, aut animi affectus, aut ſomnus, & vigilantia, in his enim ita conſuetudinem capiebant, vt ſi etiam pluſculum modum excederent, eo-

B

C

D

rum natura in vſu talium non turbabatur, & hoc ideo, quoniam in bonis rebus aſſuetudinem acquirebant, quo fit, vt id quod aſſuetum eſt, bonum eſſe dicant, A & naturæ commodum, quod verò inſuetum, incommodum naturæ exiſtat, & quippe temporibus noſtris non acceptabimus hoc Hippocratis documentum, cum dixit, de ſomno, quemadmodum ex natura, & in conſuetudine eſt. Igitur cum uiri noſtri magnifici, atque mulieres illuſtres eligant ſibi victum præter naturæ modum in prædictis rebus, in his praua efficietur conſuetudo non referens habitum naturæ. Quæ cum non comitetur ætatem ſenilem proculdubio permutanda eſt, vt ait Galenus commentario primo, ſexti de Morbis popularibus Hippocratis. At vbi hanc medicus permutare voluerit, id opus nō aggrediatur tempore, quo ſic aſſueta corpora ægra degunt, ſed cum planè valent. Gaudent enim naturæ conſuetis ſemper. Igitur ſi aſſueta corpora ad aliquam victus rationem ab ea permutarentur aſſuetudine tempore, quo ægrotant, vel de ſeipſis conqueruntur, ea plurimum triſtarentur, tum morbi cauſa, tum à conſuetudinis permutationis, & hanc mentem habuit Galenus octauo Methodi curatiuæ, cap. nono. B

XII.

Peſsimum verò eſt, ſi neque interdiu, neque noctu dormiat, dolor enim, ac labor, vel deſipientia ab eo indicio ſignificatur.

Ex affectibus prauis, qui in ægroto corpore vigiliam conducunt, edocet nos Hippocrates præſagire de termino acutorum iudicio ſumpto à vigilia comitante ægrum interdiu, noctuque, & dixit peſsimum verò eſt, ſi neque interdiu, neque noctu æger dormiat, indicat enim vel dolorem omnes corporis facultates perturbantem, præſertim animalem, non permittentem eam quieſcere, diu, noctuque, eſt enim ſomnus quies virtutis animalis, vt ait Galenus primo de Symptomatum cauſis cap. octauo. Vel laborem indicat, id eſt inquietationem, & corporis, & virtutum regentium ipſum. Sanè in vigilia continuo ſpiritus commouentur, vt neque ant corporis facultates quieſcere, immo terrentur, & inquietantur, materiam morbi corrigere non valentes, quo fit, vt æger vexatus, tum materia morbi, tum labore, aut inquietudine facile perdi poſsit, vel deſipientia, ab eodem indicio, quod eſt ægrum neque interdiu, neque noctu dormire ſignificatur, tum quoniam ex continua motione ſpirituum animalium, & nulla his quiete acquiſita, adeo imbecilles fiunt, turbanturque, vt rectè virtuti animali ſeruire nequeant. Quo fit, vt defectu inſtrumentorum eius æger mente commoueatur, tum quoniam non interdiu, neque noctu, æger dormiens ob vigilantiam modum excedentem eius principi parti ideſt cerebro acquiritur ſicca intemperies, qua vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento duodecimo ægrotantis mens commouetur, vt etiam dixit Galenus libro tertio de Symptomatum cauſis, cap. ſeptimo. Sanè intemperies admodum ſicca in parte cerebri, in qua virtus animalis ſenſitiua ſuas perficit functiones, obſtat eidem facultati, quæ in eadem parte per humidum operari habet, & ob hanc rem cum ſpiritus animalis ſuo vacet fomento, non poterit virtuti animali rectè ſeruire, quo fit, vt æger facile in mentis commotionem, aut deſipientiam incidat, cuius nulla ſpecies ſecura eſt, vt ait Galenus Aphoriſmorum ſexto, cō- D mento quinquageſimo tertio, & hanc ſententiam voluit Hippocrates in libro de Coacis Prænotionibus, vbi ait, peſsimum autem eſt non dormire, neque die, neque nocte, aut præ dolore, & afflictione vigilarit, aut ab hoc ſigno delirabit.

XIII.

Deiectio optima eſt, ſi mollis, conſtanſque eſt, & eo tempore ſecreta, quo ſecunda valetudine aſſueuit, ſi copia ex ratione ingeſti cibi eſt; ſi enim talis excernitur, inferior venter bene habet.

Ordinem

A ORDINEM iam inceptum exequitur Hippocrates in hoc ſermone edocere videlicet prædicere per morbos acutos terminum, ad bonum, aut malum, habito animo ad ea, quæ facultatis naturalis ſunt opera, quæ ventris inferioris deiectiones nominauit Hippocrates. Sanè hæ naturalis facultatis ſunt functiones, quæ facultas in iecore ſedens, vt ait Galenus quinto de Locis affectis, capite primo deiectiones ipſas progignit per demandatos ſpiritus naturales ab hepate, vti per conuenientia vehicula ad cetera membrorum corporis animalis genera, in quibus naturales perficiuntur operationes quemadmodum ſunt deiectiones, vt Galenus fatetur Aphoriſmorum ſeptimo, commento vigeſimo primo. & ſecundo de Potentiis naturalibus. & ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſexto. Et dixit, deiectio optima eſt, ſi mollis, conſtanſque eſt, at non lateat te, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſexageſimo quinto. Quòd deiectionum nomine ſolet Hippocrates intelligere per aluum exeuntia, ob quod accipiendum eſt Hippocratem nunc docere prognoſticari abhis, quæ per B aluum euacuantur: quæ vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſexto, duorum ſunt generum. Quædam enim ſinceræ deiectiones dicuntur, quę aquoſę humiditati impermixtę ſunt, adeo quòd ſolus humor euacuatur cuiuſuis ſpeciei fuerit humor, & ſic ſcripſit Galenus ſeptimo Aphoriſ. comm. vigeſimo tertio, non ſinceræ autem ſunt, & deiectiones, quæ cum aquoſitate permixtæ excernuntur, & de his loquitur Galenus commentario ſecundo, primi Prorrhetici Hip. comm. trigeſimo octauo, vbi ait. Verum quoque & deiectiones ſinceræ, & implacidæ, ideſt, non quietæ, malæ ſunt. Sanè ab his tam ſinceris, quàm non ſinceris deiectionibus edocet nos præſagire de termino acutorum ad ſalutem, vel mortem corporis ægroti. At quoniam deiectiones quædam optimæ cenſentur, quædam verò deterrimæ. Optimarum indicia attulit Hipp. tum ab earum conſiſtentia, tum à qualitate, tum etiam à tempore, quo excernuntur: earum verò, quæ deterrimæ ſunt eaſdem propoſuit notas, vt ait Gal. his tamen adiecit Hipp. indicia à calore, ab odore ue, & ſonitu his iuncto, dum excernuntur, & huius ſermonis initium habes, cum C poſt dixit Hipp. ſi aquoſa admodum, aut candida, & dixit, optima deiectio, & futuri boni prænuntiatiua, mollis eſt, quoniam indicat materiam plurimum virtuti naturali expultrici obedire, ob quod nullus labor, nulla fatigatio facultati inhæret naturali ad morbi cauſam excernendam: eſt enim molle, quod in ſe ipſum facile cedit, vt dixit Ariſt. quarto Meteororum, & dixit Gal. tertio de Differentiis pulſuũ, cum obiectis tactum applicamus, quæ illum offendimus recipere, & quaſi ſubeunti cedere, mollia appellamus, propterea quæ mollia ſunt facili obediunt propulſioni, ſed non lateat te vt ait Galenus quod molle eſt aliquod validum, quod adeo in partib. ſuis cedit, vt hæ nulla detinentur firmitate, ſed continuo ex natura fluunt fluxu, vt oleum, lac & aqua. Sanè tales deiectiones non dicemus bonas, indicant enim morbi materiæ cruditatem, & omnis concoctionis priuationem, qua redditur facultas naturalis impotens ad eam excernendam, vt poſt dicemus, alterum verò eſt molle tenax, quod & ſi vt ait Gal. in libro primo Elementorum ad humidorum naturam tendat, quo fit, vt in partib. ſuis cedat, non tamen circum corpus diffunditur D & circumfluit, vti aqua fluendo labitur, ſed quandam in ſe firmitatem habet, qua ſignificatur corporis naturalem facultatẽ materiam morbi obtinere, & ob hanc cauſam adiecit Hipp. conſtanſque eſt, à conſto enim ſecundum primam ſignificationem fit conſtans, qui firmus eſt, & tenax, non quippe firmitate prodeunte à terreo elemento, veluti ſunt lapides, ſed humidorum naturam in ſe reſeruante, & ideo dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, comm. decimo tertio Deiectionem optimam eſſe, vbi non omnino dura ſit, vt lapides, neque extreme humida, vt diffluere queat, ſed in tantum mollis quoad conſtans permaneat, vt ad quoddam temperantiæ mediũ tendat, indicans cõcoctionis optimitatem, & virtutem cauſæ morbi præualere. Cæterum adiecit tempus euacuationis, vt quis coniectari poſsit deiectionem tunc optimam eſſe, & dixit, & eo tempore ſecreta, quo ſecunda valetudine aſſueuit, ideſt, ſi mollis, & conſtans deiectio fuerit, & tempus quo euacuatur fuerit ægro aſſuetum, deiectio tunc optima erit, quoniam aſſuetudo ſimilis eſt naturæ, & quæ ſunt ſecundum naturam optima ſunt, quæ verò præter naturam deter

rima, vt ait Plato in Timeo. At ſcire debes deiectionem quandoque mollem, & conſtantem fore, & tempore ægro aſſueto euacuatam, & contingit eam non eſſe bonam, quoniam eius copia proportione non reſpondet ingurgitati cibi, ſed quiſpiam dubitabit, & non immerito, cur deiectio celerius facta conſueto, non bona cenſeatur. Huic dixit Galenus tertio de Symptomatum cauſis, cap. ſecundo quoniam in imo ventre alterum trium nocumentorum indicat, vel ipſius ventris grauitationem veluti contingit à liberalius aſſumptis, vel in eo morſum, & punctionem, veluti à mordacibus accidit, in eo deiectionem accelerantibus, aut tanquam alienum factum à moliente, humidi namque cibi, & glutinoſi, ſiue ſui grauitate & corporis concuſsione, ſiue ob inteſtinorum opera propellantur, facilius permeant, & excernuntur, & horum quodlibet in imo ventre noxam inducit. Quo fit, vt deiectiones celerius conſueto excretæ, male habeantur, & iterum quis ambiget, cur alui deiectio ſerius facta conſueto, non bona dicatur, huic dico hoc ab altera trium cauſarum contingere poſſe, vel ob imbecillitatem inteſtinorum deiectiones non niſi tarde propellere valentium, vel ob obeſum eorum ſenſum, quo non ſatis ſentiunt, & contriſtantur, vt ad deiectiones celerius excernendas, promoueantur, vel ob ciborum paucitatem abſque qualitate ad expulſionem excitante, & harum cauſarum qualibet incidit in noxam venter inferior, vt deiectio ſerius facta conſueto, mala dicatur & hoc habes à Galeno tertio de Symptomatum cauſis cap. ſecundo. At tertio quis quæret. Cur deiectio minor, vel maior quàm pro multitudine ingeſti cibi, mala habeatur. Huic dico, ſicut eſt Galeni ſententia eodem in libro, ſi deiectio fiat minor, quàm pro ratione multitudinis comeſtorum, indicat ex his comeſtis in diuerſas corporis partes, & loca diuerſa plus eſſe ductum, ſeparatumque: quo fit, vt vnus venter minus deiiciat, quàm ſit pro ratione multitudinis ingeſti cibi, & non eſt bonum, quoniam quod in ſeparatis corporis partibus, & in ſpiris inteſtinorum detinetur aptum eſt illis, & toti aluo noxam inferre. Pariter quoque ſi plus deiiciatur, quàm ſit pro ſumptorum ratione, malum eſt, indicat enim deiectionis defectum, & ſuperne confluentium copiam ad ea, quæ circa ventrem ſunt loca. Quo fit, vt quilibet coniectari queat, deiectiones fore malas, ſi proportione non reſpondeant multitudini aſſumptorum, & hanc mentem habuit Galenus primo de Criſibus, cap. vndecimo. Cæterum mentem ſuam concludit Hippocrates & dixit, ſi enim talis, qualem diximus deiectionem excernatur, dubio procul optima dicetur, cum indicet ventrem inferiorem bene valere. At non oportet te nominare in hac Hippocratis dictione ventrem inferiorem, veluti nominauit Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento trigeſimo quinto, ventrem imum, vbi ait. Imum autem ventrem proprie nominat Hippocrates partem ventris imam, quæ vmbilicum, ac pudenda interiacet, ſed ventrem inferiorem Hippocrates appellat, ipſum conferens thoraci, qui ipſum, & pudenda interiacet, vt ſcilicet intelligamus ventriculum ipſum, & item ieiunum ſimul, cum omni inteſtino, & ſic voluit Galenus ſecunda Prędictionum ſectione, commento decimo tertio, & ad hunc conferendo dixit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo octauo, ventrem ſuperiorem Hippocratem nominaſſe, qui à thorace pręfinitur, quem pulmo obtinet; igitur deiectiones optimæ erunt, ſi illis comitabuntur mollities conſtans, & eo tempore ſecrete, quo ſecunda valetudine aſſueuerant, copiaque ingeſti cibi ex ratione adfuerit, ventrem enim indicant benè valere, quoniam per hunc modum erunt deiectiones ſimillimæ naturali deiectioni. Quod autem naturæ ſimillimum eſt, commodum, & optimum eſt, vt omnes vno aſſenſu confitentur, ſanè talem voluit Hippocrates rationem, cum rationes ſuas epilogiſtice cō probatas relinquat, vt ait Galenus prima Prædictionum ſectione, commēto nono. Oppugnet igitur Galenus Hippocrati, & eum aculeo pungat venenoſo, vt in ſecunda Prædictionum ſectione egit, quoad libuerit. Quoniam dico ego, deiectiones tales indicare ventrem bene valere, quia deiectioni naturali ſimillimæ ſunt, & vbi ad ventrem à liene melancholia confluat ad modum, quem dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo, vel ad eundem à iecinore bilis demandetur, & ab humore cum deiectionibus permixto, & in his decumbente colorem per naturam variet, & conſiſtentiam, atque deiectionum odorem, & illius multitudinem

A tudinem permutabit, certè neque venter inferior bene valebit,quoniam confluentes à liene, videlicet iecore ad ventrem inferiorem, humores, vel maioris ſunt copiæ pluſquam conſentaneum ſit pro naturis, & qualitatibus deiectionum, venter tunc inferior male habebit. Vbi enim melancholia à liene ad os ventriculi permeet, vt ad eius fundum concidat, & inde cum aliis excernatur humoribus, vt dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo noxam patietur venter inferior ob moram, quam in eo contrahent deiectiones, ratione multitudinis commixtæ melancholiæ,quæ tardi motus eſt,& alias tardat deiectiones,vbi verò permeauerit à iecore maior quantitas bilis ad ventrem inferiorem, quàm ſit cõueniens accelerabuntur deiectiones,plus quàm naturæ conueniat, quoniam bilis facile mobilis eſt, & inde patietur venter, & totum corpus,vt enarrat Hippocrates ſecunda Prædictionum ſectione, decimo quarto. At vbi ab vtriſque viſceribus ad ventrem, minor humoris copia deferatur, quàm eius egeant opera, & hinc, & inde lædetur inferior venter, quoniam ſerius oportuno excernentur deiectiones.

B Si verò bilis à iecore permeauerit modo medio multitudinis, ac paucitatis, ſanè non permutabitur deiectionum mollities,& conſtantia, non color,neque odor deiectionis, naturæ conueniens,bilis enim deiectionibus naturalem contribuit colorem, vt poſtea dicemus,& inferioris ventris natura tempore conuenienti expulſioni deiectionum, eas excernet.Proportione quoque eæ reſpondebunt in multitudine quantitati aſſumptorum, propterea à nullo venit Hippocrates accuſandus,ſi dixerit deiectionem optimam fore, dum eam comitetur mollities, & conſtantia, & eo quidem tempore ſecretam, quo ſecunda valetudine aſſueuit, copiaque eius ex ratione ſit aſſumptorum, ſimillima enim tunc eſt naturali deiectioni ventrem inferiorem bene valere indicanti.Vbi vero nihil horum adfuerit,vel alterum abfuerit, vertentur deiectiones in præter naturam ventrem inferiorem male habere indicantes.

D

XIIII.

Deiectio madens ex vſu eſt, ſi nec ſtridet,neque crebro,& paulatim excernitur,frequens enim deſidendi labor inſomnium facit. At ſi vniuerſim, & ſæpe deiiciatur, periculum defectionis animæ imminet.

A DEIECTIONE madente in morbis acutis, vel ab his prognatis docet in hac dictione Hippocrates præſagire de eorum termino bono, aut malo, & dixit. Deiectio madens ex vſu ideſt, bona, & boni prænuntiatiua. Vſus enim quid bonum eſt, contrarium verò malum, vt abuſus, dixit enim Cicero primo de Oratore. Adiungatur vſus frequens, qui omnium magiſtrorum pręcepta ſuperat,deiectio autem mandens, ſi ex vſu, ideſt bona ſit, hæc conducit, videlicet, vt non ſtrideat, neque crebro, & paulatim excernatur. Vbi enim deiectio cum ſtridore, & ſonitu excerneretur, mala vtique erit: quoniam vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo quarto indicat, vel opificiorum anguſtiam,vel ſpiritus flatuoſi multitudinem, quorum vtrumque ventrem vitiat infernum, vbi

D verò crebro, & paulatim ſecedat, iterum mala habetur, quoniam inſomnium ducit ob frequentem deſidendi laborem, cum enim ex inſomnio ſpiritus continuo laborent, & fatigentur, virtus,cui deſeruiunt pariter imbecillis redditur, & maxime vbi vniuerſum, & ſæpe deiiciatur,ob hoc enim facile æger in animi deliquium concidere poſſet, tum imbecillitate virtutis, tum ſpirituum abſolutione. At notatu dignum eſt madentem ideo dici deiectionem, quoniam ei commiſcetur, ſuperaſpergiturque humor, eam madidam reddens, & proprie hæc liquida nominatur deiectio, quoniam liquore, & humido ſuperaſperſa. Dicitur enim mador humiditas,iuxta illud Salluſtii tertio hiſtoriarum. Ne ex latere noua munimenta,madore infirmarentur,& hæc madens deiectio in ægrotante, vna duarum cauſarum progigni poteſt,vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo quarto, vel quoniam à ventriculo non permeat ingurgitatus cibus ad iecur,

Quo ſit, vt eo grauato ventriculo præ onere facultas eius retentrix adeo imbecil- A
litetur, vt irruat cibus iam roridus factus in ventriculo, & liquidus, ad imum ventrem, & deiectiones madentes reddantur, quæ non ſparſas ad iecur, madidæ, & liquidæ excernantur, velut in lienteria ſeu inteſtinorum leuitate contingit, quæ ex facultatis retentricis debilitatæ progignitur, vt ait Galenus commentario tertio libri tertii Hippocratis de Morbis popularibus. & ſexto de Locis affectis, cap. ſecundo, & tertio, at ab his deiectionibus madidis mala ſumimus indicia, quoniam deiiciuntur per rationem accidentis, & non per conueniens naturæ opus. Quo ſit vt cum ſtridore excernantur, & crebro, atque paulatim, ob quæ deiectio hæc inſomnium conducet, & animi deliquium, quibus admodum labefactabitur æger. Eſt enim cōmunis caſus animi deliquium omnis immodicæ euacuationis, vt ait Galenus quinto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo ſexto, ad quam ſequitur ſpiritus vitalis excretio, propter quam fit animi deliquium, autore Galeno ſepti- B
mo Aphoriſmorum, commento octauo, vbi ait. Commune autem omnium ruptionum dum immodice vacuantur, exolutio, & animi defectus, propter ſpiritus vitalis excretionem. Vel madens deiectio ab altera redditur cauſa, quoniam à iecore, aut liene aliquid defluit, in ventrem, quod ſuo madore conducit madidas deiectiones, & fieri poteſt, vt ait Galenus quod id bonum ſit indicium, & futuræ ſalutis præuiſiuum, facile enim indicabit iecur expurgari, aut lien, aut per eadem viſcera totum corpus à nocua materia qualitate, ac quantitate, & tu dignoſces huius indicii veritatem, ſi deiectiones has madentes, abſque ſtridore, ideſt ſonitu, & multo intercepto tempore, & modicæ quantitatis, ac qualitatis excretas eſſe perceperis, coniectaberis enim has fore per naturæ opus: & non per rationem ſymptomatis. Vbi verò in ventrem à iecore quidquam permeauerit, aut per ipſum à toto corpore, quo deiectiones madidæ fiant, à quibus bonæ affectionis indicia non apparuerint deiectiones illæ madentes deterrimę erunt, quoniam non ex naturæ operibus, ſed per accidentis rationem prodeuntęs erunt, hæ autem deiectiones interdiſtinguntur, quoniam cum ſtridore, & crebro, & paulatim euacuantur, purganturque, C
dum quiſque eorum recordetur quæ dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo quarto, vbi ait. Porrò vacuationem appello proprię materiæ vbi quantitate exuperet, purgationem verò alienæ per qualitatem, quam ſententiam etiam voluit Galenus primo Aphoriſmorum, commento ſecundo, & tertio, & quarto Aphoriſmorum, commento ſecundo.

XV.

Sed pro copia ingeſti cibi deiiciat bis, aut ter die, noctu ſemel oportet. Plurimum verò ſubeat prima luce, quemadmodum homini fuerat conſuetum.

CVM primæ concoctionis ſuperfluitas ſit deiectio vt ait Galenus in libro de Potentiis naturalibus, rationi conſentaneum fuit deiectionem, tum ſui quantita- D
te continua, tum numero fore indicium pręſagii futuri termini morbi ad bonum, aut malum, ob quam rem cum proximo edocuerit nos Hippocrates præſagire habita mente ad quantitatem deiectionis continuam, in hoc ſermone idem edocet, habito animo ad eius quantitatem diſcretam, ſeu numerum cum per vtrumque modum, indicemus vigorem, vel defectum naturalis facultatis cuius deiectiones ſunt effectus, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo, & ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſexto. Ideo non ab re dixit Hippocrates, ſed pro copia ingeſti cibi deiiciat bis, aut ter die, noctu ſemel oportet. Et non lateat te, quod deiectio, quæ copiæ ingeſti cibi non reſpondet, deterrima eſt, velut ſi minor, & pauca, & ſemel tantum die, noctuque deiiciatur, dixit enim Galenus primo Prorrhetici Hippocratis, commento quadrageſimo ſeptimo, quod in ægris corporibus pauca excerni, quàm ſit pro ingurgitati cibi copia, vnum quoddam ex ſignis eſt quæ ex toto prauitatem habent, quoniam vel materiam virtuti expultrici inobedientem indicat, vel facultatis naturalis imbecillitatem, vna vi

A ce tantum excernere nequeuntis quantum expedit pro copia ingeſti cibi, neque talis deiectio decretoria eſſe poterit, quoniam vt ait Galenus: Nihil eorum, quæ decretoria exiſtunt exigue ſecerni conuenit: igitur cum deiectio optima ſit pro copia ingeſti cibi, ſeruans in ſe rationem decretoriæ motionis, & natura totam materiam vna vice ſecernere nequiens, etſi etiam decretorie operetur, ſupplet multitudini per vices plures, merito igitur dixit deiiciat bis, aut ter die, quoniam exigua deiectio, tam quantitate continua, quàm numero, non bona, neque decretoria eſt. Incipietque æger deiectiones illas ſecernere prima diei luce, tum quoniam ea ſecernere hora, homini plurimum aſſuetum eſt. Quod verò maximè aſſuetum, id optimum eſt, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo quinto, tum quia natura noctu perficit concoctionem motu quodam decretorio prima luce, id eſt mane mouetur ad propulſionem rei nocentis vno die bis, vel ter, noctu verò ante primam lucem ſemel tantum, cum rectius finita ingeſti cibi noctu concoctione tentat natura ſe ipſam exonerare, ideo ſemel tunc deiicit,
B & die aduentante bis, vel ter, ſi enim paucioribus deiiciendi actibus natura excerneret, neque optima neque decretoria talis foret deiectio, ſed per accidentis rationem, & ſecundum hanc ſermonis Hippocratis enarrationem, in nullo damnabitur Hippocrates veluti eum ſtylo quodam punctorio punxit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo quinto.

X V I.

Corpulenta reddatur deiectio, morbo eunte in iudicationem oportet.

Cvm circa morbi initia proximo oſtenderit Hippocrates optimè deiectionis indicia, in hoc ſermone edocet morbo permeante ab initio ad morbi tempora ſubſequentia maxime ad tempus iudicationis, id eſt ſtatus, in quo morbi acciden-
C tia vltimãtur, vt ait Galenus primo de Criſibus, cap. decimo & dixit. Corpulenta reddatur deiectio ideſt, vbi initio morbi fuerit deiectio aquoſa, ac tenuis, & temporibus cæteris morbi decurrentibus incraſſetur, corpulentaque reddatur, & conſtans efficiatur præſertim in hora ſtatus, quæ eſt tempus luctaminis, & iudicationis, deiectio tunc optima erit, & futuri boni præuiſiua, quoniam ab initio morbi donec ſtatus peruenerit indicat naturalem facultatem vigentiorem effici, & opus concoctionis exacte perfici, quo fit, vt aduentante tempore ſtatus, natura reddita potentior cauſam morbi, vel reſoluat vel excernat, & æger ſanitatem adipiſcatur, & vide hoc ab Hippocrate de Coacis prænotionibus vbi ait ſpiſſum autem fiat ad iudicationem.

X V I I.

Subrufa verò, nec admodum graue olens eſto.

Nvnc docet Hippocrates animo habito ad deiectionis colorem, ac odorem, de eiuſdem bonitate præſagire, & dixit. Subrufa verò deiectio, nec admodum graue olens, optima eſt, quodam iis talis eſt ſecundum naturam, & quod per naturam eſt, commodum, optimumque, eſt enim naturæ officium, & totius hominis
D corporis vtilitas, vt deiectiones aliquo efficiantur, quo inteſtinorum facultas expultrix irritetur, ad eas facile propulſandas, quoniam earum immoderata detentio contumax, & naturæ, & eius functionibus exiſtit, autore Galeno ſecundo de Symptomatum cauſis, capite ſecundo, vbi ait. In deiectionibus quoque accidit, retentio enim earum naturalis actionis eſt culpa. Quod autem ad inteſtina profluens deiectiones excitat, eſt bilis à poroſeleo demiſſa ad ea, ſuo quippe acumine pungit, & irritat, vt ait Galenus tertio de Symptomatum cauſis, cap. ſecundo: igitur deiectiones citrinitate quadam per naturam, tingi neceſſarium eſt, ſi facile excerni queant. Non ab re igitur dixit Hippocrates, optimam deiectionem ſubruſam fore, at notatu dignum eſt, colorem rufum eſſe colorem aliquantulum rubrũ, ait enim Plinius duodecimo Naturalis hiſtoriæ. cap. duodecimo, ſincerum quidem leuitate deprehendit, & colore ruſo, quo fit, vt rufus color bilis atteſtetur

colori, iuxta illud Galeni quarto Aphoriſmorum commento ſecundo, vbi ait,co- A
lorem rufum in toto corpore, veluti in regio morbo indicare cholerę peccatum. Subrufus verò color eſt,qui aliquantulum rufus eſt, recedens quippe à rubro per remiſsiorem citrinitatis colorem, & nos de deiectionibus affirmamus, quod de vrinis Galenus aſſeruit, ſecunda Prædictionum ſectione,commento trigeſimo,vbi ait. Hæc flaua bilis, vbi modum excedat aut admodum ſincera permiſceatur,vrina rufa apparet. Vbi verò vrina modice crocea fuerit,eam naturalem dicemus,quam proprio nomine ſubrufam appellauit Hippocrates,& idem dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo ſeptimo,vbi ait. Cæterum naturalem deiectionem ſubrufam eſſe ſuſcipientem de iecore bilem decumbentem in ventrem,modicam quidem qualitate,paucam verò quantitate clarum eſt, & omnibus medicis perſpicuum. Igitur ſubrufa deiectio, cum naturalis ſit, optima erit ſolum habita mente ad colorem, quoniam aliud contingit,ſi cum ſubrufa deiectione iun- B
geretur ſubſtantia tenuis, & aquoſa, praua enim deiectio eſt talis, indicans crudam eſſe ægrotationem vt poſtea dicemus. Cæterum adiecit, nec graue olens quoniam graue olens deiectio in humoribus putredinem indicat. Putredo autem eſt, vt ait Ariſtoteles, quarto Meteororum, vt approbat etiam Galenus ſecundo de Differentiis febrium cap. nono, Corruptio innatæ caliditatis, ab aliena caliditate, vocat autem alienam externam non inſitam, atque natiuam, natura vt ait Galenus hæc concoquere apta eſt, externa autem corrumpere, quod eſt putreſcere. Igitur ſi graue olens deiectio in humoribus putredinem indicat, hæc eadem natiui caloris corruptionem indicabit, quo fit,vt tali ſecreta deiectione terminum morbi malum pronuntiemus,item quoniam putredo humorum igneum accendit calorem admodum naturæ ægrotantis contumacem, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum commento quadrageſimo tertio, dubio procul deiectio, male olens ex creta, deterrimum conducet iudicium, Adhuc mala deiectionis olentia malignam humorum putredinem indicat, quæ morbos efficit periculoſos, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento quadrageſimo tertio, & hanc mentem habuit C
Galenus commentario tertio, tertii de Morbis vulgaribus Hippocratis vbi ait. Nam ſemper exitioſa ſunt, quæ fœtent excrementa, & tertio Aphoriſmorum commento vigeſimo ſexto, vbi ait. Quorum malam concoctionem fœtor indicat excrementorum. Ob hæc igitur per contrariam iudicationem, ſi deiectio non male olens fuerit, optima habetur, tum quoniam humorum oſtendit temperantiam, tum concoctionem, atque malignæ putredinis abolitionem.

XVIII.

Ac lumbricos quoque teretes, eunte in iudicationem morbo, deſcendere,idoneum eſt.

IVDICIO ſumpto à deiectionibus,quibus lumbrici commiſcentur, prognoſticatur Hippocrates in morbis acutis, vel ab his ortis, & dixit, Ac lumbricos quoque teretes eunte morbo in iudicationem deſcendere optimum eſt,& ſcire debes, D
quòd lumbrici tum à terrenis,tum in animantibus geniti,&à lubricitate dicti non ex ſemine, ſed ex putredine generationem habent, vt ait Galenus tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto, Neque ſola putredo ſufficiens eſt ad talium generationem, ſed plurimo fit calore occurſante, & ob hanc cauſam in tenellis puerulis eorum non admittitur generatio. Quamuis enim in eis adſit caliditas, ipſa tamen pro generatione lumbricorum in eis materiam non obtinet, in adultioribus verò & caliditas plurima reperitur, & materia pro generatione vermium, cum in his,& in uentriculo,& in imò ventre ad ciborum corruptionem putredini paretur materia ad talium animalium generationem, & iterum ſcire debes, quòd lumbricorum, qui animantium inteſtina excruciant, aliqui nominantur Aſcharides, & ſunt, vt ait Galenus, lumbrici quidam tenues, qui in maxime inferiore craſsioris inteſtini progignuntur, & abundans eorum generatio in iumentis male cibum concoquentibus inuenitur, & eorum malam concoctionem ex eorum excrementorum fœtore facile dignoſcere poteris. Alii verò ſunt, qui lumbrici te-

A retes, id eſt rotundi dicuntur, teres enim dicitur quidquid terendo rotundum, oblongumque fit, & ii in ſuperioribus inteſtinis maxime locum ſuæ generationis obtinent, adeo quòd ad ipſum quandoque aſcendunt ventriculum, & hos pueri plurimum progignunt, magiſque quàm aſcarides. Alii verò ſunt, qui lati lumbrici appellantur, & longiſsimi ſunt, & quandoque per tota inteſtina extenſi, verum Hippocrates ſermonem tantum habuit de rotundis lumbricis, tum quia in hominibus crebior eſt eorum generatio, tum quoniam noxæ ſunt maioris in animalibus ob eorum generationem fore in inteſtinis altioribus, & ob adſcenſum in ventriculum. Quo fit, vt cor, & cætera membra ſepto ſuperiora facilius lædantur, igitur vbi cum deiectionibus teretes lumbrici excernantur, ſcilicet, per deorſum, bonum eſt, & in morbis futuri boni prænuntiatiuum, & melius, quàm ſi ſurſum, id eſt vomitu deiicerentur, quoniam indicat cauſam morbi, quæ eſt vehemens putredo magis à membris elongari, quòd ſi hoc fuerit morbo eunte in ſtatum, qui eſt tempus iudicationis, & criſis, adhuc id melius eſſe coniectaberis, quoniam vi B gentiorem fore facultatem indicabit cauſam morbi obtinentem, eamque per conuenientiorem ſuæ euacuationis regionem propellere, & vbi per aliam regionem excernerentur lumbrici teretes, aut in alio tempore iudicationis priore, id malum fore putabis, quoniam eorum tunc euacuatio erit per rationem accidentis, & non motu naturæ. Deterius verò erit, ſi tales ſoli abſque deiectionum commixtione ſecernerentur. Indicaret enim hoc putredinis effectum excerni intus remanente putredine, & cauſa morbi, cuius malignitatem lumbrici aufugere coguntur.

XIX.

At verò in quouis morbo venter mollis, corporatuſque ſit, neceſſe eſt.

C VT iudicium à deiectionibus validius, exquiſitiuſque ſit, in his edocet Hippocrates præſagire, habito animo ad modum ſubſtantiæ inferioris ventris, & dixit, At verò in quouis morbo, vbi ſcilicet deiectiones præceſſerint iam præſcriptæ, venter mollis adfuerit, indicium bonum eſt, & ventris ſalubritatem indicans, eſt enim mollities ſecundum naturam ei cõdonata, cum facile in ſe ipſum cedere debeat, hincq. & inde, tum ſurſum, & deorſum, tum ante, & retro, atque dextrorſum & ſiniſtrorſum admoueri valeat, & manib. facile tractari, & ob hanc cauſam ſub eius cute, quatuor muſculorum coniugationes natura ſubtendit, vt ait Gal. quinto de Locis affectis, cap. ſexto, veluti inſtrumenta, quibus venter moueri contingat ad omnes motus dictas differentias. Quo fit, vt etiam venter per dictos muſculos obediat motui membrorum, quæ ſub ipſis conteguntur. At quoniam hoc fieri nequit abſque ventris mollitie, non ab re dixit Hippocrates ventrem mollem in quouis morbo neceſſe eſt eſſe; contra verò vbi cum deiectionibus venter intentus, duruſque, ac repletus fuerit, at cum hæc præter naturam ventrem comitentur, ventris noxam, ac inſalubritatem corporis ægrotantis prædicemus, contingent autem hæc aliquando, vbi ſuperne excrementa ad inteſtina confluunt, & detinentur, vel in his ſpiritus flatuoſi copia ob eorum imbecillitatem accumulatur, ventrem intentum, & repletum reddens, vt ait Galenus tertio de Symptomatum D cauſis cap. ſecundo: quo fit, vt iis in ſuis functionibus naturalibus impediatur, & per has totum corpus male habeat. Venter enim cùm flatibus infeſtatur, quàm plurimum videmus ipſum intumeſcere, ac diſtendi, & in magnitudinem attolli, & dolore affligtari, vt ait Galenus libro primo de Semine, cap. quarto. Cæterum adiecit Hippocrates corporatus eſt, id eſt carne abundans, ſic enim auxilium præſtabit concoctioni alimenti in ipſum confluenti, vigebit quoque facultas concoctiua eorum, quæ eo conteguntur membrorum, quo fit, vt naturales operationes in his perficiantur, vt in ſecundo de Potentiis naturalibus dixit Galenus. Vbi enim venter tenuis, & abſque carne foret, boni coqui officio non fungeretur. Non ab re igitur dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento decimo nono Modice venter inanis ſit, & corporatus ex propria ſubſtantia, haud quaquam tenuis oportet.

X X.

Si aquoſa admodum, aut candida,aut admodum crocea, aut ſpumans deiiciatur, hæc omnia mala ſunt.

A DETERRIMIS, & non ſinceris deiectionibus in hoc ſermone edocet Hippocrates præſagire de terminis morborum, cum iam idem edocuerit, mente habita ad optimas deiectiones & dixit. Si aquoſa admodum fuerit deiectio, mala eſt, & attende tu, quod vbi aquoſa humiditas humoribus corporis permiſcetur, deiectionem aquoſam, & non ſinceram progignit, autore Galeno ſeptimo Aphoriſmorum commento ſexto, & commento vigeſimo tertio. Igitur dum aquoſa humiditas opus deneget concoctionis, indicetque materiæ inobedientiam, tale opus acceptare nequeuntis, pariter & aquoſa deiectio in concoctionem, & humorum ægrotantis cruditatem, atque materiæ rebellionem ad opus coctionis ſuſcipiendũ B indicabit, & hoc malum eſt, quoniam morbi prolixitatem indicat, cum timore futuræ perditionis ægrotantis. Cæterum adiecit, candida id eſt, quandam lucentem habens albedinem, vnde niuem candidam, & cygnum candidum magis proprie dicimus, quàm album. Id enim candidum eſt, quod quadam intenti luce perfuſum eſt, album verò, quod pallori conſtat eſſe vicinum. Porro & deiectio mala eſt, ſi talis candida fuerit, eſt enim præter naturam deiectio candida, quoniam natura deiectiones colore bilis, tum neceſsitate fiendæ coctionis in inteſtinis, tum vtilitate propulſionis eorum tingi debent, & ob hanc cauſam bilem de iecore in ventrem decumbere neceſſarium eſt, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo. Igitur à deiectione candida ſupra inconcoctionem ſignificabimus, & inobedientiam materiæ ad propulſionem, & id ſecundum vtramque ſignificationem eſt malum. Si enim bilis nullo modo permeat ad inteſtinum, vti in æquatis contingit, deiectio candida erit. Vbi verò admodum bilis crocea ad inteſtina decumbet, adhuc deiectio malum indicabit, quoniam iecinoris vehementem intemperiem oſtendit, ob copiam caloris naturalium viſcerum facultates vitiantis. Non ab re igitur dixit Hippocrates aut admodum crocea, cæterum adiecit, aut ſpumans deiiciatur. Hæc quippe mala eſt deiectio, quoniam morbum exacerbat, autore Hippocrate primo Prorrhetici decimo quinto, vbi ait. Deiectiones in ſpumoſas, ſinceraſque deſinentes, morbum exacerbant. Igitur prauæ affectionis indicia ſunt, ſpumoſæ, & ſinceræ deiectiones, vt ait Galenus commentario ſecundo, primi Prorrhetici, commento decimo quinto: tum quoniam indicant aut ſpiritum flatuoſum humori commiſceri ſolutu difficili, vehementem habentem motum, & inæqualem, vt & humorem ipſum diſrumpat, frangatque in multas, ac paruas partes, quæ illo repletæ ſpiritu flatuoſo ampuloſam ſpumam progignunt, vti contingit in mari uiolentis ventis erupto, agitatoque, aut oſtendunt multitudinem caloris humidum aqueum ebulitione eleuantis, ipſumque diſrumpentis, & ad multas, & paruas partes ducentis, & ſpumam adgenerantis, velut contingit in his, quæ ab igneo calore in lebete elixantur, & hos modos generationis ſpumæ habes ab Ariſtotele ſecundo Metheororum, & à Galeno ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo, & ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo, & longiori ſermone ſecundo Aphoriſmorum, commento quadrageſimo tertio. Igitur cum deiectiones ſpumoſæ impetuoſum humorum ægrotantis corporis motum ſignificent, aut vehementiam caloris exacerbantis, non erunt abſque querela, ab ægroto corpore ſecrete, merito igitur dixit Hippocrates aut ſpumans deiiciatur, hæc omnia mala ſunt.

X X I.

Si exigua, glutinoſa, candida, ſubcrocea, leuiſque ſit, mala eſt.

SI literam Hippocratis particulatim enarremus non oſtendet exigua deiectio pinguedinis abſumptionem, minuſque glutinoſa, ac candida, ſit enim exigua aut pauca deiectio, vel quoniam ratione non reſpondet multitudini aſſumptorum, & hanc malam deiectionem diximus, aut quoniam in inteſtinorum ſpiris detinetur,

A tur, liberum tranſitum, vel ob imbecillitatem facultatis expultricis eorum obtinere nequiens, vel ob aliam cauſam non ſecundum naturam vniuerſim deiectionis exitum occupantem, & horum vtrumque malum eſt, vt prius diximus, & ob hoc dixit Galenus primo Prorrhetici, commento quadrageſimo ſeptimo, quod nihil eorum, quæ decretoria exiſtunt, exigue ſecerni conuenit, ſanè coniectari nequeo aliquam fore rationem, qua exigua deiectio pinguedinis indicet abſumptionem, quoniam cum paucitate deiectionis nō adſunt indicia neceſſario abſumptionis pinguedinis. At neque glutinoſa deiectio ſola talem indicare poterit pinguedinis abſumptionem, quoniam glutinoſum non priuatur viſcido humido, quo fit, vt glutinoſum ſtercus indicet potius pinguedinis coliquationem, quam eius abſumptionem. Neque id efficere poterit candida deiectio, quoniam vel ipſa talis redditur ob bilem non decumbentem ad inteſtina, vel ob albæ pituitæ deiectionibus commixtæ, quorum neutrum pinguedinis conſumptionem indicat, vbi
B verò in deiectionibus hæc tria, videlicet, paucitas, glutinoſitas, & candor, in vnum coëant, hanc pinguedinis abſumptionem indicare Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo primo aſſeruit, ſi enim viſcitudo, & candor exiguæ deiectioni iungantur, cum hæc modo ſubſtantiæ, & colori pinguedinis reſpondeant, tunc deiectio exigua, & glutinoſa, candidaque mala erit, quoniam pinguedinis conſumptionem indicabit. At quoniam ab operante calore rei humidum conſumitur, vt ait Ariſtoteles quarto Meteororum à calore, ſed non vehementi peracta deiectio exigua, glutinoſa, & candida, pinguedinis abſumptionem indicabit, vbi verò vehementior calor extiterit, operans quippe in humores ægroti corporis, in cæteraſque humiditates, rationi conſentaneum eſt, ex vehementi caloris actione eas conſumi humiditates, ea præſertim, quæ abſumptioni magis parata eſt, vti pinguendo eſt. At quoniam color croceus, aut viridis, quæ ambo ſub hac dictione chloron Græcè ſignificantur, igitur vbi deiectiones croceæ, vel
C uirides deiicientur, malæ erunt, incendium in humiditatibus corporis, & in pinguedine maxime abſumptionem indicantes, quod ſi eis iungatur leuitas in omnibus eius partibus æqualiter cogitata, tunc iudicium tuum certius efficietur. Deiectiones ſi croceæ, aut ſubcroceæ deiiciantur virideſque, malas fore, pinguedinis abſumptionem ſignificantes. Adiecit, & leues, id eſt, & vbi deiectiones ſubcroceæ, & leues extiterint, malæ ſunt, quoniam vehementem oſtendunt conſumptionem à calore vehementi, & maligno eas leuificante æqualiter, quo ad earum omnes partes. Vbi enim excretiones leues fuerint, & malæ, tanto deteriores erunt, ſi in omnibus earum partibus, æquè leues erunt, veluti ſi leues, & bonæ adfuerint, tunc meliores erunt, vbi æque leues in omnibus earum partibus extiterint, autore Galeno ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo primo vbi ait, quidquid ſalubre eſt, id omne ſalubrius redditur quoties æquale ſit, ita quicquid malum eſt, id omne euadit deterius, ſi æquale exiſtat, at quiſpiam interrogabit me, num deiectiones reddi poſſunt croceæ, aut ſubcroceæ, virideſque ab alia cauſa, quàm ab igneo calore in corporis humores operante, pariter quoque & glutinoſæ deiectiones. Huic dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo primo. Hæc ſanè fieri poſſe, clarum enim eſt, vt iam enarrauimus, ſi corporis humores ſupercalefacti admodum fuerint, pariter quoque & lentor, id eſt humor te-
D nax, & glutinoſus, ſi plurimum calidus reddatur, illi temporis ſpacio priorem permutabunt colorem, hic verò modum ſubſtantiæ euariabit, vbi vero quiſpiam eiuſdem qualitatis eſculenta deuoret, atque modi ſubſtantiæ, rationi conſentaneum eſt, tales reddi humores, & proculdubio inde deiectiones, quæ cum ad excretionem mouentur, quoniam nequaquam exiguæ ſunt, interdiſtinguuntur ab his quæ & igneo calore fiunt, & ſenſim deiiciuntur, & hæc graue olentes redduntur ob alienam caliditatem corrumpentem, aliæ verò naturam crudi humoris ſibi trahentes, non grauè olentes erunt, crudus enim humor nondum extraneo calore affectus, non grauè olens eſt, vt ait Galenus.

XXII.

A

Exitioſior eſt, ſi nigra, aut liuida, aut opima, aut fœtida eſt.

ADEIECTIONE nigra, aut liuida, aut opima, aut fœtida in acutis morbis, aut ab his originem habentibus edocet Hippocrates eorum terminos prouidere, & dixit. Exitioſior verò deiectio eſt, ſi nigra fuerit, nempe deiectio admodum exitioſa putabitur, quæ iecinoris imbecillitatem perpetuo concreſcere indicabit, ſed deiectio nigra apparens id promittit, igitur ipſa valde exitioſa pronuntiabitur, at dignum annotatione eſt, deiectionem nigram & atram bilem, atque nigrum ſanguinem, melancholicumque humorem annotationibus propriis interdiſtingui. Deiectiones enim nigræ bilis atra exquiſite non ſunt, quoniam eis non inſunt effectus atræ bilis, minuſuè eius ſigna, autore Galeno in libro de Atra bile, vbi ait. Quæ ſcilicet deiectiones nigræ ab atra bile, tum facultate, tum ſenſibilibus qualitatibus plurimum differunt. Quippe hæc neque acerbitate, neque acore, ideſt aſperitate manifeſte participant, cum bilis atra, tum guſtu ipſam vomenti bus, tum olfactu, non illis ſolum, ſed aliis quoque innoteſcat, quin ne terram quidem fermentant, vt illa, eandem ſententiam vide à Galeno quarto Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo, vbi ait, nam acre, & corrodens, & acidum non habent, ſcilicet nigræ deiectiones, ac quod multo plus eſt in terram effuſæ ipſam non fermentant, eæ autem nigræ deiectiones, cum non ſint exquiſitæ atra bilis, tales tamen ſunt, qualis eſt ſanguis denigratus, dum per inteſtina defertur, & ob hoc dixit Hippocrates, deiectiones nigras eſſe, qualis eſt ſanguis niger, qui ſanguinis limus eſt, veluti fex in craſsioribus vinis ſubſidere ſolet, pariter quoque & ſanguis niger fex depurati ſanguinis dicetur, quam etiam humorem melancholicum priſci appellitant, & non lateat te, quod vbi hic melancholicus humor, diutius in corpore moretur, adeo vt nulla euacuatione excernatur, tranſmuteturque, atq. putreſcat, fiet bilis atra exquiſite. Quippe ex melancholico humore putreſcente prognata, & hanc mentem habuit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo. Elige igitur tu diſcrimen humoris melancholici à bili nigra, eſt enim humor melancholicus natura fex ſanguinis, bilis verò nigra eſt eadem, cum alteratur, & putreſcit in corpore, & iterum non lateat te, quod priuſquam humor ille melãcholicus putreſcat in iecinore genitus, lien veluti à nocuo expurgans hepar, trahit ipſum, vt eo nutriatur, quod nutritioni eius ſupereſt, ipſum vti ſuper fluum ad ventrem mittitur, vt cum aliis excernatur ſuperfluitatibus. Igitur vbi ſanguis in hepate illius ſuperfluentis limi multum obtinuerit, adeo vt & ab eo lien non ſufficienter hepar expurgauerit, in tantum limus ille imbecillitatem iecoris accreſcet, vt nequeat ſuperfluitates continere, ſed per accidentis rationem eas excernet, & has nigras deiectiones fieri ſic putabimus, quæ erunt quaſi ſanguis niger, fiunt & quandoque nigræ deiectiones, quia ex copia atræ bilis in corpore abundantis, deiectiones illius colore tinguntur, taliterque excernuntur, & id voluit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſecundo, vbi ait. nigra deiectio ab atra bile ſincera tingitur. Igitur deiectio nigra quoquo modo fiat, vel quia ab atra bile tingatur, vel quia fiat, & per rationem accidentis excernatur, deterrima eſt, tum quoniam vel facultatis iecinoris imbecillitatem detentoriæ indicat, vel abundantem caliditatem aſſantem ad atræ bilis generationem, quorum vtrumque omnes corporis facultates perturbat, ac interimit, & eas non ſeruat, dixit enim Gal. VIII. methodi medendi, cap. X. ergo has facultates ſeruare, nihil planè eſt aliud, quàm vitam ſeruare. Non ab re igitur dixit Hipp. exitioſior verò eſt, ſi nigra. Cæterum adiecit, aut liuida, malum .n. liuida deiectio morbi terminũ portendit, eo quod nõ longe diſtet à nigro, vt ait Gal. prima Prædictionum ſectione, comm. XXV. vel quia liuidus excrementorum color, maiorem in corpore læſionem ſolet arguere, vt à Gal. habetur IIII. Aphoriſ. comm. XLVII. & ſeptimo Aphoriſ. comm. ſexageſimo ſexto, tũ etiam quoniam liuor fit à frigido & frigus liuorem facit, vt ait Galenus quinto Aphoriſmorum, commento decimo ſeptimo, & vigeſimo, & vigeſimotertio. At cum frigido diutius vita ſtare nequit, fit etiam deiectio liuida à permixtione atræ bilis, quæ etſi pauca ſit, & modicè permixta

A mixta, læſionem tamen corporis indicat non paruam ob atram bilem fore contumacem facultatibus, ac earum functionibus corporis noſtri. Ad bilem enim nigram in corpore multa conſequuntur vitia, vt ait Galenus tertio de Symptomatum cauſis, cap. primo. Non immerito igitur dixit Hippocrates, Aut liuida deiectio exitioſior eſt, quem comitatur Galenus cõmentario ſecundo, primi Prorrheti ci Hippocratis, commento decimo quinto, vbi ait, nempe & his ſubliuentibus ven tris deiectionibus non abſque ratione Hippocrates infert, ſuſpitionem habent, & inde adiecit, opima, ideſt pinguis deiectio mala eſt, quoniam pinguedinis conſumptionem ab igneo calore effectam oſtendit, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo quinto. At ſi cum his deiectionibus prædictis fœtida iungatur deiectio, cum putredinis indicium ſit, valde lethale erit.

XXIII.

B Si vero verſicolor eſt, diuturnior quidem, ſed nihilominus exi tialis eſt, hæc ſtrigmenta habebit, ac bilioſa erit, cruenta porracea, nigraque quæ nonnunquam ſimul interdum vicibus excernuntur.

ATTVLIT in hac dictione Hippocrates præſagium in morbis, iudicio ſumpto à deiectione verſicoloria, vel verſicolore, eſt enim deiectio verſicolor, vel verſicoloria, quæ variis conſtat coloribus, quaſi eos mutare inuicem videatur, ſicut cauda pauonis, & collum columbæ, & aqua maris, & ſecundum hanc ſignifica tionem intellexit verſicolorem, vel verſicoloriam deiectionem, cum dixit, quæ nonnunquam ſimul, vel ſecundum aliam ſignificationem dicitur deiectio verſicolor, vel verſicoloria, eo quòd vertit, & mutat colorem, veluti veſtes, quæ ex la-
C na non tincta ſed natiuo colore factæ coloriæ dicuntur, quia naturalem habent colorem, quæ verò in alium colorem verſæ ſunt, verſicoloriæ, vel verſicolores dicuntur, ita quoque de deiectionibus, quæ per aluum excernuntur dicendum, & hanc ſignificationem voluit Hippocrates cum dixit, interdum vicibus excernuntur, & dixit, ſi deiectio verſicolor eſt, ideſt ſimul varios obtinens colores, vel ſecundum aliam ſignificationem, ideſt vertens, & mutans colorem vicibus pluribus, tunc morbus diuturnior eſt, nihilominus exitialis eſt, eo enim quòd deiectiones varios obtinent colores, indicant corpus pluribus vexari affectionibus, pluribuſque morborum cauſis teneri, & ob hoc egent longiori temporis ſpatio, vt conctio nem recipiant, quo fit, vt morbus prorogetur, vel vt ait Galenus, cum variæ affectiones corpus occupent, rationi conſentaneum eſt, earum vnam diutinam fore, vt eius cauſa longo temporis interuallo ad ſui egeat concoctioñe. Natura enim plu ribus morbi cauſis occupata, plurimum temporis conſumet, tum ad æquandas, tum propulſandas. At quoniam eadem natura grauitata, à multis affectionibus ma
D lis, veluti à mortalibus hoſtibus magna cum difficultate obſtare poterit, quin ſuc cumbat. Igitur merito dixit Hippocrates, ſed nihilominus exitialis eſt, nollem autem quempiam mihi obiicere, contrarium aſſeruiſſe Hippocratem primo Apho riſmorum, decimo quarto vbi ait. In profluuiis mutationes excremẽtorum iuuant, quoniam id verum eſſe fateor, vbi cum iis vitioſa indicia non adfuerint, vt ait Galenus in commento decimo quarto veluti putredinis, aut coliquationis indicia. Quemadmodum id deiectio pinguis, & male olens indicat, eæ enim ex crementorum mutationes, & ſi plurium ſunt colorum, ad malum tamen facta eſt excremen torum mutatio, cum coliquatio, & putredo ægrotantis, malum futurum terminũ ei promittant, vt ait Hippocrates ſecunda Prædictionum ſectione, vigeſimo ſecun do, & Galenus in commento ait. Quoties pinguedo ab ignito calore conſumitur, graueolentia verò putredinis indicium eſt, & hanc mentem habuit Hippocrates, cum dixit in Aphoriſmo ante dicto. Niſi ad mala mutatio fiat, pariter quoque dixit Hippocrates quarto Aphoriſmorum, quadrageſimo ſeptimo. Vbi videlicet excrementorum alui plures adfuerint colores, malum, quoniam multas

ægroti corporis affectiones oſtendunt, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo tertio, ad bonum tamen aliquando vertuntur, vt videlicet cum bene exeunt, vt dixit Hippocrates. At quippe, vt eſt Galeni animus quarto Aphoriſmorum, commento quadrageſimo ſeptimo bene exeunt, & ad bonum vertuntur, ſi cum his coëant bona, & futuram ægrotantis ſalutem oſtendentia indicia, veluti ſunt concoctio, & alleuiatio, & corporis ægrotantis tolerantia, tunc enim tales excrementorũ varii colores benè exeunt, & ad bonum vertuntur, vti varii deiectionum colores iuuant, ſi ad mala nõ fiat mutatio. Cæterum adiecit Hipp. Hæc ſtrigmenta habebit, ac biliosa erit, cruenta, porracea, nigraq. vt oſtẽdat deiectionum colores, quibus ipſæ diuerſorum redduntur colorum, qui, qualeſue ſint, & non lateat te ſtrigmenta fore ſordes, quæ ex corporibus raduntur, quæ ramenta etiam dici ſolent, vnde ramenta tenues cuiuſcunque rei particulæ à radendo quaſi raſuræ dicuntur, & proprie ſtrigmenta dicuntur ſordes olei, quæ ex vnctorum athletarum corporibus raduntur, igitur quæcunque deiectiones ſtrigmenta habebit, ac biliosa erit, cruenta, porracea, nigraque, ſiue ſimul, ſiue vicibus excernantur, variorum erunt colorum. Tales vtique exitiales erunt, niſi bene excernantur, & hoc dixit Celſus libro ſecundo cap. ſexto vbi ait. Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem viridem aliquid modo diuerſis temporibus, modo ſimul, & in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentat.

XXIIII.

Si flatus ſine ſonitu, crepituque excernitur, optimus eſt; Melius verò eſt, quoties erumpitur cum ſonitu, quàm ſi condatur, ac reuoluatur. Quod ſi ita excernitur, indicio eſt hominem vexari dolore, aut delirare, niſi ſponte dimiſerit flatum.

QVONIAM ſub communiori huius dictionis deiectio, flatus comprehenditur. Ideo iudicio ſumpto à flatu, tanquam ab altera deiectione edocet Hippocrates præſagire de termino acuti morbi, vel ab eo orti, & dixit, ſi flatus ſine ſonitu, crepituque excernitur, optimus eſt, at non lateat te flatum, ſpiritum, ac ventum pro eodem haberi, à quibus ſpiritus flatuoſus conſurgit in ſe ipſo formam venti ſuſtinens, atque ſpiritus, diſcriminatur autem à ſpiritu, qui eſt inſtrumentum, vel organum facultatis cuiuſlibet principis partis corporis noſtri ad factiones tum animales, tum vitales, tum naturales excernendas, perficiendaſque, cuius generatio eſt à vehementiore cordis calore, vt ait Galenus ſecundo de Temperaturis, & in libro de Virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus. Spiritus verò flatuoſus à debili progignitur calore, cum venti naturam non aufugiat, qui non à forti calido, minus verò à frigido, ſed ab imbecilli generatur calore, vt dixit Ariſtoteles ſecundo Meteororum, & Galenus quinto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo ſecundo, & tertio de Symptomatum cauſis. Vbi igitur per infimam alui ſedem ſpiritus ſine ſonitu, & crepitu exierit flatuoſus, optimus eſt, & ſcias crepitum eſſe, qui ex impulſione, & concuſſu reultat. Vnde ani ſonum, crepitum ventris dicimus, quem Stoici æque liberum eſſe debere, atque ructum affirmabant, optimus quidem eſt, quoniam nullius incommodi cauſam fore in aluo, ob accumulatum flatuoſum ſpiritum in eo ſignificatur. Cum enim ſine crepitu flatus ex ſede exierit, vel flatus paucitatem indicat, vel opificiorum latitudinem, quorum contrarium inteſtinorum tormina conducit, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento vndecimo, & ſeptuageſimo tertio, & quinto Aphoriſmorum, commento quadrageſimo primo, vbi ait. Tormina etiam fiunt propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non habet exitum. At adiecit, melius verò eſt, quoties erumpit cum ſonitu, quàm ſi condatur, & reuoluatur. Vbi enim contra naturæ opus flatus ipſe condatur, & non exierit, ſed ad ſupernas permeauerit ſedes, hominem dolore percutiet, nedum inteſtinorum, vt eſt dictum, verum & vehementi dolore iecur infeſtabit, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſ. comm. quinquageſimo tertio, ſanè ſi flatus ſurſum permeans

A permeans ſeptum corripiet, cum ex vitiato ſepto facile mens commoueatur, & ob hoc dicebatur à priſcis ſeptum phrenos, id eſt mens, tunc faciet hominem delirare. Tum etiam quoniam vna cum calore quandoque prompte ſpiritus flatuoſus ad caput ferri poteſt, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptimo, & inde mentem ipſam commouere poteſt, præinducto dolore. Si verò ſponte quis flatum per ſedem dimiſerit, nihil mali continget, ipſum tamen in Aſinaria Plauti recondemus.

XXV.

Dolorem qui in iliis affligat, ac tuberculum, ſi recens fuerit, nec cum inflammatione ſoluit murmur incidens circa ilia, ſed potiſsimum vbi cum ſtercore, & vrina excernatur: ſi verò non tranſierit, iuuat ſi ad infernas ſedes deuoluatur.

B CVM accumulatus in aluo ſpiritus flatuoſus, tum ſui copia, tum opificiorum anguſtia, nedum in inteſtinis tormina progignens, verum cum ad ſuperiores ſedes attigerit, vt ad præcordia, in his doloris vehementiam exacerbans, facile ægrum præ dolore necare poſſet, ob quam rem in hac dictione edocet Hippocr. præſagire, quibus indiciis huiuſmodi dolor ad ſalubritatem vertet? & dixit. Dolorem qui in iliis affligat, quod Galenus græcè dixit hypocundria, hic librum vertens ſemper vertit ilia, ac tuberculum ſi recens fuerit, & dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimoquinto. Tuberculum appellauit Hippocrates, quem antea nominauit œdema: talis quippe erat omnis moles pæter naturam, nec cum inflammatione, Vbi enim tuberculo inflammatio iungeretur, indicium hoc veritatem non obtineret, quoniam murmur non indicat inflammationem, cum ea ex materia generatur. Murmur autem à ſpiritu flatuoſo prognatum eſt, cum diſcutitur, & hinc & inde in ventre inferiore, leuis quidam aquæ ſtrepitus C apparet, & ob hanc cauſam murmur, quod circa hypocundria apparet, indicium eſt doloris in his abſolutionis ob ſpiritum flatuoſum diſcuſſum, & ad minores partes ductum, ſupra quas calor potentior redactus, eas abſoluit, & dolorem tollit, & adiecit. ſi recens fuerit, quoniam vbi in tuberculo ſpiritus flatuoſus antiquatus foret, coniectari conuenit eius tenue abſolutum fuiſſe. reliquum verò factum fore in obediens diſcuſſui, & reſolutioni. Quo fit, vt ſi dolor minor redderetur, non integre tamen abſolueretur: talis quippe circa hypocundria dolor tolletur, ſi murmur, vel ſtrepitus ille cum ſtercore, & vrina excernatur, talis enim euacuatio nullum præterea in hypocundriis relinquit excrementum, vt ait Galenus: ipſe etiam ſpiritus flatuoſus cum vrina aliquando excernitur. Autore Galeno ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo quarto vbi ait, cum igitur ſpiritus flatuoſus vnà cum vrinis excernitur, ſignum eſt frigidæ ægritudinis renum, & quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo tertio Galenus eandem protulit ſententiam. Vbi verò murmur, ſpirituſque flatuoſus non exierit, deuoluaturque ad imas ven D tris inferioris ſedes, indicium futuri erit iuuaminis, quoniam ad conuenientiorem ſuæ euacuationis regionem deferuntur, dixit enim Galenus primo Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo, ad quem enim locum ex accommodatis & natura, & humor motus vergit, eò ducere conuenit. Non enim ſemper murmur ſolius ſpiritus flatuoſi indicium eſt euacuationis, ſed & humore permixti, vel alia re corpulenta, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo quinto.

De urina.

XXVI.

Vrina optima eſt, ſi candidum ſedimentum fuerit, leueque, & æquale per omne tempus dum morbus iudicetur, ſecuritatē enim

ac morbum fore breuem ſignificat,ſi verò intermittit, atque inter A
dum puram emittit vrinam.Interdum ſubſidet candidum,ac leue,
morbus diuturnior, ac minus ſecurus eſt.

CVM in morbis acutis, permaxime in acutis febribus, indicia ab vrinis maximam habeant præſagitionis vim, autore Galeno commentario primo ſexti de Morbis vulgaribus,vbi ait. Tanta ſignorũ ab vrina in acutis febribus vis eſt,vt &ſoli ipſi credendum ſit, aliis verò accedentibus, etiam diuinatio tibi erit firmiſſima, perpetuoque veridica,idem voluit Galenus ſecundo de Differentiis febrium cap. ſeptimo vbi ait. Adhibenda inſuper alia, quæ ſuperuenerunt indicia, coctionis, aut cruditatis morbi totius, ex quibus maximam vim habent, quæ in vrinis apparent, & andem mentem habuit Galenus in libro de atra bile. Ob hæc igitur coniectabor Hippocratem in hoc ſermone edocere præſagia,habito animo ad ea, quæ in vrinis apparent: tum quia ſunt opera, & excrementa à facultate naturali B corporis hominis prodeuntia, vt dixit Gal. ſecunda Prædictionum ſectione com mento vigeſimo ſexto,tum quoniam ſunt vrinę excrementa deiectionib.proxima, de quibus propoſuit ſe modo in præſagiis edocturum, & dixit.Vrina optima eſt,ſi candidum ſedimentum fuerit. Et ſcire debes Galenum primo de Criſibus libro cap.XII. generaliori ſermone per rationem quidem epilogiſticam loquutum fore, de optima vrina, inquiens, ex his igitur vrinis illa optima eſt, quæ vrina ſanorum ſimillima,ea enim, quæ à principio percipi, cognoſciuè debent, maxima, facillima que ſunt, & hæc quippe ſimillima, diſsimillimaque ſunt, vt eſt Galeni ſermo nono de Decretis Hippocratis & Platonis, & prima Prædictionum ſectione, abundè diximus. Ob quam rem cum naturæ ſimillima ex cõmuni omnium conſenſu cenſeantur commoda, & optima, vt dixit Plato in Timæo. Non ab re diximus vrinam optimam eſſe, quæ naturali, & ſanorum ſimillima eſt, quæcunque verò non talis eſt, ſimpliciter incocta eſt, vel præter hoc & pernitioſa. Hanc autem vrinam C optimam ad amuſsim circumſcribere nequeo, ſed ab altero inquit Galenus primo de Criſibus, de optima vrina addiſcere oportet,aut per te ipſum experientia perci pere qualis ſit vrinæ ſecundum naturam ſe, habentis forma, eam quippe in ſanis corporibus perquirendo. Iterum non lateat te vt dixit Galenus primo de Differen tiis febrium, cap. ſexto, quod quædam eſt optima vrina,quæ ex putreſcente humo re ad concoctionem peruenit, & eſt, quæ album,leue & æquale, & minime fœtidum ſedimentum habet, vti & de hac loquitur Hippocrates ſecunda Prædictionũ ſectione vigeſimo ſexto, peſsima autem eſt vrina, quæ in omnibus maximè contrario modo ſe habet, quæ verò intermedia exiſtit, quanto propius ad alteram acceſſerit, tantum aut melior, aut deterior exiſtit. Nunc autem de hac optima vrina ſermonem facit Hippocrates, & dixit vrina optima,videlicet, quæ ex putreſcen te humore coctionem habet, quæ à ſuſcipiente vaſe perficitur, eſt quæ candidum ſedimentum, leueque, & æquale habet. Et id voluit Galenus primo de Criſibus, cap. duodecimo, vbi ait: nam cum adhuc ſanguis coquitur, vrina quæ mingitur, leuem, & æqualem, & albam ſubſidentiam habet, & idem dixit Galenus primo Aphoriſmorum,commento duodecimo. Incepit itaque Hippocrates, ab vrinæ ſedimento optimam perquirens vrinam, quoniam ſedimenti vrinæ forma maximi D momenti eſt, vt ait Galenus commentario tertio, primi Hippocratis, de Morbis popularibus, & eſt ſedimentum, id de alimento,quod naturæ opus refugit,apud conuerſionem ipſius in ſanguinem, tale vtique non idoneum pro naturæ functio nibus, à natura quippe relictum cum vrina excernitur, atque in ea ſubſidet, vti craſsioris ſubſtantiæ ipſius vrinæ ſubſtantia, cum enim naturali actione alimentũ in ſanguinem vertitur à natura ſedimentum, vt ſanguis non eſt commutatum, neque vt pus,particeps cauſæ præter naturam. Conficitur igitur ſedimentum à natu ra ſuperante agentem cauſam præter naturam, à qua putredo progignitur, veluti à natura omnino ſuperata.Vbi vero ſuperante natura ea operetur, vt in inflamma tionibus, & ſimilibus tumoribus,quod fit,pus eſt, ſi verò in humoribus, qui in ve nis, & arteriis ſunt, ſuperans natura operetur quoddam fit, quod puri proportione

A ne reſpondet, ſubſidens in vrinis, quod ſedimentum Hippocrates nominauit, & hunc ſedimenti generationis modum vide tu à Galeno prima Prædictionum ſectione, commento quadrageſimo ſexto, & ſecunda, commento vigeſimo ſexto, & primo de differentiis febrium, cap. ſexto, & tertio commentario primo Hippocratis de Morbis vulgaribus, vbi de cleonactide igne correpto, errante ſermonem habuit. Igitur pręcepit Hippocrates in iudicio termini in acutis morbis, vel ab his ortis mente habita ab vrina exquiſite ſedimentum conſiderare, cum in iudicio tali ſedimentum magni ſit momenti, ſi ergo vrinæ ſedimentum candidum fuerit, non quippe niuis candore, optimum eſt, & futuræ ſanitatis ægroti corporis promiſsionem faciens. Tum quia candor ſimilis candori ſeminis, optimam in humoribus, qui ſunt in venis, & arteriis, concoctionem oſtendit. Tum quoniam ipſa fit natura ſuperante omnem in humoribus cruditatem auferente, qua quidem abolita, nihil incommodi, nihilque contumacis in humoribus relinquitur, quo futuræ ſalutis ſpes, in ægro perdi poſsit, & dixi non exquiſite candor ſit, ſicut nix.
B Talis enim frigidam indicat temperiem, vt dixit Galenus commentario tertio, libri tertii de Morbis vulgaribus Hippocratis, à qua non niſi vitiata concoctio accidere poteſt, vt ſecundo de Facultatibus naturalibus dixit Galenus & Ariſtoteles quarto Meteororum, dixi etiam candorem ſimilem colori ſeminis albicantis. ſemen enim vt ait Galenus prima Prædictionum ſectione, commento quadrageſimo ſexto à natura ducitur in ſolidiorum corporum colorem, & quoniam ipſum ſemen nihil habet præter naturam permixtum, exquiſitam ob ſui temperiem concoctionem obtinebit, generationi neceſſariam, ſed ſedimentnm in vrina etſi candidum fuerit, quia tamen pręter naturam aliquid habet, ideo nulli naturæ functioni obſeruiens, vnà cũ vrina excernitur, & ſedimentum à ſido deducitur, quaſi deorſum deſcendo, adeo quod eius in vrina locus eſt deorſum, veluti enim moles, id eſt magnitudo quædam in vrina ſubſidet, vt dixit Galenus primo de Differentiis fe-
C brium, cap. ſexto, & per hoc cognoſces tu differentiam ſedimenti à ſublimamento, & nubecula, in vrinis apparentibus, quam volo te videre à Galeno ſecunda Prędictionum ſectione, commento vigeſimo ſexto. At nedum candidum, verum & leue, æqualeque ſedimentum eſſe oportet, leue quidem, ſeu lene, quoniam idem ferè ſignificant, & dicitur, quod nullam aſperitatem habet, & æquale in omnibus partibus, in quantitate videlicet, & qualitate, & in rei ſubſtantia. Hæc enim ſunt, quæ facultatis naturalis vigorem oſtendunt, & morbi materiam totam, & omnes ſui partes æqualiter obtinentis, quo fit, vt ea rectius concoquatur, & futuræ ſalutis ſpes de ægroto concreſcat, præſertim ſi per omne tempus iudicationis morbi talis in ſedimento apparuerit leuitas, ſeu lenitas, ac æqualitas. Vbi enim per totum tempus morbi, in quo fit luctamen virtutis in morbum, & contra, apparuerint conditiones bonæ criſis. Medicus tunc ſalubritatem ægrotantis futuram iudicare poterit. Præſertim cum ad optimam cauſæ morbi concoctionem, & ſecuritas, & morbi breuitas conſequatur, autore Galeno primo de Criſibus, & ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſexto. Cæterum adiecit intermittit, atque interdum puram, id eſt abſque ſedimento emittit vrinam, quandoque verò candidum, ac leue, morbum fore prolixiorem, & non ſine periculo, oſtendit. Vrina enim, quæ nullo morbi tempore ſubſidentiam colligit, longum omnino fore mor-
D bum indicat, ſi virtus fortis fuerit, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commen commento ſeptuageſimo, ſignificat enim materiam omnino non obedire naturali facultati concoquenti. Quo fit, vt etſi virtus fortis ſit, ipſa tamen in concoquendo laboret, ac fatigetur, egens tempore ad materiæ concoctionem, quare morbus in longum prorogabitur. Vbi verò nullo in vrina ſedimine apparente, virtus imbecillis extiterit, mortem ægrotantis futuram promittit, quoniam virtus debilis laborem in concoquendo diu ſufferre nequit. Igitur vbi in tota morbi acuti conſiſtentia, vrinæ quandoque non ſubſidentes fuerint, interdum ſubſideant etiam cãdidum, & leue, morbus diuturnior, & non ſine periculo ſignificabitur.

XXVII.

Si vrina fuerit ſubrubra,ac ſedimentum ſubrubrum, & leue,diu turnior hic morbus,quàm primus,ſed admodum ſalutaris eſt. A

A COLORE ſubrubro, tum vrinæ tum, illius quod in ea ſubſidet edocet Hippocrates in acutis morbis præſagire,& dixit vrinam ſubrubri coloris cum ſimili ſedimento, prolixiorem indicare morbum, primo illo morbo, cuius vrinæ ſedimentum candidum, leueque, ac aquale fuerit, & ſi eam admodum ſalutarem fore cenſeatur. At notatu dignum eſt, rubrum vrinæ colorem ſalutarem eſſe, vt dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo: quoniam vitiatum ſanguinem indicat ex eius exuperantia, non exquiſita ratione confectum, autore Galeno ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſeptimo, qui cum melior ſit cæteris humoribus, & naturæ functionibus conuenientior, vt ait Galenus ſecundo de Temperamentis, cap. tertio, ſitque benignior ad nutrionem, autore B Galeno ſexto de Vſu partium cap. decimo quinto, facile iis reduci poteſt ad benignum, quo fit,vt ægrota corpora exuperantiæ ſanguinis vitio, in ſanitatem reuerti facile poſsint, ob quam rem vrina hoc indicans, merito ab Hippocrate admodũ ſalutaris dicebatur. Non immerito igitur dixit Hippocrates quarto Aphoriſmorum ſeptuageſimo primo, vrinam rubram nubeculam quarta die habentem, in ſeptima iudicationem indicare. Iterum ſcire debes, vrinam hanc rubram, cum ſimili ſedimento, etſi ſalutarem, ipſa tamen diuturniorem indicat morbum, quoniam cum mitiſsimus, ſimulque nobis familiariſsimus ſanguis ſit, & vrinam ſerum eſſe humorum in venis nos edocuerit Hippocrates, ratio conuincit, quòd vbi ſanguis amplior, ſemicrudus per vrinam expellatur, hoc eam rubram efficere vrinam, atque ideo diuturnum fore morbum, eo quòd requirat ſanguis ad concoctionem longius ſpatium,ſi quidem temporis ſpacio fiant concoctiones.At neque talis morbus ab vrinis indicatus exitioſus eſt,& hanc mentem habuit Galenus cõmentario primo libri tertii Hippocratis de Morbis vulgaribus.Iterum ſcire debes, C cum ſubrubra vrina,parum à rubra diſcrimen capiat, rationi conſentaneum eſt, vt ſubrubra vrina non valde à rubra iudicio diſcriminetur. Igitur cum ſubrubra etiam præter rubram ſalubris ſit, longius tamen morbum protrahet his, quæ rubræ ſunt: longius etiam ſignificabunt ſpatium ob ſanguinem fore ſemicrudum, crudo tamen plus indicato per vrinam rubram, non tamen ſponte ſua, mortem indicabunt, vbi vero ſubrubra vrina proportione referatur ad vrinam impense rubram. Nempe cum impenſe rubra, cruda, & incocta ſit, ſubrubentem, tanquam ea ſalubriorem commendabimus, & ſi ſubrubens diuturniorem indicet morbum, at vrina rubens cum in medio ſit tum impenſe rubræ,tum ſubrubentis conſtituta, medium erit tum laudis, tum vituperii, vt ait Galenus commentario ſecundo primi Prorrhetici Hippocratis commento vigeſimo quinto,iterum non lateat te Galenum commentario primo, primi Prorrhetici Hippocratis commento trigeſimo primo nomen aliud finxiſſe vrinis, quas cruentas dicimus, eas quippe præ rubeas nominantem, quæ ſupra morbum totum corpus tenentem, non indicant, veluti vrinæ rubeæ, impenſæ rubræ, ſubrubræq. indicant,ſed renes tamen affectos oſten D dunt, quales in nephreticis excernuntur.

XXVIII.

Si in vrina ſedimentum ſpeciem referat farinæ craſsioris, malum eſt. Deterius verò ſi ſquamularum inſtitutione conſiſtit. Si verò tenue, & candidum admodum eſt, vitioſum eſt,furfureum deterius eſt.

QVOD in ſanguinis generatione ex alimento, naturæ refugit confectionem, quoniam ab ea vti ſanguis non commutatur, neque vt pus, præter naturam cauſæ particeps,id ſedimentum appellamus,vt dixit Galenus prima Prænotionum ſectione,commento quadrageſimo ſexto. Vbi igitur in acutis febribus calor igne-

us vrinæ

us urinæ ſedimento inuehitur,ab eo alimoniæ pars,quæ ſedimentum dicitur,aſſa-
A tione quadam denſiuſcula redditur, reddenſque & ipſa in urina ſpeciem craſſioris farinæ,& ob hoc tale ſedimentũ indicium in acutis morbis nequam eſt,indicat .n. aſſationẽ ſanguinis,,conſumptionemque carnis recentis,& nuper concretæ , ut ait Gal.ſecunda Prędictionum ſectione,commento uigeſimo octauo.Tum etiam quo niam talis urina,uel mortem,uel morbum in longum protrahi ſignificat. Mortem quippe,ſi cum eo indicio extremorum frigiditas adfuerit, & mentem hanc habuit Hippocrates libro primo de Morbis uulgaribus de Sileno ſecundo ægrotante, ubi ait.Minxit multum,quod ſubcraſſum in matella euadebat,quod ſubſidebat erat ſimile farinæ craſſioris,album,extrema membra iterum frigebant, undecimo obiit. Morbum uerò aliquando in longũ protrahi,oſtendit Hippocrates tertio de Morbis uulgaribus,ubi ait, de tertio ægroto. Qui in dealcis decumbebat horto, eius erant urinæ tenues,aliis,atque aliis ſuſpenſionibus minutim diſperſis, perinde, ac farina craſsiore ſemen referente,quadrageſimo die multum ſudauit, & abſolute
B eſt iudicatus. His igitur exemplis perſpicuum eſt, ſi ſedimentum in urina ſpeciem referat craſsioris farinæ,aut mortem, aut morbi prorogationem ſignificat, dixit enim Galenus ſeptimo Aphoriſmorum,commento trigeſimo primo.Si ii talẽ urinam mingentes ſaluari debeant,tarde liberantur,ſi uero mori,contingit hos quàm cito interire. Cæterum adiecit.Deterius uero ſi ſquamularum inſtitutione conſiſtat.Vbi uero ab igneo calore,craſsior ſanguis exſiccatus conſiſtat,veluti quæ in ſar tagine friguntur,ab eo decident ſquamulæ , maxime quoque,vbi ab eodem igneo calore,abſoluetur caro dura,& vetuſta.Poſtea vero ſolida iam corporis membra ex ſiccata,duriores decernentur ſquamulæ,quæ cum vrina excernuntur. Et ob hanc cauſam deterior hæc eſt vrina,quàm prima, cum maiorem humorum præſertim ſanguinis aduſtionem,ac aſſationem,& exſiccationem indicat,cum quibus diu natiuus calor permanere non poteſt,cuius alimentum , ac pabulum eſt humidum in acutis febribus continuo diſſolutum,exſiccatumque. Deinceps attulit Hippocra-
C tes tertium ſedimentum,ſi vero tenue,& candidum admodum eſt ſedimentum vitioſum eſt. Quoniam tenue ſedimentum ad inſtar vrinæ tenuis, velut Hippocrati adſcripſit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo ſecundo.Aquoſum ſedimentum conſueuit Hippocrates appellare:& ſanè cuilibet perſpicuum eſt, vrinam aquoſam,crudam eſſe,& diuturnam.Pariter quoque & aquoſum ſedimentum,quo fit,vt horum vtrumque indicans morbi materiam crudam, atque morbũ diuturnum vitioſum eſſe,vel tenue ſedimentum dicitur, vt dixit Galenus ſecunda Prænotionum ſectione,commento vigeſimoctauo,quod eſt non habens corpulen tiam,& hoc ſemper album eſt,quoniam ſpumæ ſimile eſt,quæ in ſe totam circumfluentis aëris ſplẽdorem recipit.Tale inquã tenue ſedimentum voluit Hippocrates cum adiecerit,& admodum candidum,& hoc ipſum ſedimentum etiam vitioſum eſt:tum quoniam eius generatio de ſpiritu eſt flatuoſo, indicantis facultatis naturalis concoquẽdi imbecillitatem: tum quoniam ſpiritum illum flatuoſum fore per mixtum excremento humorum non integre concocto indicat. Quo fit, vt nequaquam poſsit tale ſedimentum reddi æquale,& bonum, cum non poſsit totum, ſimillare exiſtere. Cæterum adiecit,furfureum verò deterius eſt,non te lateat,quòd vbi venæ nullum patiuntur affectum, & furfurea cum vrinis excernuntur, indiciũ erit, veſicam ſcabie laborare, hanc mentem habuit Galenus quarto Aphoriſmo-
D rum, commento ſeptuageſimo ſeptimo.Pariter quoque & vbi venarum tunicę pa terentur ex ipſis quoque furfurea cum vrinis excernerentur, vti & in veſica ſcabie laborante,& hoc malum eſt,cum in his ſoluta omnis continuitas praue iunctæ tem peraturæ dolorem inferat, vt ſecundo artis medicinalis dixit Galenus: at & vbi in venis ſanguis continetur,vel alius abundauerit humor craſsior, qui ab ardente fe bre peruratur, aſſeturque, & admodum exſiccatur, proculdubio cum vrinis furfurea excernentur, & hoc deterrimum eſt,cum indicat igneam flammam ab arden te febre membri ſubſtantiam conſumentem,&hoc ſanè deterius eſt tenui ſedimen to, quoniam ſi tenui ſedimento alia ſalubria iungantur indicia,etſi ad infernas præ cordiorum partes, venturum abſceſſum indicant, ægrotantis tamen ſalubritatem non tollunt, quod ex fur fureo ſedimento non contingit,cum perpetuo incommo

dum, & naturæ contumax ſit, & hoc vide ab Hippocrate, & Galeno ſecunda Prædictionum ſectione, commento & textu trigeſimo quarto. A

XXIX.

Nubecula, quæ inuehitur in vrina ſi candida eſt, bona eſt, ſi nigra vitioſa eſt.

CVM iudicia ſedimentorum in vrinis iam edocuerit nos Hippocrates in morbis acutis, aut ab his natis in hoc ſermone, confert ſe ad iudicia per nubeculas in vrinis apparentes, & dixit. Nubecula, quæ inuehitur in vrina, ſi candida eſt, bona eſt, ſi nigra, vitioſa eſt, nollem te omnino latere, quod in Meteorologicis ſcripſit Ariſtoteles circa nubium generationem, videlicet, quod nubes generantur in aëre, cum in eo dominatur frigiditas, & humiditas. Nam quando aër aquilonius planè humiditate vacat, nequit vnquam nubes conſtitui. At hæc quippe nubes aliquando ſplendida efficitur, aliquando verò atra, & hoc eſt cauſa raritatis, vel ſpiſsitudinis ipſius, rareſcens enim nubes in ſe ſolis lucem ſuſcipit. Quo fit, vt ſplendeſcat, illuſtrante videlicet eam ſolis ſplendore. At ſi conſtringatur nubes, condenſeturque, at quoniam nullus eſt tranſitus lucis ſolis, atra hæc apparet nubes, ſanè & nubes ſplendida, candida efficitur, vbi intra ſe totam radios admittit ſolares. Vbi verò eos plane excludat, atra efficietur, & iterum non lateat te nebulam in altum ferri opus eſſe caloris, quod enim ſupra petit, vel vaporem eſſe calidum, vel eius gratia in ſublime ſubuehi omnibus conſtat, quod verò conſtringatur, & ad inferna fertur id frigidi opus eſt. Vbi igitur nebula ſurſum feratur, & in ſublime vehatur, id calido contribuatur, vbi vero deorſum petierit, id frigus vti concauſa conducet. Pariter quoque idem in vrinis ægrotantium corporum continget, videlicet nebulam in his apparentem, ſi ſurſum attollatur, in ſublimeque vehatur, calidum indicabit, operans quippe in alimentum ad illius commutationem in ſanguinem, at etiam in id, quod refugit opus caloris in commutatione illa, quod vtique frigidum eſt, & humidum, quod ab eodem calore leuificatum, ſimul excernitur cum vrina, in eaque ſurſum fertur, & in ſublime vehitur, veluti nubes ab excremento alimenti frigido, & humido progenita, & hæc quippe aliquando ad ſuperna fertur, per rationem caloris magis concoquentis, & leuificantis, id quod per opus naturæ, & caloris in nubeculam conuerti habet. At vbi alimentum bene coctum fuerit, ſimulque excrementum, quod refugit alimenti conuerſionem in ſanguinem ex ſpirituum copia perlucentium, permixtorumque cum his, reddetur nubecula in ſublimæ vrinæ exiſtens candida, perlucens, adinſtar lucis ſolis nubem penetrantis. At verò alimentum in ſanguinem commutandum, illiuſque excrementum, quod naturæ, aut caloris refugit actionem, non bene concoctioni ſubmittantur. Sanè quod cum vrina excernetur, & in nubeculam vertetur, atrum erit, tum quoniam ab imbecilli calore proportione conſtringetur, condenſabiturque, nullum in eo ſplendorem à ſpiritu ſuſcipere valens: tum quoniam non depuratum ab humido craſſo, & tenaci, vt nubecula in ſublime non feratur, ſed in medio, vel magis ſurſum, vel deorſum, ſecundum quod proportione calori magis concoquenti vel minus reſpondet, & hanc ſpeculationem iam dictorum habui ego à Galeno commentario primo, primi Hippocratis de Morbis vulgaribus. Propterea dicit Hippocrates: Nubecula, quæ in vrina inuehitur, ſi candida eſt, bona eſt. Quoniam vigorem caloris concoquentis, & materiæ obtemperantiam ad concoctionem indicat, & copiam ſpirituum nubeculam candidantium, at adiecit, nigra verò vitioſa eſt, tum ob vehementem frigiditatem, & ſanguinem, & nubeculæ excrementum denigrantem, congeſtis inquam globulis ob frigiditatem, ſanguis nigreſcit, & omne quod extinguitur, in plenum frigeſcit, vt dixit Galenus, tum nigreſcit nubecula ob magnitudinem caloris adurentis ſanguinem, cum calor adurens in humidum tenacius operans, primo denigrat, vt dixit Ariſtoteles quarto Meteororum, & propter vtramque cauſam, nigra nubecula vitioſa cenſetur, Nunquid autem ſignificationem nominis ſublimamentum nubeculam voluerit

Hippo

A Hippocrates & contra, diſputatio eſt in nominibus, & vide tu Galenum ſecunda Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſexto.

XXX.

Dum vrina tenuis fuerit, ac rufa, crudam eſſe ſignificat ægrotationem.

Si animum habuerimus ſolum ad colorem rufum, vrinam comitantem, cum color vrinæ naturalis ſit, modice croceus color, qui flauæ bilis parum recipit, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento trigeſimo, vrinam modice croceam dicemus optimam, quam ſubrufam appellauit Galenus primo de Criſibus, cap duodecimo. Quæ cum ſit optimè cocta in his, qui ſupremum ſanitatis obtinent gradum, conficitur ex eadem generationis via, qua vbi arte quis exterius in aquam puram aliquid parum ipſius bilis, vel croci paululum iniecerit talem ſubrufum colorem huiuſmodi aqua illi repræſentabit. At vbi flaua bilis B menſuram hanc, qua vrina ſubrufa efficitur, non multum exuperabit, inde ex mixtione tali vrina rufa progignetur, quæ ab optima vrina diſsidet, per calidum, quantum proportione propinquior fiet gradui croceitatis ſummo, Nempe cum vrina ſubrufa, & merito coloris, & ratione temperantiæ caloris bonam, atque optimam indicet concoctionem, vt ait Galenus, ita vrina rufa tali proportione, qua à ſubrufa diſsidet, inconcoctionem ſignificabit aut concoctionem, non itaque exiſtentem, ſed iamdudum factam, vt ait Galenus ſecundo de Tuenda ſanitate, at quoniam vrina tenuis notat omnes corporis venas pati, & ſeipſam non eſſe ſecundum naturam, vt dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo ſeptimo, & commento ſexageſimo nono, vbi inquit. Vrinæ ſimpliciter tenues non ſunt ſecundum naturam, ideo rationi conſentaneum eſt, eam humorum cruditatem, atque inconcoctionem ſignificare, autore Galeno quarto de Tuenda ſanitate, inquiens. Ergo vbi crudus humor in vaſis planè eſt, vtique tenuis ſimpliciter C quæ aquoſa dicitur vrina cernitur. Propter hæc igitur ſi tenui ſimplicirer vrinæ color hæreat rufus, & horum vtrumque per ſe cruditatem indicat. Igitur vt ait Hippocrates, dum vrina tenuis fuerit, ac rufa, crudam eſſe ægritudinem ſignificabit.

XXXI.

Vbi morbus diutinus fuerit, vrina verò talis excernitur, periculum eſt, ne durare æger poſsit, quo ad morbus concoquatur.

Morbvm fore diutinum, ab vrina facile coniectari poſſumus, vt voluit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo inquiens. Quæ non reſident vrinæ ſi vires affuerint, longum fore morbum oſtendunt, vbi enim coctionis indicia non apparent, morbi tempus in longum protrahetur, quoniam eius breuitas eſt abolitio ſuæ cauſæ, quæ maxime concoctione perfecta efficitur, D vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſecundo, & in libro, Quos, & quando euacuare oportet, vbi igitur vires ægrotantis prevaluerint, diu laborem tollerare poterunt in concoquendo crudam materiam, in hac quippe cruditate permanente notata per nullam apparentem in vrina reſidentiam, ob quod morbus prorogabitur: at quoniam ab eodem inditio ſignificatur cauſa morbi fixa, & firma, ideo & morbus difficulter ſolubilis erit, autore Galeno quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo vbi ait. Nam firmata cauſa, vt quiſpiam diceret, magnam vim demolientem expoſcunt, quæ longo tempore, & per fortiora, ac plura auxilia comparantur, ſignificatur quoque morbus longus ab vrina albá, & perſpicua, ideſt, aquoſa, iuxta illud Galeni quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo ſecundo. Vrinæ tales extremam cruditatem ſignificant, qua re & morbos longos faciunt. Neque vt mihi obiiceres velim, Galenum aſſeruiſſe contrarium quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo ſexto dicentem. Morbi enim acuti diuturniores non admodum ſolent per ſudores iudicari, ſicut nequè

omnino per excretiones, ſed per concoctionem, vel per abſceſſus. Niſi eſſet, ſecus A
fore morbum diutinum, iudicare fore diutinum & morbum diutinum iudicare fo-
re ſalubrem, aut inſalubrem, primum quippe per excretiones, vt per vrinas, ſe-
cundum autem per concoctionem, vel per abſceſſus iudicatur. Sane igitur conie-
ctari poſſumus, vbi morbus diutinus fuerit, notatus quippe per vrinam tenuem,
& rufam. Si ante tempus conſiſtendi talis continuo vrina excernatur, indicat
ægrum in necis periculo conſtitutum, cum timorem inducat ægrum durare non
poſſe, donec in ſtatu materia concoquatur. Morbi etenim diuturnitate, virtus de-
bilitatur, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo octauo eius
verò materiæ cruditate, naturæ non obediente, perditur eius actio, & creſcit ti-
mor perditionis ægrotantis.

XXXII.

Exitioſior verò vrina eſt, ſi aquoſa, fœtida, nigra, craſſaque eſt. B

VRINAM illam aquoſam appellat Galenus quarto Aphoriſmorum, commen-
mento ſeptuageſimo ſecundo quæ eſt alba, perſpicua, quam Galenus comple-
tius explicans dixit ſecunda Prædictionum ſectione, commento trigeſimo ſecun-
do, Vrina aquoſa eſt, quæ conditione tenuis eſt, & colore candida, & eandem men-
tem habuit Galenus quarto de Tuenda ſanitate, vbi ait: ſi is humor pituitoſus eſt,
qui in corpore exiſtit, vtrique tenuis, aquoſaque vrina excernitur, quoniam ait
Galenus nihil in ſe habet, quod ſidat, aut pendeat, & ob hanc cauſam dixit Hip-
pocrates, eam valde lethalem eſſe, tum quia extremam in humoribus indicat cru-
ditatem, vt dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento trigeſimo
ſecundo, & commentario tertio, primi Prorrhetici Hippocratis commento ſexa-
geſimo octauo. Tum quoniam naturalis facultatis oſtendit imbecillitatem, à vehe-
menti, & extrema cruditate oppreſſę, lethaliſque admodum eſt vrina fœtida, id eſt C
grauè olens, ſummam enim in humoribus putredinem oſtendit, quæ nedum alitio-
nem tollit ob fœtorem, quem membrorum natura renuit, ſed ſpiritus necat, & eo-
rum generationem impedit, & inde perditur æger, & tanto plus, quanto fœtor
excrementorum prauam indicat concoctionem, vt ſenſit Galenus tertio Aphori-
ſmorum, commento vigeſimo ſexto. Nigram quoque vrinam lethalem dixit, per
ſpicuum enim eſt ex Galeno in his, quæ de Criſibus ſcripſit. Vrinas progigni ni-
gras ob ſerum bilis atræ, vnà cum excrementis aquoſis emiſſum. Atræ verò bilis ge
neratio duobus vtiq. fit modis, vt ait Gal. commentario primo, primi Prorrheti-
ci Hippocratis commento quarto, & in libro de Atra bile, & quarto Aphoriſmo
rum, commento vigeſimo primo, ex bile enim ſupra modum aſſata, vt contingit
in febre, quam cauſam appellamus, in qua bilis exuſta admodum ob exuperãtem
caliditatem in atram vertitur bilem, aut ex craſsiore ſanguine à quo iecur non be-
ne expurgatum limoſam quandam ſuperfluitatem atram progignit, quæ & viſce-
ri illi ab ea debilitato contumax eſt, & membrorum cæterorum alitioni rebellis.
Quo fit, vt ab Hippocrate per has rationes vrina nigra lethalis dicatur. Tum quo
niam indicat vehemens incendium, cui vita diu hærere nequit, aut copiam ſuper
fluitatis agentis ad alitionis perditionem, quorum vtrunque in re vitę periculum D
imminet. Sed non te latere vellem, quandoque vrinam nigram ægrum à morte
defenſare, primo vt perſpicuum eſt ab Hippocrate primo de morbis vulgari-
bus, cũ agebat de tertio ægro Herophonte, qui febre acuta corripiebatur, vbi ait.
Vrina nigra tenuis excernebatur, adiecit poſt, die nona ſudauit, iudicatus eſt, in-
termiſit, die quinto rediit, ſimulque ſplen intumuit, iudicatus eſt ad diem ſepti-
mum decimum, ſecundo ex Hippocrate idem videbis tertio de Morbis vulgari-
bus de ægroto vndecimo dicente in Thaſo. Mulier quædam moroſa in ſomnis
eſt facta, & poſt, circa tertium diem, vrinæ nigræ, & tenues ſub iudicium, menſes
copioſę ſunt profuſi, & iam iudicata eſt, dixit autem Galenus in commento, vrinæ
color, licet eſſet niger, nihil attulit periculoſi, ob hæc igitur ſcire debes. Vrinam
nigram iunctim ac ſeorſum ex ſe, id eſt per rationem ſui exitioſam eſſe, vt credidit
Galenus

A Gal. ſecunda Prædictionum ſectione,comm. trigeſimo ſecundo,& primo de Criſibus,cap. V. & cap. XII. hærens his,quæ voluit Hipp. ipſa tamen aliquãdo nullius eſt periculi,minus verò mortalis,cum hoc aliquando accidat per accidentis rationem, aut quoniam ab atra bile lien intumuit, ipſa verò cum vrina excreta detumuit, aut erupti ſunt menſes, aut ad vrinæ viam deriuati, quorum copia exuperans, moroſam afficiebat mulierem. Cæterum adiecit, craſſaq. nempe mihi ipſe ſuadeo vrinam craſſam Hipp. attuliſſe,nõ veluti exitioſius indicium,per ſe,id eſt per rationem craſsioris vrinæ,neq. ſeorſum per ſe ipſam,cũ plurimum ab ea prẹuiſor iudicationem ægri ad ſalubritatem denuntiet,& non ad eius perditionẽ primo,quoniam vt ait Gal. quarto Aphor. comm. LXVIIII.inquiens. Vrinæ in principiis febriũ tenues, inde paulatim fiunt craſsiores,& cum hæc ſit idonea tranſitus via ad vrinarum concoctionem,quæ maximè in hora conſiſtendi vigoris apparet,veluti modo contrario vrina in initio morbi nullũ concoctionis indicium affert,vt ait Gal. IIII.
B Aphoriſ. comm. XII.At cum perfecta concoctio fiat in morbi ſtatu,vt dixit Gal. ſecundo Aphoriſ. comm. XXVIII. vbi vrina facta fuerit ex tenui craſſa,optimã tunc indicans cõcoctionem,ſalubris erit,nequaquam verò exitioſa. Nempe ob hęc quis rectè coniectari poterit,concoctionem etiam fieri tenue ipſum incraſſando, ſi quidem in principio febrium vrina tenuis eſt, nullum indicans ſignum concoctionis,& in termino augmenti vtilis, aut in ſtatu,craſsior fiat,& ſigna tunc concoctionis oſtendat,vt ait Gal. primo Aphoriſ. comm. XII. ſecundo eundem habuit animum Hipp. quarto Aphoriſ. LXXIIII. dicens, quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos liberat ab abſceſſu vrina multa,craſſa & alba facta: tertio idem voluit Gal. quarto Aphoriſ. comm. LXVIIII. vbi ait. Quoniam magna ex parte in febrib. ex vrinis ab initio tenuib. fit ad craſsiores conuerſio, tendente iam morbo ad ſolutionem. Ob hæc igitur varium, & non firmum eſt indicium ſumptum ab vrina craſſa,ſiue deorſum, ſiue coniunctim quis ab eo præſagire cogatur, aliquan-
C do enim boni promiſsiuum eſt,vt diximus, aliquando vero mali.Sicut locutus eſt Gal. primo Prorrhetici,comm. XXXI. vbi ait.In vrina verò craſſamenti ſubſidentis priuatio, ſimulque craſsiora quædam tota vrinarum ſubſtantia, ſublime petere viſa, perturbationem vnà cum caliditate præter naturam eſſe demonſtrãt; item vrina craſſa non eſt ſecundum naturam, vt dixit Gal. quarto Aphoriſ. comm. ſexageſimo nono, quare non oppugnat eam aliquando malam fore, cum vrina bona ſimilis ſanorum vrinis eſſe debeat, autore Gal. ſeptimo Aphoriſ. comm. XXIIII. propterea igitur fateor melius fore vltimam Hipp. dictionem coniunctim ſic legere. Nigra & craſſa eſt,cum omne nigredinis vitium in vrina,vendicet ſibi vrina craſſa quę aliquando eſt ſalutis nuntiatiua, quoniam ea corpus aliquando repurgari ſolet,quandoque verò mortem promittit,ob id quod eſt res præter naturam admodum aliquando vitę incommodum.

XXXIII.

In mulieribus,& viris,vrina nigra,in pueris aquoſa, deterrima eſt.

CVM vrina nigra per ſui rationem, ac naturam praua ſit, abſque etiam aliis ſignis,vt dixit Gal. commentario ſecundo,primi Prorrhetici Hipp. comm. quarto, quanto ipſa alicui ætati, aut ſexui contraria fuerit, tanto deterior erit.Quæcun
D que enim his, quæ ſecundum naturam maximè contraria ſunt, ea deterrima ſunt, autore Gal. ſeptimo Aphoriſ. comm. ſexageſimo quarto, ob quam rem rectiſsime dixit Gal. ſecunda Prædictionum ſectione, comm. trigeſimo tertio,vrinam nigrã, aut nigram, & aquoſam in omni ætate exitioſiſsimam fore, at vbi in vigore ætatis conſiſtentibus vrina appareat nigra,primum prauitatis gradum obtinebit,cum ſit eidem ætati maxime contraria,cum enim vigoris ætas calida ſit, & ſicca, amarulenti quippe humoris adgeneratiua, vt dixit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo, & ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo,atque ſexto de Sanitatis tutela. Ideo rationi conſentaneum eſt,ab eadem ętate ſecundum narã flauam,ac citrinam in colore vrinã prodire cui maxime cõtraria eſt vrina nigra, tum ratione cauſæ agentis,tum ętatis,quo fit,vt vrina nigra in ætatis vigore admo

dum contumax ſit,atque craſſa, multum ſibi ſediminis vendicans cnm dominante A calore merito vigentis ætatis tenuiſsimam, paucíſsimique ſedimenti vrinam fo-re conueniat. At nigra vrina in pueris, & ſi praua ſit, non tamen tanta prauitate vendicatur vti in vigoris ætate contingit: In pueris enim ob copiam vigentis calo ris concoquentis citiſsime,citiſsime concoquuntur, Quo fit, vt per ætatis ratio-nem vrinam corpulentam ciant, atque multum ſediminis habentem, & ob hanc cauſam vrina aquoſa cum tenuis ſit, & ſedimento vacans, ætati puerili maximè contraria ſit. Dixit enim Galenus ſecunda Prædictionum ſectione,commento tri geſimo tertio. Concoctionem nedum craſsiorem reddere vrinam, verum & de-iectionem ipſam, quoties in ventre bene concoquantur, & per hoc in animo con cipies tu, concoctionem quandoque per rei concoquendæ incraſſationem fieri, quandoque etiam per rei attentationem, & inciſionem, vt voluit Galenus ſecun-do Aphoriſmorum,commento nono. At cum mulieres frigidiores ſint viris, vt B ait Galenus quinto Aphoriſmorum, commento ſexageſimoſecundo:& humidio-res tertio Aphoriſmorum vndecimo, rationi conſentaneum eſt, eas ex ratione ſe-xus vrinas albas, & corpulentas, ad inſtar coloris, & ſubſtantiæ pituitæ ciere. Quo fit, vt vrina nigra, maximè naturæ mulieris contraria ſit, & ob hanc rem cum ſenſu percipies in mulieribus, & viris male habentibus plurimum temporis vrinas excerni nigras, pariter & in pueris, ita vt ait Galenus nullam ad corpulen-tiam habeant mutationem, eos perituros facile præſagire poteris.

XXXIIII.

Qui tenuem crudamque, diutius vrinam mingunt, ſi cætera, vt in conualituris, indicia fuerint, in his abſceſsum ad inferas præ cordiorum ſedes expectare oportet.

IVDICIVM affert Hippocrates in hac dictione animum habens ad vrinam te-nuem, & crudã in ægrotis corporibus apparentem, & dixit. Qui tenuem crudã C que diutius vrinã mingunt. Scire autẽ debes, vt iam diximus, & eſt Galeni mẽs commentario tertio primi de Morbis vulgaribus Hippocratis. Quòd vrinæ te-nues, quatenus tenues ſunt, hactenus tempus requirunt concoctioni. Vrinæ ve-rò crudæ, id eſt, quæ in his nullum concoctionis indicium apparet, vt neque ex colore,& ſubſtantia, neque ex his, quæ continent, & ſubſident,ſi cum his primæ coẽant vrinæ, & in morbis diutius minguntur, tunc nullum exquiſite futuræ ſa lutis, vel mortis aut affectionis alterius, indicium concapeſcere valebis, ſed men tis aciem in talibus figere debes. Vbi enim cum his reperies ſalubria indicia, quæ in conualituris ſolita ſunt apparere, præſertim color bonus. Vrina illa quatenus boni coloris ſanitatem promittet, vt ait Galenus in iam dicto loco, æger quippe ſanitati reſtituetur ab eo quo corripitur morbo, qui ſi diuturnus fuerit cum tali vrina, indicabitur permutationis criſis ad abſceſſum in infernis præcordiorum ſe dibus, permaxime quippe, cum morbus ſit diuturnus, temporis ſpacio virtus im becillitatur, & ob frigus, craſsitiemque materiæ in dictis partibus immorantem D abſceſſus reſurgit, à quo etiam æger conualiturus iudicabitur, ſi hoc tempore vrina hæc boni caloris ab initio abſceſſus mediam augmenti partem præterierit, à qua vſque ad morbi abſolutionem,vrina corpulenta,& perturbata ſequetur,indi cans abſceſſus repurgationem,vt primo de Criſibus notat Galenus,& ſecundo Ar tis curatiuæ ad Glauconem, & quartodecimo Methodi curatiuæ. Vbi verò cum hac vrina tenui,ac cruda prauus iungatur color,aliaque inſalubritatis indicia, pro-culdubio mortem ægroto promittemus. Tum ob extremam ſignificatam crudi-tatem: Tum imbecillitate virtutis prolixioris morbi cauſa, materiam obtinere ne queuntis,vt ſupra diximus. Vbi verò morbus acutus fuerit,cum tenui ac cruda vri na, cui adiũgãtur indicia inſalubritatis mitiora,vt color rufus,vel croceus ſalutem ægrotanti promittet, per criſim permutationis futuram ad abſceſſum poſt aures, cauſa eſt morbi materia minus craſſa, copiaque caloris, & virtus vigentior, quæ omnia ſurſum materiam eleuare valentia cenſentur, vt ait Galenus ſecunda Prædi ctionum ſectione,commento trigeſimoquarto.

Si pingue

A

XXXV.

Si pingue deſuper natans araneorum ſpeciem referat, damnandum eſt, indicat enim conſumptionem.

Ab inſidente pingui, ideſt, ſupernatante in vrina edocet de terminis morborum præſagire, & dixit, ſi pingue deſuper natans in vrina araneorum ſpeciem referat, damnandum eſt, illud quippe damnandum eſſe putabitur, à quo renum adipis coliquatio, aut corporis alterius partis, aut corporis totius cōſumptio ſignificatur, grande enim damnum ex omnium horum adipis, aut pinguedinis abſolutione, humano corpori ingeritur, cum futuram immineat tabem inſanabilem, ſiue phthiſim volueris intelligere, vt eſt Galeni ſermo ſeptimo Aphoriſmorum, commento decimo ſexto, & quinto Aphoriſ. comm. XI. & V. & X. Methodi curatiuæ. At notatu dignum eſt. Quod pinguedo, & adeps verè quodam inter ſe diſsident diſcrimine, vt ait Galenus XI. de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. tertio. B Nam adeps craſsior exiſtit, & in animalibus naturam terreſtriorem habentibus prouenit, pinguedo verò humidiorem, & ob hoc adeps non facile igni expoſitum funditur, liquiſcitué, & fuſus ab igne remotus ocyſsime conglatiatur. Pinguedo verò celerrime ad ignem liqueſcit, nec facile cogitur. Quo fit, vt adeps difficilius abſoluatur pinguedine, cum ad eius exſiccationem, & dureſcentiam egeat vel forti, & diuturna inedia, vel vehementibus exercitationibus, vel caloribus ſuperexcedētibus, vt voluit Gal. XVI. de Vſu partium capite ſecundo, & ob hanc cauſam indicia in vrina ſignificantia coliquationem ex abſoluta pinguedine, citiorem euentum morborum indicant, quàm quæ ex aſſumptione adipis. Sanè tamen ſcire debes, vt generaliori ſermone rei veritatem deprehendamus, cum dixit Hippocrates, ſi pingue deſuper natans, vtrumque pingue intelligemus, tam quod videlicet ex pinguedine diſſoluitur, quàm quod ex adipis abſolutione prouenit, cū vſus apud Galenū C aliquando ſit, duo hæc, videlicet adipem, ac pinguedinem, in eandem coire appellationem autore Gal. XI. de Potentiis ſimplicium medicamentorum, cap. tertio, vbi ait. At tu ſi voles oleoſam, ac pinguem in animalibus ſubſtantiam omnem adipem appellato, vt plerique medici, ſed & pinguedinem appellare hoc totum licet. Dixit igitur Hippocrates, ſi pingue deſuper natans, ſiue id fuerit ex coliquatione adipis, ſiue pinguedinis damnandum eſt, quoniam conſumptionem coliquati adipis renū indicat, vel aliarum partium, vel totius corporis ſiue pingue illud in alui excremētis, ſiue vrinis decernatur, & ob hoc dixit Gal. VII. Aphoriſ. cōm. trigeſimo quinto, ſed cōſideratiōe dignū eſt, alia aliaq. indicia fore coliquati adipis in renibus & in aliis mēbris, aut toto corpore: in renib. quippe, vt ait Gal. adipis coliquati indiciū eſt celerrima pinguis illius tranſſūptio ad vrinas, & nō paulatim, ſed ſimul tota fit, oſtēdens quippe affectionē fore in renibus. At coliquati adipis in aliis corporis partib. indiciū eſt paulatim, & nō vniuerſim, rei pinguis exitus cū vrina, indicat coliquationē invenis, renib. propinquis, deinde in his, quæ illis cōtinuantur, & rurſus in aliis, donec à toto corpore ad renes abſumptio adipis perueniat. Tunc enim affectionem toti corpori cōmunicari indicat, & hoc veluti deterrimū dānandum eſt.

XXXVI.

D Conſideranda in vrina nubecula eſt, vtrum ſurſum fuerit, ac deorſum, & item color, quem obtinet, ſi enim deorſum feratur cum colore, qui dictus eſt, bona commendandaque eſt; ſi ſurſum cum colore, qui dictus eſt, mala damnandaque eſt.

Siue nubecula in vrina apparens, vna ſignificatione comprehendatur cum ſedimento, ac ſublimamento, ſiue diuerſa, præceptum tamen habemus ab Hippoc. in hoc ſermone, ipſam à nobis admodum conſiderandam in vrinis fore, videlicet quem ſitum, aut locum in his ſibi vendicat, cum ex diuerſitate locorum ipſius nubeculæ in vrinis, diuerſa fiat præſagitio de termino ſalubri, vel inſalubri in acutis morbis. Dum in eadem conſideratione perpendamus quem tunc colorem obtinet eadem nubecula, & dixit. Si enim deorſum in vrina feratur nubecula, ſitque co

loris, qui dictus eſt, bona,& commendanda eſt. Quatenus autem in vrina nube- A
cula deorſum ſubſideat, quandam indicat concoctionem relatu ad vrinam, quæ
nullam habet nubeculam, vel ſubſidentiam, vt ait Galenus primo de Criſibus,
capite decimo quarto. Vbi verò deorſum nubecula ſubſideat, ſi colorem
ſupradictum videlicet album,vel candidum habuerit,perfectam indicat concoctio
nem,quæ modo omni commendanda eſt, quoniam vt ait Gal. vrina, quæ conco-
ctionem ſignificat, bona eſt ſemper,at adiecit, ſi ſurſum nubecula feratur,& prauũ
ſibi vendicet colorem,qui dictus eſt, damnanda eſt,quoniam cruditatem indicat;
& quæ cruditatem ſignificat,ſemper eſt mala,vt ait Gal. primo de Criſibus.Vbi ve
rò color bonus eſſet,& ſi nubecula ſurſum feratur, bona erit vrina ex Galeni ver-
bo,commentario ſecundo primi Prorrhetici Hippocratis comm. primo, vbi ait.
Nempe enæorema id eſt, quod ſublime petit, optimum eſt, tum album,tum leue,
tum æquale.Igitur ſi nubecula ſublime petens,prauum habuerit colorem,conſenta B
neum eſt,ipſam omni prauitate poſſe corripi.

XXXVII.

Nec te fallat, ſi ipſa veſica ægrotans aliquam talem reddiderit
Vrinam,non enim totius, ſed ipſius per ſe veſicæ indicium eſt.

Cavtvm in hac oratione reddit Hippocrates lectorem ne in vrinarum inſpe-
ctione, ac earum ſignificatione ſicut facile contingere poteſt,errore teneatur,
& dixit, nec te fallat, ſi ipſa veſica ægrotans aliquam talem reddiderit vrinam. At
menti tenere debes Hippocratem nos edocentem de terminis morborum præſa-
gire, iudicio habito à deiectionibus & vrinis. Quatenus affectiones indicatæ, ſunt
totius corporis affectiones, & non vnius ſignatæ partis, & à toto quippe prodeun
tes corpore, & non ab vna tantum parte, ideo errorem potentem contingere tol
lit, inquiens aliquas vrinarum iam nominatas excerni poſſe,tamen in dictis colori
bus,nigro quippe, ac liuido, tum in ſubſtantia craſſa, turbulenta, purulentaque, C
tum in odore fœtida, & graue olens,atque in his, quæ in vrina inuehuntur, vt fur
fures ſunt, & ſquamulæ, & capillitium,& huiuſmodi. Quæ omnia cum à vitio re-
num aut veſicæ peruenire poſsint,vt quarto Aphoriſ. Hipp. ſermonem habuit, &
medicus tunc ab huiuſmodi vrinis, indicet ſupra totius corporis affectiones, & à
toto quippe corpore proruptas,errore culpabitur, cum earum ſignificatio renes,
aut veſicam non tranſcendat,& ob hoc admonet Hipp. Medicum ſolertem fore in
affectionum iudicatione num proditę fuerint à toto corpore,aut ab aliqua eius par
te.Ideo dixit Hipp. non enim totius,ſed ipſius perſe veſicæ indicium eſt.

De Vomitione XXXVIII.

Vomitio vtiliſsima eſt,ſi pituita, ac bile permixta quàm maxi-
mè eſt,ſi non multa,non craſſa eſt.Sincerior enim deterior eſt.

Cvm in morbis acutis,quales ſunt febres non intermittentes, vomitiones ple- D
rumque erumpant, vt dixit Galenus commentario ſecundo primi de Morbis
vulgaribus Hipp. à quibus tum morbi, tum eius cauſæ maleficentia ſignificari po
teſt,non ab re Hipp. in hoc ſermone docere habet, de termino ſalubri, vel inſalu-
bri morborum habita mente ad ipſas vomitiones,& dixit vomitio vtiliſsima eſt,ſi
pituita,ac bile quàm maximè permixta eſt. At quiſpiam ambigere poterit, cum vo
mitus omnis,motus, opuſuè ſecundũ naturam ſit,vt ait Gal. II. de Symptomatum
cauſis,cap. quarto, qua ratione quis putabit,vomitionem quandoque malam fore,
& morbi malum terminum promittere,cum omne, quod ſecundum naturam eſt,
optimum ac cõmodum ſit,autore Platone in Timæo. Quod autem naturæ noſtræ
commodũ eſt,id alit.Quod verò cõtra,corrumpit,vt ait Galenus in libro de Cibis
boni, & mali ſucci. Huic dixit Galenus de Symptomatum cauſis, cap. quarto,
Vomitum quippe motum eſſe ſecundum naturam, quatenus ipſe opus naturæ eſt,
ob tamen cauſam, quæ naturam ſic moueri cogit, opus eſt ſymptomatis præter
naturam, vomitus igitur eo quia à natura operatur motus eſt naturalis, eo verò
quòd

A quod fit à natura coacta, & irritata à re præter naturam, motus præter naturam eſt. Iudicationes igitur, quæ à vomitione ſumuntur, non ab eo quòd vomitus motus ſecundum naturam eſt ſumuntur, ſed ab eo, quòd res præter naturam, cogit naturam ad vomitionem, quæ res tum ſubſtantia, tum colore, tum odore varia, varios etiam morbi terminos ad ſalutem, vel mortem pronuntiat: refert autem in iudicatione à vomitione, ſinceram vomitionem ad permixtam, vt per vtramque iudicationis veritatem habere queat, intelligens quippe ſincerum in ſui ſubſtantia purum, quod nulli alterius generis rei commixtum eſt, vt ſincera vomitio biliosa, quæ nulli aquoſitati, aut humori, aut diuerſi generis rei permixta eſt, iuxta illud Galeni commentario ſecundo primi Prorrhetici Hippocratis, commento decimo quinto, ſi memoria tenuerimus deiectiones ſinceras appellari, quæ duntaxat vnum, qui excernitur humorem, cæteris impermixtum habent, & idem Galenus ait ſeptimo Aphoriſ. comm. ſexto inquiens. Sinceras verò deiectiones nominauit impermixtas aquoſæ humiditati, quoniam ſolus humor euacuatus deiicitur, ſiue B ſit bilioſus, ſiue melancholicus, eandem habuit mentem Gal. ſecunda Prædictionũ ſectione, comm. trigeſimo octauo, & non lateat te harum vomitionum, aut deiectionum quaſdam dici placidas, id eſt mites, quæ ex natura temperantiæ animalis, non tumultuant, ſed facile ſedantur, quietanturque, & ita vomitiones quæcunque permixtæ ſunt, placidæ dici poſſunt, quaſdam autem implacidas dicimus, quę vtiq. immites, inquietæque ſunt, tumultuantes, & animalis corpus exacerbantes, de his quidem loquuti ſunt, Hipp. & Gal. commentario ſecundo primi Prorrhetici, com. XXVIII. Vult igitur Hipp. in morbis vtiliſsimam, ac ægrotanti ſalutem denuntiantem fore vomitionem, quæ permaxime permixta eſt ex pituita, & bile, mitis enim, & non inquietans animal reddetur ob pituitam ſui algore, bilis exuperantem calorem cõtemperare: ob quoq. bilis caliditatem remittetur omne vitium in quod pituita ſui frigiditate peruenire poſſet, quo fit, vt vomitio taliter permixta nõ C ſit ægrotanti nequam, niſi forte multa ſit ſui copia ægrũ offendens, aut craſſa admodum facta, vel propter bilem vrentem, aſſatamq. vel ob pituitam adſtringentem, at vbi vomitio ſincera, implacidaque fuerit, proculdubio mala eſt, & malum ægri terminũ promittens. Si enim bilioſa extiterit, exuſtam eſſe omnem natiuam humiditatem à calore febrili oſtendit, vt ait Gal. VII. Aphoriſ. comm. ſexto aut humorẽ in ægroto indicat ob caloris exuperantiã euaporatum, aſſatumq. quorũ vtrumq. ægrotanti deterrimũ eſt, & hoc dixit Gal. ſecunda Prædictionum ſectione, comm. XXXVIII. Vbi verò pituitoſa adfuerit vomitio, ſincera, implacidaq. adhuc ægrotanti cõtumax eſt, quoniam ob frigiditatem indicat humorem in ęgro craſsiorem, & quaſi concretum fore crudum, atque concoctioni inobediens, vt ait Galenus, non ab re igitur dixit Hippocrates, ſincerior enim deterior eſt.

XXXIX.

Si vero vomitio fuerit porracea, aut liuida, aut nigra, quicunque ex his fuerit color, malum eſſe cenſendum eſt.

CVM natiui caloris mortificationem in hominis corpore indicet excrementorum color liuidus, aut niger, aut à vehementi calore, aut vehementi algore, vt iam prædiximus, aut ab exuperante calore, aut extremo algore prognatus, non ab D re dixit Hipp. in hac dictione. Vomitionem liuidam, aut nigram, malam cenſendam eſſe, pariter quoq. porraceam attulit, cuius color ſimilis eſt colori foliorum porri, cui locus ſuæ generationis aliquando ventriculus contribuitur, vt ait Gal. ſecunda Prædictionum ſectione, comm. trigeſimo nono ob eſculentorum copiam, vt olerum, quæ hanc habent proprietatem per ſui naturam, & in eis abundantiorem cruditatem, quandoque etiam per vim ægritudinis exuperantis caliditatis præter naturam non ingeſtis adhuc eduliis talib. in venis generatur, quæ inde aut per rationem ſymptomatis, aut ex virtutis expultricis venarũ vigentia, in ventrem ſuperiorem, aut inferiorem decumbet, & huius indiciũ habes apparentiam in febribus porraceæ vomitionis, & conſimilis per aluũ deiectionis, at cum hæc ab vberiore calore pręter naturam & hinc, & inde progignatur, meritò dixit Hipp. porraceam vomitionem malam eſſe cenſendum eſt, præſertim cũ maleficentia morbi generatur.

X L. A

Si idem homo omnes vomit colores exitiale admodum eſt.

SI per idonea vomitioni in febribus tempora, multorum colorum vomitiones appareant, vigeſcente quippe virtute donec morbus conſiſtat,dubio procul tales non erunt ægroto vomitiones contumaces, indicant enim corpus à multis malarum affectionum cauſis repurgari.Vbi verò non per idonea tempora vomitioni conuenientia, vomitiones multorum appareant colorum, cum adſint per rationem accidentis, & non per naturæ motum,valde exitiales erunt, indicantes ægrota corpora plurimis malis detineri affectionibus,vt ait Galenus ſecunda Prędictionum ſectione, commento quadrageſimo & hoc quippe prolixiori ſermone enarratum eſt. B

X L I.

Vomitio liuida,ſi graue olet, ocyſsimam indicat abolitionem.

CVM color liuidus tantum frigiditatis effectus ſit, vt ait Galenus primo de Criſibus, cap. duodecimo & à ſumma frigiditate mortificatio gignitur, vt apparet, in vehementer refrigeratis, & odor grauis,putrefactionis effectus ſit,ſi ambo in vnum coëant, color videlicet liuidus, & odor grauis tum in vomitione,tum in vrina, aut deiectione, liquido ægrotanti mortem propinquam denuntiabit,mortificatio enim cum putredine ocyſsimam indicat mortem.

X L I I.

Omnis ſubputris,ac fœtidus odor, in omni vomitione malus eſt.

TAM malignantis naturæ eſt putredo,vt ne dum in ſe vitium eſt, ſed & cuicunque rei permiſcetur male, eam deteriorem reddit, quo fit, vt omnis ſubputris,ac fœtidus odor prauam conducat vomitionem, & ægroto mortem promittentem. C

De ſcreatione.

X L I I I.

Screatio in omni dolore, qui affligat circa pulmonem, & coſtas,cito,prompteque ſcreetur neceſſe eſt.

MEMBRA quæ thoracem conſtituunt, inſtrumenta ſunt, quibus ſpirandi vis demandata eſt, autore Galeno primo de Criſibus, cap. ſeptimo cuius ſpirandi facultatis ſalubritatis, atque inſalubritatis indicia facile habentur ab excrementis, quæ talia repurgant inſtrumenta, qualia ſunt ſcreationes, ſeu ſputa, quibus nedum facultatis ſpirandi bona valetudo, vel inſalubritas, ſed & eorum inſtrumentorum, ac corporis totius ſignificatur, ob hanc rem Hippocrates ad hæc animum habens edocet in hoc ſermone præſagire de termino morborum membra thoracis affligentium ad eorum ſalubritatem,ac inſalubritatem,at per ipſa,& totius corporis,& dixit,ſcreatio in omni dolore,qui affligat circa pulmonem & coſtas, cito, prompteque ſcreetur neceſſe eſt. Sanè ſatius puto in omni affectione legere, quæ circa pulmonem affligat, cum pulmo dolorem non ſuſtineat,vt ait Galenus primo de Locis affectis, multæ enim ſunt pulmonis affectiones, quæ ſalubres redduntur per materiæ à pulmone repurgationem cum tuſsi, iuxta illud Galeni ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo ſeptimo, quæcunque extuſsimus ex aſpera arteria, & pulmone feruntur, & quarto Aphoriſmorum, commento ſecundo vbi ait, quæcunque in pectore ſunt, aut pulmone per tuſsim expurgantur, pariter quoque, & dolor, qui circa coſtas fit affligit, vt qui ex pleuritide ortum habet, eius materia per ſcreationem ſeu ſputum expurgatur, vt quinto Aphoriſmorum D

A ſuorum, commento octauo dixit Galenus, igitur in his, quod circa pulmonem, aut coſtas affligunt doloribus, cito ac prompte ſcreare optimum eſt, indicat enim tum facultatem affectorum membrorum expultricem fortem, tum obedientiam materiæ ad concoquendum, tum eiuſdem præparationem ad expulſionis facilitatem, quibus quilibet, morbi futuram ſalubritatem præſagire valebit. Cito autem dixit Hippocrates id eſt repente, & ſtatim, & inter initia morbi ſcreare, ut ait ipſe primo Aphoriſmorum, duodecimo inquiens, in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum abbreuiat, & huius declarationi agens Galenus cõmento duodecimo dixit, verum ſi hæc ſcilicet ſcreatio in morbo laterali apparuerit circa tertium videlicet, vel quartum diem, quoniam hoc circa morbi initia fore putatur, non contingit morbum tranſcendere ſeptimum diem, & idem hoc longiori ſermone declarauit Galenus primo de Criſibus cap. ſeptimo, & adiecit Hippocrates prompte, id eſt facile, & cum inclinatione, putans, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectionum, commento quadrageſimo tertio, quod cito, & prompte
B ſcreatur abſque dolore euacuatur. Vbi igitur hæc tria in vna coëant ſcreatione, videlicet cito, & prompte, ac ſine dolore, vtique ſcreatio illa in Prædictis doloribus optima erit, quoniam ob dictas cauſas non decurret lateralis morbus vltra diem ſeptimum: & non lateat te, cito ſcreationem fieri in morbo laterali, quo ad tempus principii, & cito quo ad tempus iunctum operi ſcreationis, id eſt vt adhuc circa initia ſputum breui tempore ſcreetur, vbi enim tunc longiori tempore ſcrearetur, nõ optimum eſſet, quoniam hoc taliter fieri aliquam difficultatem oſtenderet, quo fit, vt minime promptè ſcrearetur, & item ſcreatio non bona erit, cauſas autem difficultatis, aut facilitatis ſcreationis, relinquo exacte à Galeno perſpicuam factam fore ſecunda Prædictionũ ſectione, comm. quadrageſimo tertio, & tu vide.

XLIIII.

Permiſta appareat flaua bilis, admodum ſcreatione oportet.

C A TEMPORE ſcreationis circa initia dolor, qui pulmonem, & coſtas infeſtant, & à tempore iuncto functioni ſcreandi edocuit Hippocrates de eorum termino ad ſalutem, vel morte iudicia afferre, in hoc autem ſermone id oſtendit mente habita ad ſcreationem permiſtam flauæ bili, & dixit. Permiſta appareat, id eſt ſcreatio bona erit, & in iiſdem doloribus ſalubritatem oſtendens, atque morbi breuitatem denuntians, ſi appareat admodum permiſta flauæ bili, notatu dignum eſt, quamlibet inflammationem ex alicuius humoris abundantia progigni, vt ait Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento trigeſimo tertio, quæ igitur circa coſtas fit inflammatio, quam morbum lateralem nominant, maxime ex bilioſis fit humoribus, vt dixit Galenus ſecundo de Criſibus, cap. decimo, à quibus prodeunt ſputa flaua, ac rufa, ſanè in morbo laterali laborantibus, ſpem ſalutis, aut mortis ſignificantia, ex aliis quoque humoribus morbi laterales contingere poſſunt, quorũ notæ per ſputorum varias ſpecies facile haberi poſſunt, vt ait Galenus in prędicto loco, Vbi enim ſputum cum ſpumeis fuerit, illius materiam dicemus pituitam,
D ſicut ſi cum nigris, melancholiam, vbi vero cum rubris, ex ſanguine, morbi lateralis cauſam adducemus. Quorum etiam ſputorum diuerſę ſpecięs, eiuſdem morbi ſpem ſalutis, aut mortis inducunt. Igitur vbi in morbo laterali, aut pulmonia ſputum ſincerum, id eſt impermiſtum, flauum, aut rufum apparuerit, indicium erit malum. Sola enim bilis flaua euacuata, excretio ſincera dicitur vt prædiximus, & ſyncerior deterior, ſanè ipſa in morbo coſtali ſincera flaua bilis deterrima eſt, quoniam dolorem valde exacuit, nedum in affecto loco, verum & in capite, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo, & cum bilis facile ad caput aſcendat, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commẽto ſeptuageſimo ſecundo, promptè delirium ducere poteſt, vt etiam ait ſexto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo tertio, & quinquageſimo ſexto, quo fit, vt ex inflammatione coſtarum confeſtim inflammatio cerebri progigni valeat. Et iterum mala eſt, quoniam febrem ardentem exacerbat, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo nono. Cæterum ob incendium difficilem adauget reſpiratio-

nem, & clamoſam parit ſitim, vt dixit Galenus ſecundo de Potentiis naturalibus, cap.nono,ob hæc igitur perſpicuum eſt in morbo laterali ſcreationem flauam eſſe, aut rufam,ſinceramque, incommodam, ac contumacem fore, vbi verò ea non ſincera,ſed nimium permiſta apparuerit in morbo laterali, quiſque præſagire poterit eam non inutilem fore, tum ob id,quod dixit Hippocrates,vomitio vtiliſsima eſt, ſi pituita, ac bile permiſta quàm maximè eſt. Tum quoniam pituitæ frigiditas humiditati iuncta, acuitatem flauæ bilis tollit, vt vitia dicta à flaua bile ſincera prodeuntia, in morbo laterali haud quaquam prouenire nequeant.Quo fit,vt Hippocratis ſermo veritatem obtineat,cum dixit ſecunda Prædictionum ſectione, commento quadrageſimo quarto, permiſta appareat flaua bilis admodum ſcreatione oportet. A

XLV.

Si enim multo poſt ab initio doloris ſcreatur flaua,aut rufa,aut multam inferens tuſsim,aut non admodum permiſta,deterior eſt, B

REDDIT Hippocrates cauſam per locum à contrario huius, quod dixit: Screatio, ſi cito,prompteque ſcreetur, optima eſt.Quoniam ſi prolixiori tempore ab initio morbi lateralis ſcreatio flauæ bilis, aut rufæ ſcreetur, deterior eſt, igitur ſi cito,id eſt à principio ſcreetur,optima erit ſcreatio,quod enim cito eſt,id eſt circa initia opponitur ei, quod longius à principio eſt, ſemper intellige tu principiū in morbo laterali, & conſimili acuto temporis ſpatium donec finiatur quartus dies, vt quàmſæpe dixit Galenus primo de Criſibus. Vbi enim à principio morbi lateralis prorogatur ſputum proportione & morbus prorogabitur, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento duodecimo, pariter quoque ſi poſt ab initio morbi flaua bilis,aut rufa ſcreatur,ipſam valde crudam fore ſignificatur. Quo fit,vt longo temporis interuallo egeat natura ad eam concoquendam.Sanè quippe morbus longus abſque periculo non eſt cenſendus,vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo ſexto.Ei autem, quod eſt prompte opponitur id, quod eſt multam inferens tuſsim. Vbi enim quis laterali morbo detentus, facile,propenſeque circa initia non ſcreet, inobedientiam materiæ morbi, & difficultatem ad eis expulſionem indicat. Quo fit,vt non niſi ſcreatio cum violentia fiat, egens quippe ſuo vehementi motu, qui eſt tuſsis ad excernendum ſcreationem,& hoc etiam malum eſt,quoniam quouis modo in morbis Thoracis ſputum ſupprimatur, deterrimum eſt, cum non ſanentur morbi tales, ſi ſputo non repurgantur, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſextodecimo, igitur ſi ſputum cum multa, ac violenta tuſsi circa initia morbi lateralis ſcreetur, malum eſt, vbi cum pauca, atque miti tuſsi ſcreatio excernatur, bonum erit, vt eſt Hippocratis ſententia. Cæterum adiecit, aut non admodum permiſta deterior eſt, quoniam quanto magis flaua bilis,aut rufa ſuæ ſinceritati adproximetur, tanto deterior exiſtit, vt prædiximus. C

XLVI.

Screatio enim flaua ſi ſincera eſt, cum periculo eſt, candida verò glutinoſa,ac rotunda,inutilis eſt. D

CVM ea, quæ in ſcientiis neceſſariæ ſunt obſeruantiæ, ac memorationis, ſcire operæpretium ſit ac exactius,ſæpiuſque eorum recordari,conſentaneum mihi eſſe videtur ea plus vna vice enarrare,vti in opere præſagitionis futurorum contingit, quæ vt memoriæ mandentur magis,Hippocrates in hoc ſermone, vt ait Galenus,non aliud dicit,quàm quod antea dictum iam eſt, & dicit ſcreationem flauam non eſſe periculo immunem, ſi ſincera id eſt, ſola in morbis coſtarum, & pectoris euacuata fuerit,indicat enim morbum à flaua bile prodire,quem curatu difficilem & priſci & noui medici profitentur, præſertim cum acutas accendat febres totum tenentes corpus, atque aliam inflammationem cum ad alteram confluxerit particulam maleficentiorem,& functioni medici rebellem, vehementiorque ex atra bile

ac prauior

A ac prauior ægrotatio prouenit, ipſa fluente, ac in particula decumbente. Pariter quoque, & cæteri humores ex eorum defluxu cum ſui exuperantia in partibus cor poris decumbentes ægrotationes progignunt, veluti ſanguis, & pituita, quæ indulgentiores, & modeſtiores fiunt, & non adeo curatu difficiles, vt ait Gal. in libro, de Tumoribus præter naturam, & ſecunda Prædictionum ſectione, commen to quadrageſimo ſexto, Cæterum adiecit Hippocrates candida vero glutinoſa, ac rotunda ideſt globoſa ſcreatio, non adeo mala eſt, vti flaua, inutilis tamen habetur, indicans ab igneo calore, vel à vehementi algore pituitam aſſatam fore.

XLVII.

Si viridis & ſpumans admodum eſt, mala eſt.

A viridi, & ſpumante ſcreatione dirigit Hippocrates indicia præſagitionis futuri termini ægrotationis coſtarum, & pectoris, & dixit, ſi viridis, & ſpumans

B admodum ſcreatio fuerit, mala eſt, oportet te ſcire, vt ait Galenus in primo de Cri ſibus, cap. duodecimo colorem viridem fieri in tranſitu ad nigrum, & eſſe veluti nigri principium, quo fit vt color excrementorum viridis ſit in via iudicationis ad fiendam iudicationem per colorem nigrum, igitur cum color ſputi niger, preter id id quod cruditatem indicat, etiam mortem portendit, vt dixit Galenus primo de Criſibus, cap. quinto, pariter quoque dicemus ſputum viridem cruditatem materiæ morbi indicare, & futuram ægrotanti mortem pronuntiare, vti prædiximus de vrina, & alui excremento, & vomitione ipſa. Quę omnia nigra nedum cruditatem indicabant, verumetiam & ægroti perditionem: & idem accidit, vbi eadem omnia viridi colore fuerint affecta, non ab re igitur dixit Hippocrates, ſi viridis fuerit, ma la eſt, cæterum adiecit, & admodum ſpumans ſcreatio mala eſt, quoniam copiam ſpiritus flatuoſi indicat in pectoribus ipſis accumulati, qui vehementem habent motum, & inæqualem in humore, cui commiſcentur, ac frangentes ad diuerſas paruas partes pituitam illic decumbentem, quo motu ſpumificatur materia illa, &

C ſpumea ſcreatione excernitur. Quippe ſcreatio hæc mala eſt, indicans tum materiæ cruditatem ob copiam ſpiritus flatuoſi ei commiſti, concoctionem vetantis, tum ob in his partibus doloris crementum ægrum affligantis à ſpiritu flatuoſo tendente prodeuntis, à quorum quolibet ſpiratio difficilis redditur cum timore perditionis ægrotantis, & hanc accepi rationem à Galeno ſeptimo Aphoriſmorum, commento trigeſimo, & ſecundo Aphoriſmorum, commento quadrageſimo tertio & tu vide. Aut ſpumea ſcreatio progignitur à forti calore efferueſcente in ipſis pectoribus, & humiditatem eorum agitante, & ſpumam progignente, vti ea caliditas, quæ in lebete efferueſcens, exagitans humidum, vehementi ebulitione ſpumam procreat, & hæc ſcreatio ſpumea etiam mala eſt, quoniam vehementem ſignificat exagitationem in his, quæ affligantur partibus à caliditate efferueſcente ſpumam ex ebulitione generante, quo fit, vt illarum partium expultrici promota facultate ſpuma cum ſputo excernatur, adaucto verò calore in iiſdem partibus, increſcit febris, & dolor exacuitur, & ſpiratio difficilior habetur, quæ omnia

D ægrum incommodant, offenduntque, & hæc ratio veritatem habet ex his, quæ di xit Galenus commentario primo, primi Prorrhetici Hippocratis, commento vige ſimo primo: & ſecunda Prædictionum ſectione, commēto quadrageſimo ſeptimo. cætera verò, quæ de ſpumæ generatione dicuntur à Galeno in locis præaſſum ptis, vide tu: ſatis autem nunc ſit perſpicuas adduxiſſe rationes, quibus ſententiæ Hippocratis veritas comprobatur, cum dixit. Si viridis, & ſpumans admodum eſt, mala eſt.

XLVIII.

Si ita ſincera fuerit, ut nigra appareat, hæc difficilior, quàm illa eſt.

Quia verum eſt, quod dixit Galenus primo de Criſibus cap. duodecimo, vide licet ſcreationem nigram admodum exitialem eſſe, ſi quandam reperiamus ſinceram ſcreationem, quæ nigra appareat, veluti quæ in tranſitu ad nigram maxi-

me ei approximatur,velut quæ liuida eſt,aut viridis,aſsimilata quippe colori braſ- A
ſicæ viridis. Illa ſanè deterior eſt, & maioris læſionis ſcreatio, cum non longe diſtet à nigro, vt ait Galenus prima Prædictionum ſectione, commento vigeſimo quinto,quàm ſyncera illa,& viridis: Cuius ſermonem habuit Hippocrates ex proximo præcedenti ſermone.

De Grauedine, & Sternutamento.

XLVIIII.

Grauedines, & ſternutamenta per omnes morbos, qui in pulmone fatigent præire, & ſubſequi malo eſt, Sed de aliis morbis exitioſis ſternutamenta vtilia ſunt.

CVM multa ſint morborum genera quorum aliquibus ſternutamenta validum B
afferunt iuuamentum,aliquibus verò contumax, & deterrimum, de iuuamento, ait Galenus in fine libri de inſtrumento odoratus, & in ſecundo de Symptomatum cauſis cap. ſexto.& ſexto Aphoriſmorum,commento tertiodecimo. Nocumentum verò oſtendit Galenus quinto Aphoriſmorum,commento trigeſimoquinto. Sanè verò grauedines perpetuo morbi ſunt, & cauſæ atque ſigna, ob quod ab eis ſolum nocumenta prodeunt,nulla verò iuuamenta,fluxionibus enim in particula decumbentibus,dolor progignitur,vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum,commento trigeſimoſecundo. Ideo Hippocrates in hoc ſermone edocet præſagire de termino morborum, qui in pulmone fatigent, animo habito tum ad grauedines, tũ ſternutamenta per omnes morbos,qui in pulmone fatigent,pręire,& ſubſequi, malo eſt. At notatu dignum eſt,vt ait Galenus in libro Medicus, quod hæc, quæ à capite ad ſubiectas partes fluentem materiam deſignant, tribus his deprehenduntur nominibus,videlicet grauedine fluxum humoris per nares cadentis deſignãte, C
aut raucedine, quæ in fauces deſtillat,aut defluxione, quæ in pulmonem irruit, & hoc dixit Galenus ſecũda Prędictionum ſectione,commento quadrageſimonono. Iterũ te ſcire oportet, Hippocratem in hoc ſermone velle docere præſagire in morbis pulmonem affligentibus,mente habita ad grauedines,& ſternutamenta,quæ illis adiuncta ſunt & ferè ſemper ſequentia ob motum violentum, & concutientem pulmonem, & totius thoracis partes. At quoniam neque raucedine, neque deſtillatione adeo concutitur thorax, & caput, vti ex grauedine ſternutamenta excitante. ob hanc cauſam non meminit Hippocrates raucedinis, & deſtillationis, ſed grauedinis ſolius ad quam ſequitur ſternutamentum. Sanè grauedo ſimpliciter & ſecundum ſe,nihil pulmonem offendit, quoniam materia quæ per grauedinem defertur, per naſum foras excernitur, nihil illius permeans ad pulmonem & thoracis partes,vt ait Galenus. Quo fit,vt defluxiones per ſe ipſas obnocuæ ſint pulmoni grauedines verò per ſternutamenta, quibus concutitur pulmo,pectus,& caput, ob quorum motum violentum,& concuſsiuum thorax vitiatur, vitiatque pulmonem. Non ab re igitur dixit Hippocrates. Grauedines ad nares ſcilicet decumbentes,ſternutamenta quippe excitantes, quibus thorax concutitur,& pulmo offenditur per omnes morbos,qui in pulmone fatigent, malas fore,ſiue pręire ſiue ſubſe- D
qui contingat, pręuenientes quidem, quoniam præparant,vt pulmonem malis repleant humoribus,ſubſequente verò,& exiſtente,pulmonis affectionem magnificant,& affectum capitis ex plenitudine oſtendunt,ex qua ſenſim pulmo repleri cõſentaneum eſt. Cæterum adiecit. Sed de aliis morbis exitioſis ſternutamenta vtilia ſunt. Ipſis enim nedum non exagitãtur pectora,& eorum partes,verum cerebri repurgationem oſtendunt,à cuius plenitudine fere omnia morborum genera contingunt ob irruitionem materiæ à cerebro facile ad omnia membra decumbentis. Vbi etiam adhuc morbus exitioſus foret per conuenientia indicatus indicia quoniam morbo in proceſſu exiſtente, concoctio materiæ, & robur facultatis expultricis indicat. Non ab re dixit Hippocrates ſternutamenta in aliis exitioſis morbis vtilia eſſe.

Screatio

A L.

Screatio flaua non multo permiſta ſanguine in pulmonis morbo, ſi inter initia excernitur, ſalutaris admodum eſt, ſi ſeptimo die, pigriusuè, minus ſecura eſt.

AD id redit Hippocrates in quo priusfuit, de iudicio termini morborum à ſcreatione prodeunte:& dixit.Screatio flaua non multo permiſta ſanguine in pulmonis morbo, ſi inter initia excernitur, ſalutaris admodum eſt. Scire autem conuenit inflammationem,quæ viſcera corporis noſtri infeſtat, ſuo vtique calore ſanguinem ad ſe trahit, per modum cucurbitulæ, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum commento quadrageſimo octauo, & ſeptimo Aphoriſmorum cõmento primo:ob quam rem, vbi ſanguis raritate ſuperficiei obtinentis inflammationẽ quoad eius tenuiorem partem reſudet, aut perſpiret,magnitudo prohibebitur in
B flammationis,ac dolor præſertim ſi circa initia,id eſt ante primum quartum id contigerit, autore Galeno ſecundo de Ratione victus acutorum, commento primo: quoniam adeo minoratur inflammationis materia, vt natura membri exonerata reddatur ſupra reſiduum materiæ inflammationis valentior, tum ad concoquendum, tum ad inflammationem exoluendam, aut pellendam, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimonono. Quapropter admodum commodum,& vtile eſt,ſi in initio generationis inflammationis ſanguis taliter reſudet,atque perſpiret : Indicat enim membri expultricem facultatem validam, cum præparatione viarum illius fiendæ reſudationis. Igitur inquit Hippocrates ſi pulmo inflammatione laboret, & initium generationis inflammationis extiterit, excernaturque tunc ſcreatio flaua, non multo quippe ſanguine permiſta, id ſalutare in morbo illo cenſendum eſt indicium. Quoniam tenuioris partis humoris in pulmone inflammationem committentis, indicat reſudationem,quatenus autem circa initium, id eſt ante quartum diem exiſtit, inflammationis magnitudinem vetat,
C & pulmonis facultas exonerata à parte materiæ inflammationis potentior fit ad reſidui concoctionem,& excretionem, & hæc in hac ægrotatione per Iouem ſalutaria ſunt. At humoris inflammationem pulmonis committentis notæ dignoſcuntur. Tum à ſcreationis colore vno, tum ab eodem promiſcuo. Vbi enim ſcreationis flauus color ſimpliciter adfuerit, humor inflammationem pulmonis progignens bilioſus exiſtit. Vbi verò ruber color apparuerit ſolus, ſanguis erit inflammationis materia. Vbi autem promiſcuus ex bile, & ſanguine humor fuerit,ſcreatio ſimul rubida,ac flaua excernetur. Verum ea tali colore promiſcua referatur ad humores ſecundum plus vel minus, ad illam occurrentes permiſtionem, vt proportione maior, vel minor color humori maiori, vel minori reſpondeat, ſiue ſanguis, ſiue bilis fuerit. Sed quiſpiam interrogabit me, cur Hippocrates ſolum ſermonem habuit de his duobus humoribus bile videlicet,& ſanguine,cum à cæteris humoribus morbi circa pulmonem progigni etiam poſſunt, autore Galeno ſexto Aphoriſmorum,commento trigeſimo tertio. Huic dicendum puto, aut quoniam
D à ſolis humoribus calidis pulmonis inflammatio ſolita eſt gigni, & non à cæteris humoribus temperie frigidis, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento decimonono. Aut quoniam à ſolis humoribus bile videlicet, & ſanguine, reſudatio fieri conuenit, ob eorum caliditatem rarefacientem ſuperficiem pulmonis inflammationem obtinentem, ob etiam eorum tenuiores partes facilius ad reſudationem paratas fore: cęteri vero humores, tum ſui abundantiore frigiditate denſante ſuperficiem inflammationis, tum ſui craſsitie exitum reſudationis prohibente nullum horum efficere valent. Quo fit, vt in inflãmatione pulmonis non habeat Hippocrates loqui de coloris apparentia circa morbi pulmonis initia à pituita, ac melancholia, ob enim pituitæ viſcitudinem, & craſsitiem, atque humoris melancholici terream ſubſtantiam, neque hæc, neque altera ſuorum colorum ſcreationes in pulmonia adgenerare poſſunt. Iterum ambiget quiſpiam quo nam veritatis modo ait Hippocrates ſcreationem flauam non multo permiſtam ſanguine circa initiá in pulmonis morbo admodum ſalutarem eſſe, cum dixerit Hippo-

crates quarto Aphoriſmorum vigeſimo quinto, ſanguis quidem ſupra, qualiſcunque fuerit malus, & Galenus dixit, commento vigeſimo quinto, quando ipſe dicit ſupra, ſolam, quæ ſit per os excretionem, intelligemus. Huic dicendum fore arbitror, quod ſanguinem per os excerni, bifariam intelligi poteſt. Primo vt per rationem exeat accidentis, naturæ tamen opus ſequentis, vti accidit in inflammationis generatione circa os, vbi ſanguis in ſubſtantia tenuis ad os decumbit, cuius gingiuæ rariores exiſtentes, nequaquam ipſum continere valent. Sed naturæ opere ſui exonerationem deſiderantis ipſum pellit, & per os excernitur, & hic ſanguinis exitus per os, laudabilis eſt, & bonus, tum quoniam in loco affecto vetat inflammationis generationem, tum quoniam vim facultatis expultricis membri indicat ad propulſionem rei ſibi nocuæ, & hanc mentem habuit Hipp. VII. Aphoriſmorum, comm. trigeſimo ſeptimo, cum dixit. Quicunque euomunt ſanguinem ſi ſine febre quidem ſalutare, ſanguinem enim in ventriculo accumulatum, natura ventriculi tentans abolitionem rei ſibi pernocuæ mouetur ad eum pellendum, motu ſibi conuenienti, qui eſt vomitus, & hic quippe ſanguinis exitus per os, bonus, cum ſit per rationem accidentis, naturæ opus ſequentis ad excernendum rem ſibi incōmodam, ac nocuam. Et eandem mentem habuit Hippocrates ſecunda Prædictionum ſectione, quinquageſimo vbi ait, ſcreatio flaua, non multo ſanguine permiſta, in pulmonis morbo ſi inter initia excernitur, ſalutaris admodum eſt, per illam enim excretionem, vbi etiam ſolus ſanguis excernetur, indicatur in initio generationis inflammationis pulmonis, ſanguinem à ſuperficie continente inflammationem, rara quippe, & laxa, vt prædiximus reſudari, & inanes partes, ſeu cauitates pulmonis attingere, præſertim quæ aſperæ dicuntur arteriæ, oneratem quippe, quandoque verò pungentem, earum intimas ſuperficies, quo fit, vt tuſsis excitetur proprius pulmonis motus, quo ſanguis ille reſudatus ſurſum ad os feratur, & excernatur, bonus inquam eſt hic ſanguinis per os exitus, cum ſit per rationem accidentis, ſequentis naturæ opus, ad pulſionem rei nocuæ, vt iam diximus: ſecundo verò fit ſanguinis exitus per os, etiam per rationem accidentis, ſequentis tamen prauum opus, & naturæ admodum contumax, vti cōtingit vlcere in pulmone conſiſtente, quo ſanguinis conceptaculum erumpitur, aut aliqua violenta cauſa, & præternaturali idem ſcinditur, & ſanguis tuſsi ipſa ſurſum fertur, & per os excernitur, & hic exitus malus eſt, quoniam eſt per rationem accidētis, opus prauum ſequentis, & naturæ noxium, videlicet, venæ pulmonis eruptionem, & hoc voluit Hippocrates quarto Aphoriſmorum, vigeſimo quinto dum dixit. Sanguis quidem ſupra qualiſcumque fuerit, malus. At iterum quiſpiam dubitabit. Cum exitus ſanguinis per os, quandoque bonus ſit, quandoque verò malus. Quibus notis dignoſcemus hunc eſſe bonum, alterum verò malum, huic dicemus, ſicut ſententia eſt Galeni ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo. Notatu tamen dignum eſt, ſimilem fore viam exitus ſanguinis, facta reſudatione à pulmonis inflammatione raritate comitante ſuperficiem inflammationem obtinentem, & exitus ſanguinis ab exilitione, id eſt cum impetu eruptione conceptaculi ſanguinis ex pulmone, hinc enim, & inde eruptus ſanguis cauitates, & aſperas intrat pulmonis arterias, excitata verò tuſsi ſanguis ſurſū fertur ac per os excernitur, ab inuicem autem exitus ii duo diſsident, quoniam ſanguis, quem reſudatio ex pulmone prorumpit, tenuis eſt, atque exiguus: tum anguſtia pori, per quem fit reſudatio, tū quia tenuis tantum ſecernitur ſanguis. Qui verò ex eruptione cum ſaltu ſanguis ex pulmonis vena excernitur, maioris eſt copiæ, & ſubſtantiæ craſsioris: tum latitudine eruptæ venæ, tum quoniam ſanguis ſecundum totam ſui ſubſtantiam, tenuemque exilit, ac craſſam. Igitur vbi ſanguis per os excernitur, exiguus tenuiſue fuerit, bonus cenſetur: Vbi verò multus, ac craſſus extiterit, malus putabitur, vt dictum iam eſt. Cæterum adiecit Hippocrates: ſi ſeptimo die, pigriuſuè, minus ſecura eſt. Si enim hoc accidens videlicet flauæ bilis ſcreatio, non multo permiſta ſanguine ante primum quartum apparuerit, quoniam ob virtutem tunc fortem indicabitur concoctionis bonitas facta in ſanguine, vel tenui cum ſanguine materia reſudatione è pulmonis inflammatione excreta. Quo fit, vt delatus ſanguis ad os, ſcreatio bona, & tunc temporis ſalutaris proueniat. Vbi verò vſque ad diem

ſeptimum

A ſeptimum,vel longius accidens protrahetur, protraheturque & tempus concoctio nis morbi, ob quod facile abſolutionis virium periculum contingere poſſet, ob in dicatam morbi prolixitatem ex longitudine temporis, quo eget longa concoctio, & ob hanc cauſam dixit Hippocrates minus ſecura eſt:quoniam ſerie temporis lon giore alia multa vt ait Gal.poſſunt ægroto contingere incommoda,tum ægri culpa non bene ſe medico præbentis,tum aſsidentium etiam eorum,quæ forinſecu s con tingunt. Hanc ob rem dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo, ad inſtar verbi Hippocratis, minus ſecurum videri dixit, pluribus diebus talem permanere ſcreationem.

LI.

Omnis ſcreatio mala eſt, quæ non ſedat dolorem, peſsima autem nigra, vt deſcriptum eſt. Quæ verò ſedat dolorem omnis me
B lior eſt.

HABITO animo ad ſcreationis qualitatem, quantitatemque, & eius ſubſtantiam, atque tempus, Hippocrates iam edocuit præſagire de terminis acutorum aut ex acutis originem habentium, in hac dictione idem edocet ſumpto iudicio à ſcreatione ſecundum ſe, & dixit, ſcreatio omnis mala eſt,quæ non ſedat dolorem. At non lateat te, quoniam dolor non fit abſque vehementi ſenſu alterationis, vt ait Galenus ſeptimo de Decretis Hippocratis & Platonis.Vbi igitur aliqua noſtri corporis dolente particula,ab ea non tollitur vehemens illa ſenſus alteratio, quam particula illa è naturali conſtitutione exturbata ſuſcipit, facile ob vehementis alterationis ſenſum per calorem, aut frigus, membri natura corrumpi poterit, Quo fit,vt quæcunque dolorem non ſedant, mala ſint, ob hanc igitur cauſam cum ſcreatio ſit conueniens euacuatio eorum, quæ circa pectus dolorem progignunt,
C & ea dolor non ſedatur, dubio procul mala erit ſcreatio, tum vel quia ſecernitur materia aliena à materia dolorem faciente, vel quoniam id contingit per rationem accidentis,& nō per naturam repurgantem à parte dolente materiam dolorem du centem. Contra verò, vbi ſcreatio dolorem ſedat, bona eſt, quoniam amouendo vehementem ſenſus à membro alterationem,ipſum ad ſui reſtituetur naturam, cum qua lætatur,& rectius ſuis fungitur operationibus, & ob hoc ſalubritatem ſibi vendicabit. Iterum te ſcire oportet, vt eſt Galeni ſententia ſecunda Prædictio num ſectione, commento quinquageſimo, quod vbi etiam ſcreatio dolorem non ſedaret, non ob hoc te præſentire conuenit de futura ægrotantis perditione, ſed vt exquiſitius in iudicio procedas, alia debes coniectari indicia, tum maiora, tum mi nora futuri mali in morbis ſignificatiua. Veluti vbi acciderit, quempiam dolore lateris laborare, doloremque ſcreatio non ſedet, ipſaque exiſtente crocea, vel rubra, vel alterius vitiati coloris, nedum mala eſt, quia dolorem non ſedat,ſed peior, quoniam vitiato affecta eſt colore. Quòd ſi colore afficiatur nigro, peſsima erit, futuram ægroto perditionem promittens: quoniam natiui caloris extinctionem indicat,nedum membri dolore affecti, verum & facultatis totum corpus regentis. Iterum notatu dignum eſt, vt ait Galenus commento eodem,vbi ſcreatio dolorem ſedet,appareatque eadem praui coloris,ab eo veluti à malo indicio nequaquam ter
D reri debes,ſed conuenit te prudenter coniectare, an prauus, & vitiatus ille affuerit color per rationem accidentis, vt videlicet ſputum ab aliqua tingatur re occupante vel vias pulmonis, vel oris, vel humiditas quædam reſurgens à ventriculo ad os, vel à capite illic irruente, & vbi ita fuerit, non opus erit te iudicium bonitatis ſcreationis permutare:cognoſces autem tu rem tali ſe habere modo,ſi cum doloris ſedatione virtus perpetuo valida permanſerit, vel coniectari debes an prauus ille color in ſcreatione apparens huiuſmodi fuerit per motum naturæ repurgantis membrum dolore affectum à materia, vti à cauſa morbi contentiua. At hoc tibi notum erit,ſi vires ægrotantis valide perdurauerint,atque leuitas in affecto membro in propatulo fuerit.Hæc enim ſi adfuerint, ſedato quippe dolore ſpem,& futuræ ſalutis confidentiam ægroto facile promittent. Non ab re igitur dixit Hippocrates, quæ verò ſedat dolorem omnis melior eſt.

De Purulentis. LII. A

Quicunque dolor in his affligit ſedibus, non deſinens, neque ſcreationis purgatione, neque ventris ſubductione, neque venæ inciſione, ac medicamento, & victus ratione, in ſuppurationem verti ſciendum eſt.

IAM Hippocrates ex proxima dictione edocuit præſagia iudicio ſumpto à dolore in morbis circa pulmonem, & pectora infeſtante. At quoniam à dolore & morbo in his ſedibus non deſinentibus facile temporis proceſſu ſuppuratio progigni poteſt, autore Hipp. V. Aphoriſ. octauo inquiens. Quicumque à morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ad ſuppurationem vertun- B tur. Ideo in hoc ſermone edocet præſagire de termino morborum, habita mente ad ſuppurationem ex prædictis morbis ortum habentem, & dixit. Quicumque dolor in his affligit ſedibus, non deſinens, ait Gal. id eſt. Quicunque dolor circa thoracis, ac pulmonis ſedes, non deſinit adhibitis ſubſidiis, eum ſuppuratum expectabis. At ſcire debes, vt ait Gal. VI. Aphoriſ. comm. XXVII. proprie illos ſuppuratos Hipp. nominare, qui pus habent in ſpatio, inter thoracem, atq. pulmonem, & idem voluit Gal. VII. Aphoriſ. comm. XLV. vbi ait. Præcipuè verò ſuppuratos illos ferè ſolos nominat Hipp. quib. inter thoracem, atq. pulmonem aceruatum eſt pus, communi tamen acceptatione ſuppuratos dixit Gal. Hipp. nominare, non tantum eas, quæ ſunt in thorace ſuppurationes, ſed in quauis alia parte ad pus alterata tubercula, nunc autē nos Hipp. de ſuppuratis in prima ſignificatione loqui putamus, tum quia ſermonem habet de dolore, qui circa pulmonis, ac thoracis ſedes affligit, tum quoniam eam accipit ſuppurationem, quæ ſcreatione repurgatur, dixit enim Gal. VII. Aphoriſ. comm. LV. videtur autem, & humorem illum, qui eſt C inter thoracem, atque pulmonem in ſuppuratis expui cum tuſsi, & item ſcire oportet ſuppurationem hanc ideo fieri, quoniam morbo thoracis, aut pulmonis laborātes, ſi nō expurgantur per ſputa, ait Gal. V. Aphoriſ. comm. octauo, ob hoc ſi non repurgantur, effunditur pus inter pulmonem, & thoracem in morbo præſertim laterali, cuius decretorius terminus eſt, quartus decimus dies, in quo ſi non repurgatur, æger ſuppurabitur, vt ait Hipp. V. Aphoriſ. octauo, & huic alludens Hipp. ſecunda Prædictionum ſectione, LII. modum, & generationis viam ſuppurationis oſtendens, dixit. Quicumque dolor in his affligit ſedibus thoracis videlicet, & pulmonis, non deſinens quippe dolor, ſed perdurans quoad in ipſis ſedibus ad terminum decretorium peruenerit, adhibitis quippe preſidiis, quibus dolor, aut morbus in his ſedibus repurgari conuenit, vt neq. purgatione per ſcreationem admodum ſuppurationis curationi idoneam, autore Gal. quarto Aphoriſ. comm. ſecundo: vbi ait. Et quæ per tuſsim expurgantur quæcunque in pectore ſunt, atq. pulmone, & VII. Aphoriſ. comm. XXXVII. dixit. Quæcumque verò extuſsimus ex aſpera arteria, & pulmone feruntur. Neque ventris ſubductione, neq. præſidiis aliis, qui- D bus pulmo, & pectus expurgari conuenit, itaque ſi horum vel ſeorſum, vel ſimul prædicta membra in termino ſuæ decretoriæ purgationis non repurgantur, dubio procul pus inter thoracem, & pulmonem effundi, neceſſe eſſe putabimus, præſagiemuſq. ægrum ſuppuraturū, aut forte fortuna moriturum, ſi illi patienti in his ſedibus dolorem, comitentur ſigna exitioſa, præſertim anhelitus anguſtia, cum detento ſputo, & febre magna, quæ omnia in vnum coëuntia, hominem repente ſtrangulabunt, autore Galeno quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo quarto.

LIII.

Quæcunque ſuppurantur, dum ſcreatio bilioſa eſt, exitioſa admodum ſunt, ſiue vicißim bilis, ac pus, ſiue ſimul excernantur.

BINAM huius nominis, ſuppuratio, ſignificationem in proxima attulimus enarratione, præcipuam videlicet, quæ pus effuſum, atque concretum inter thora-

cem

cem, & pulmonem ſignificat, & communem, non tamen eam, quæ in thorace ſup
A puratiónem, ſed in quauis alia parte. etſi perſpicua ad pus alterata tubercula ſignificantem, vt ait Gal. VII. Aphoriſ. comm. XLV. & ſecunda Prædictionum ſectione, comm. LIII. Propterea, vt exactius ſermonem hunc Hipp. vti Gal. placuit, lucidum faciamus, dicemus ipſum velle præſagire de termino præcipue ſuppurationis ad bonũ, vel malum, vt pariter quoq. hoc præſagio præſagire ſciamus terminum ad bonum aut malum cõmunis ſuppurationis: & dixit. Quæcunque ſuppurantur præcipue, id eſt, per pus effuſum atque concretum in ſpatio inter thoracem, & pulmonem dum ſcreatio biliosa eſt, exitioſa admodũ ſunt, tũ ratione bilis, cuius eſt pars acutiſsima, vt dixit Gal. tertio Aphoriſ. comm. XIIII. & eius vapores ob locum ſuppurationis propinquum cordi ad ipſum porriguntur, & febrem accẽdunt, auto re Gal. II. de Criſibus, cap. X. vbi ait, quoniam autem cordi proxima eſt, facile ei aliquid inflammationis impartiet, quòd ſi hoc eſt, febricitabit animal, tum puris ratione ſuo putrido halitu maxime offendens cor. Quòd ſi bilis, & pus, vel ſeorſum,
B vel ſimul, ſui mala qualitate pertingant cor, contumaci intemperie afficient ipſum, ac perinde necis periculum futuræ ægrotantis imminebit.

LIIII.

Potiſsimum verò quoties ſuppuratio excerni ab eiuſmodi ſcrẽtione ſeptima die ægrotationis incepit.

CVM non omnis dierum numerus aptus ſit ad iudicationem, vt ait Gal. quarto Aphoriſ. comm. XXXVI. ob hoc, vt dignoſcamus, firmiuſq. iudicemus, qua die ſcreatio à ſuppuratione excreta, quando bona, quandoue mala fuerit, id in hac dictione indicat Hipp. Sed te ſcire oportet, quòd criſes in morbis dieb. factæ decretoriis qualeſcumque fuerint, maiorem habere firmitatem iudicationis, ſiue bonæ fuerint, ſiue malæ, quàm in cæteris aliis diebus vel indicatoriis, vel interciden-
C tibus, vt dixit Gal. ſecunda Prædictionum ſectione, comm. LIIII. At cum omnium decretorium dierũ ſeptimum dicimus primum, nedum numero, & ordine primum, verum poteſtate, & dignitate, vt ait Gal. primo de Diebus decretoriis, cap. quarto, tum quoniam omnes decretoriorum dierũ notas occupat, quin etiam pluri mos iudicat, & abſolute, tum cum manifeſta excretione, aut abſceſſu, & ſine vehementi periculo, ideo Hipp. iudicio habito à ſcreatione, excreta ſuppuratione inchoataque ſeptimo die edocet præſagire de eius firmitate in bonitate, & in malitia, & dixit, potiſsimum verò ſcreatio bona erit indicatio, vel mala, videlicet futuræ ſalubritatis, vel inſalubritatis ſuppurationis, ſi ſeptimo die excerni continget ab hora inceptionis ægrotationis, & huius rationem attulit Gal. quarto Aphoriſ. comm. LXII. vbi ait, ante ſeptimum iudicatoriæ bilem effundi eſt impoſsibile. Vbi igitur quiſpiam ſuppuratus ab initio ſuppurationis, die ſeptima bilioſam excernet ſcreationem, ſi æger, vt inquit Gal. melior ducatur, iudicatio bona, firmaq. eo pronuntiabitur die, atque in cæteris ſequentibus iudicatoriis diebus, melior ſignificabitur iudicatio, ob id Galeni verbum primo de Diebus criticis. cap. quarto. quin etiam ſeptimus dies plurimos iudicat decretorios, & abſolute. Vbi verò ſuppuratus taliter deſpuens ſeptima die deterior efficiatur, eo quippe die iudicatio firma erit ad malum, & in cæteris diebus decretoriis ad peius. vtrobique enim die
D ſeptima ſcreatio ex ſuppuratione firmum erit indicium aut ad bonum, aut malum. in aliis verò non decretoriis diebus minime, cum non ſint dies iudicationis, vt ait Galenus primo de diebus decretoriis.

LV.

Screantem verò talia mori quarto decimo die ſperari poterit, niſi bonum aliquod ſibi acciderit.

CVM vnum ſolum prognoſticum indicium in morbis ſufficiat ad mortem prædicendam, bonum autem non vnum tantum, ſed multa ad ſalutem promittendam, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo ſexto. Ideo cum Hippocrates proximo oſtenderit ſcreationem bilioſam ac purulẽtam in die ſeptima ab inceptione ſuppurationis, in ea indicium eſſe exitioſum, pro

culdubio ipſum ſolum ſufficiet ad ſuppurati mortem pronuntiandam. At quoniam A vtile eſt, atque curioſum in morbis exitialibus nedum prædicere ægrum perditurum, verum & diem, quo perditurus eſt æger, Hippocrates in hoc ſermone ob hanc cauſam edocet præſagire diem futuræ necis ſuppurati ægri, cuius ſuppuratio die ſeptima ſcreatione excernitur, & dixit ſcreantem verò talia, id eſt ſcreationes bilioſas, aut purulentas die ſeptima ab initio ſuppurationis mori die decimo quarto quis ſperare poterit. At te intelligere oportet, quod prædictum indicium apparens in ſuppurato ſeptima die, neceſſe eſt eo procedente, ægrum moriturum, aut videlicet decimo quarto die, aut vltra necis tempus prorogabitur, aut celerius decimo quarto die mortis prouentus ægrotanti ſuperueniet. Neceſſariò inquam ſuppuratus morietur, quoniam vt prædiximus vnum ſolum indicium exitioſum ad inducendam ſuppurati mortem eſt ſufficiens, ſerius autem, vel celerius moriturum indicant indicia plura, & pauciora, bona aut mala eidem exitioſo indicio adiuncta. B Vbi igitur in ſuppurato die ſeptima hoc adfuerit indicium videlicet bilioſa ſcreatio, & purulenta, aut bilioſa, & non purulenta, aut purulenta, & non bilioſa, cæteris aliis mediocritatem habentibus vt ex ætate, temperatur, loco, regione, ac facultate, vt ait Galenus, ſuppuratum decimo quarto die moriturum expectandum eſt, cum enim indicium hoc ſuppurati morituri medium ſit, inter indicia eiuſdem ſerius morituri, & indicia promittentia eundem celerius mori. Pariter quoque & dies decimus medius ſit decretorius inter ſequentes decretorios, ac præcedentes, cum ſanè id indicium exitioſum mortem ſuppurato denuntiet, non niſi quarto decimo die morietur, vbi verò mitiora indicia huic indicio adiungantur exitioſo, moriturus quippe hic ſuppuratus eſt, ſed vltra quartum decimum diem illius mors prorogabitur, & tanto plus, quanto plura, mitioraque indicia eidem copulabuntur, & ſanè minus, ſi pauciora, & mitiora. Vbi verò eidem exitioſo ſigno, mala, atque exitioſiora indicia iungentur, ſuppuratum perditurum ante decimum quartum diem indicabitur, à ſeptimo die inceptionis ſuppurationis, & tanto celerius, quanto plura, ac deteriora eidem permiſcebũtur indicia. C Et ob hæc oportet te animaduertere, quod morituris vnũ ſolum exitioſum indicium, etſi omnia alia bona ſint indicia, ad mortem ſufficit inducendam. In conualituris verò, plura requiruntur indicia bona ad ſperatam ſalubritatem concapeſcendam, & tu in hoc vide mal. ſecunda Prædictionum ſectione, comm. LV. & primo de Diebus decretoriis. Cæterum adiecit, niſi bonũ aliquòd illi acciderit, non vt ob hoc credere quis debeat, ſuppuratum adhuc cum exitioſo illo indicio, & bonis ſignis adiunctis omnino conualiturum fore, ſed quippe morietur: ex pluribus tamen bonis, & fortiſsimis adiunctis ſignis, ſperari poteſt ſuppuratum talem plus temporis duraturum.

L V I.

Bona vero hæc ſunt, facile morbum ferre, bene ſpirare, dolore vindicatum eſſe, ſputum facile extuſsire, corpus æqualiter calidum videri, ac molle, ſiti non detineri, vrinas, deiectiones, ſomnos, ſudores, ſingula intelligere bona, vti præſcriptũ eſt, ſuccedere ita enim D omnib. his euenientibus, homo haud ſanè morietur, quod ſi ex his alia adfuerint, alia non, vtique nõ vltra quartumdecimum diem viuens ægrotus perierit. At horum contraria, difficulter tollerare morbum, ſpirationem magnam eſſe, ac crebram, dolorem non ſedari, ſputum vix extuſsire, ſiti admodũ conflictari, corpus ab igne inæqualiter haberi, ventrem, & coſtas calidas valde eſſe, frontem autem, ac manus, & pedes algidos, vrinas, deiectiones, ſomnos, ſudores, mala ſic, vti deſcriptum eſt, noſce ſingula, nam ſi horum quodpiam ſputo ſuperueniat, prius ſanè, quàm diem quartum decimum attigerit homo decedet, vel nono, vel vndecimo, ita

nimirum

A nimirum coniectari oportet, vt hoc pote facile exitium, portendente ſputo, nec in quartum decimum diem deducente: porrò euenientia bona ac mala expendentem, ex his prædicere, antefarique oportet, ita enim fiet, vt veritatem quis maxime conſequatur.

CVM omnium motus inæquales, & eorum, quæ plurimum diſtant, temperaturas damnent, & omnium motus æquales', & eorum, quæ maximè appropinquant temperaturas perficiant, autore Galeno primo de Criſibus, cap. quinto, ſi morbis acutis accidentia ſuperuenerint in humoribus corporis inæquales cauſantia motus, atque plurimum à natura diſtantia adeo temperaturas mutabunt, vt ab his contingant ſigna morborum mala fieri, quæ morbos indicabunt, & forte fortuna mortem. Pariter quoque contra, vbi eiſdem aduenient accidentia in humoribus corporis æquales motus progignentia, atque maxime naturæ propinqua, no B ſtri corporis adeo temperaturas perficient, vt ſpes, & confidentia ſalubritatis concreſcat, & ab his ſumuntur ſigna bona. Propter hæc igitur Hippocrates in hoc ſermone agens ad veritatem illius verbi in proxima dictione ſcripti, videlicet, niſi bonum aliquid ſibi acciderit, enarrat quæ ſunt ſigna bona, & qualia quibus ægroto ſalutem promittere facile poterimus ſi illis nullum aliud prauitatis ſignum accumulabitur. Quòd ſi aliquod eis contigerit, nedum futuri morbi periculum, verum & necis pronuntiare valebimus, cum præſcriptum ſit ſolum ſignum vnum malum, & exitioſum ſufficere ad futuram necem prædicendam, numeratque Hippocrates ſigna mala, quibus exacte nedum morbum, verum & mortem poterimus præſagire. At ob hæc ſume tu tres has præſagitiones. Vnam ſi bona omnia adfuerint ſigna, ſanitatem promittes. Alteram ſi cum bonis quoddam malum adfuerit ſignum, morbum pronuntiabis. Tertiam, vbi mala omnia aderint ſigna indubitatam C mortem prædicere poteris. Reliqua autem ſententiæ Hippocratis in hoc ſermone dicta ab eo, & Galeno ſupra præſcripta ſunt, à nobiſque commentata, ob quam rem quod ſuperuacaneum eſt explodens, ea omittam.

LVII.

Aliæ ſuppurationes rumpuntur plurimæ vigeſimo die: Aliæ trigeſimo: Aliæ quadrageſimo: Aliæ ad ſexageſimũ diem deueniunt.

VBI ſententię verborum Hippocratis attendamus, prima Prædictionum ſectione, commento trigeſimo quinto, & trigeſimo nono & ſerie verborum, cum dixit in hac dictione, aliæ ſuppurationes, rationi conſentaneum videtur, ipſum in hoc ſermone loquuturum de ſuppurationibus aliis ab his, quæ circa thoracem, & pulmonem fiunt, quæ in quauis alia parte etſi perſpicua ad pus alterata tubecula fiunt, vti Galenus loquitur ſeptimo Aphoriſmorum, commento quadrageſimo quinto. Vbi vero continuitati præſentis, & iam inchoati ſermonis animum habeamus. Sanè ſequemur Galeni mentem putantis Hippocratem de ſolis ſuppurationibus, quæ circa pulmonem, & pectora fieri contingunt, quoniam nedum in aliis ſuppurationibus ſub communi ſuppuratione comprehenſis, accidit eruptionem fieri die vigeſimo, & quadrageſimo, donec etiam ad ſexageſimum tempus ſuppu- D rationis perueniat, verumetiam id accidere contingit in his, quæ thoracem, & pulmonem occupant, quoniam in his etiam accidit ſuppurationes perfici, & eruptiones fieri nedum decimo quarto die, verum & vigeſimo, ac quadrageſimo, ſexageſimoue, & hoc ſecundum diuerſitatem temporum, & ætatum, & naturæ humorum, & ſedum, in quibus ſuppurationes fieri contingunt. Sedes enim calidior, & mollior celerius ad perfectam ſuppurationem atque eruptionem ducit, vt dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo ſeptimo: tum quoniam calidum, & humidum facilius ad putredinem pręparat, vt ait Ariſtoteles quarto Meteororum: tum calida citius mouent, & mouentur ad criſim, vt voluit Galenus primo de Criſibus. Porrò quæ putreſiunt ex calido, & humido afficiuntur, vt ait Galenus quarto Methodi curatiuæ, cap. quinto, & ob hæc ſedes frigida ſerius ad ſuppurationem perfectam, & eruptionem ducet, humores

quoque ſi calidiores citius, ſi frigidiores tardius ſuppurantur. Temperies quoque calidior, & ætas, tempus, & loca,& vires vigentes,omnia quippe ociſsime ſuppura tionem perficiunt, his verò frigiditate, contraria pluri egentia tempore,ſerius per fectam ſuppurationem attingunt.Non admiraberis igitur tu, quamuis ſuppuratio accidat circa pulmonem, & pectora, cum ratione exuperãtis caloris eorum in ſepti ma die ſuppuratio perfecte, atque eruptio prouenire poſsit, licet raro, vt primo de Criſibus Galenus dixit,& caloris ratione eo exuperante remiſsioris in decimo quarto die,& adhuc remiſsioris in vigeſimo,& quadrageſimo,inde prædicta mem bra in frigidum irruentia in ſexageſimo die ſuppurationem perfectam, atque eruptionem admittent: pariter quoque volo te coniectari ſecundum exuperantiam caloris alieni,aut eius remiſsionem prouentum ſuppurationis perfectæ,& eruptio nis in morbis, qui thoracem, & pulmonem affligunt celerius, aut tardius contingere.Ad hanc igitur præſentis dictionis intelligentiam dixit Hippocrates.Aliæ ſup purationes, id eſt, quædam, quæ circa prædicta affligunt membra, plurimæ vigeſimo ſuppurantur, & rumpuntur die, quoniam rarius ſeptimo, modo verò medio decimo quarto die ſuppurationes perfectæ, ac earum eruptiones contingere ſolent, quoniam horum primis diebus ſuppurabilis materia non adeo paratur ſuppu rationi,atque eruptioniquoniam vterque actus eget tempore, cuius proceſſu ope rans calor ſecundum naturam quippe alieno permiſtus calori, ſuppurationem progignit, atque eruptionem. Adiecit igitur Hippocrates,aliæ trigeſimo, aliæ qua drageſimo, aliæ ad ſexageſimum diem deueniunt.

A

B

LVIII.

Conſiderari oportet, ſuppurationis initium fore, colligentes à die, quo primum homo febricitauit, aut quo rigor eum prehendit: & ſi dixeris pro dolore ſibi ineſſe pondus in loco, quo dolore afficiebatur, hæc enim fiunt inter initia ſuppurationis. Ex hoc igi tur tempore expectare puris eruptionem ad prædicta tempora oportet.

C

NON erumpitur pus per naturam, niſi perfecta fuerit ſuppuratio, aliter enim ſuppurationis eruptio ſymptomatica erit, quæ nullius, aut pauci iuuaminis ægrotantis erit:eget igitur tempore ſuppuratio, vt ad perfectionem deueniat,qua tali exiſtente completa inde pus erumpatur. Hippocrates igitur in hoc ſermone edocet indicia quibus præparata ſuppuratione præſagire poterimus prædictis diebus puris eruptionem fiendam eſſe,& dixit.Conſiderari oportet ſuppurationis ini tium fore.At oportet te animaduertere Hippocratẽ initii nomine non cœpiſſe pri mum diem, quo inflammatio thoracis, atque pulmonis exoritur, neque tempus latitudinem habens ab huiuſmodi primo die, donec perueniret dies quartus, quo niam tam breui temporis ſpacio, materia inflammationis ſuppurabilis haud quaquam parata eſt, vt putreſcere incipiat,ſicut pluries edocuit Galenus primo de Cri ſibus, rationi enim conſonum eſt, vt inflammationis materia concoquatur prius quàm putreſcere incipiat, quod fieri nequit die quarto, minuſue citra ipſum: eſto etiam quod febris adſit. Sane igitur initium ſuppurationis, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo octauo Hippocrates voluit tempus, in quo febris maior redditur anteriore eiuſdem inflammationis febre. At & vbi cum ea prouentus rigoris apparere incipiant, tunc dices tu materiam inflammationis in pus verti initium cœpiſſe,iuxta illud Hippocratis ſeptimo Aphoriſmorum, quadrageſimo ſeptimo, dum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt magis quàm iam confecto. Sanè igitur in inflammatione alicuius partis corporis nobilioris, dum febris magnificari incipit ab ea ante quæ in eadem fuit inflammatione, initium ſuppurationis eſſe dices. Tunc enim incipit febris intendi,quoniam inflammatione non abſoluta,neque eius materia auxiliis adhibitis etiam diſcuſſa, ſuppuratur, à quo inde pure magis incenditur febris anteriore

D

iam

A iam facta, ob maiorem putredinis effumationem cordi, & permeationem illius per ſpiritum, & ſanguinem ad omne corpus, autore Galeno primo de Differentiis febrium, cap. tertio vbi ait. Partes etiam quæ inflammationem patiuntur ratione putredinis febrem accendunt, intruſus enim in his influens humor, cum non bene diffletur, putreſcit. Putredo namque materiæ caliditatem addens, vt ait Galenus in libro de Sanguinis miſsione, proximam calefacit partem, ſimulque alias, donec ad cor comunicatio pertingat, & febrem accendat, exacerbatque. Eandem quoque mentem habuit Galenus ſecundo de Differentiis febrium, cap. vndecimo, & in libro de Inæquali intemperie. Rigor quoque cum pus fieri incipit, cum febre ægrotanti contingit, quemadmodum vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo octauo. In malignantibus vlceribus, aut putredinoſis affectionibus rigor accidit: vt etiam eſt Galeni ſententia in libro de Rigore, cap. ſeptimo: quoniam generati puris acrimonia mordens, ac derodens ſibi adiuncta corpora rigorem committit, ait enim Galenus eodem in loco, inflammationi etiam B dum ad apoſtema vertitur, horrorem, & rigorem adeſſe operæpretium eſt: cæterum & ponderis perceptio, cum enim inflammationis pus progignitur, poſt quippe puris generationem, humor, qui in pus commutatur, diſperſus in partibus inflammatione affectis, accumulatur in vacuitatibus omnis partis continuis parti, quæ inflammatione vexatur, & hoc ſane ſenſum ponderis in parte, quę inflammatione laborat, oſtendit. Dixit enim Galenus ſecundo de Ratione victus in morbis acutis, commento decimo: pondus in parte aliqua corporis accumulationem indicat materiæ, partem illam grauitantis, igitur cum in corpore, cuius pectora, aut pulmo inflammatione laborant, hæc tria eſſe dignoſcuntur, febris videlicet, rigorque, & pondus partis prius dolentis, ſanè illius dolore deſinente, vt eſt verbum Hippocratis ſeptimo Aphoriſmorum, quadrageſimo ſeptimo dicentis, magis quàm iam confecto pure, ſanè tunc præſagire poteris initium ſuppurationis tunc cepiſſe, & eius eruptionem fiendam fore prædictis diebus, videlicet vigeſimo, vel quadrageſimo, aut ſexageſimo die. C

LVIIII.

Si ſuppuratio in altero latere tantummodo fuerit, vertere, atque ediſcere conuenit in his, vtrum in altero habeat latere dolorem, & vtrum calidius, quam alterum ſit, atque eo in incolume latus cubante, requirere oportet, num aliquod deſuper onus illi pendere videatur, ſi enim id fuerit ſuppuratio in altero latere fatiget vtrouis onus exiſtat.

INDITIA affert Hippocrates in hoc ſermone, quibus poterimus ſedem inflammationum circa pectora dignoſcere, num videlicet inflammatio adſit, vel futura D ſit in dextra, vel ſiniſtra pectoris parte, aut in vtraque, & dixit. Si ſuppuratio in altero latere tantummodo fuerit, dignum conſideratione eſt, membranas quaſdam interſepientes à natura thoraci animantis condonatas fore, quibus animantia ipſa magnam adipiſcuntur vtilitatem, vt eſt Galeni ſermo ſexto de Vſu partium, cap. tertio, & ſeptimo de Adminiſtrationibus anatomicis, & huius recordatur Galenus, ſecunda Prædictionum ſectione, commento quinquageſimo nono. Thorax enim valentibus membranis ſecundum eius longitudinem ſuperne deorſum ferentibus interſepitur, & valide infiguntur: parte quidem poſteriore ſpinæ vertebris, anteriore verò oſsi medio pectoris. At earum membranarum vtilitas prima, & maxima eſt, ait Galenus, vt thoracis ventres duos conſtituant, vt ſi forte fortuna magnum in alteram eius partem vulnus acceptum fuerit; reſpirationis munus eius partis peribit. reliquus verò venter incolumis, dimidium ſaltem actionis reſpirationis obtinebit. Altera verò eſt vtilitas, quam thorax ex membranulis illis accipit, videlicet, vt ob has thoracis partes dextra ſcilicet, ac ſiniſtra, nullam ſimul

ſocietatem obtineant. Quo ſit, vt ſuppurationes, quæ thoracis partem dextram af- A
fligunt ob interſepientem illam membranam ſiniſtram thoracis partem minime
oſtendere valeant. Materia enim, quæ in dextra decumbit parte thoracis ob eam
interſepiẽtem membranam veluti parietem haudquaquam tranſmeare poterit in
ſiniſtram, & contrà, ſicut non contingit in pulmone, & peritonæo. Dixit enim Gale
nus ſeptimo de Aggreſsibus anatomicis membranam coſtas ſuccingentem nomi-
tam, indumentum eſſe quoddam quaſi tunicam quandam omnium ſpirationis in-
ſtrumentorum, omnibus enim intra thoracem inſtrumentis, membrana hæc ob-
ducitur, à qua membranulæ thoracem interſepientes ortum ſuſcipiunt. Pariter
quoque & peritonæum, membrana quædam eſt, quæ vaſis alimenti prætenditur,
quæ vtique infra ſeptum habentur, hæc verò à ſuccingente euariat, quoniam vna
tantum eſt, ſuccingens verò duplex. ob hanc igitur rem te non admirari volo, ſi à
dextra ad ſiniſtram, & contra eorum, quæ peritonæo teguntur, materia, aut pus
tranſmeare poterit, vtramque videlicet, & dextram, & ſiniſtram partem offendens.
Quod ſanè fieri non poteſt in thoracis partibus, vt prædictum eſt. Pariter quoque B
de pulmone, uti de his, quæ intra peritonæum conſiſtunt dicemus, videlicet, quo-
niam pulmonia quoties in ſuppurationem vertitur, in vtraque ſcilicet dextra, & ſi-
niſtra parte colligi poteſt pus, huius cauſam attulit Galenus ſexto de Vſu partium,
capite tertio. Quoniam totus pulmo membrana interſepiente tegitur, ac vndique
obducitur. Quo fit, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento
quinquageſimo nono, vt in vtraque pulmonis parte potius quàm in altera colliga
tur pus, per coſtalem verò ſuppurationem in altera, potius quàm in vtraque. Igi-
tur cuius partis thoracis, dextræ, vel ſiniſtræ ſuppuratio fuerit, indicia hæc ſunt, pri
mum ex dolore, vbi enim dolor in particula aderit, illic fluxio decumbet, autore
Galeno quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo tertio, & tertio Me-
thodi curatiuæ, cap. quarto. At & vbi dolor diuturnatur, illic gignitur ſuppuratio,
vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſecundò. Indicium
autem hoc perſpicuum eſt, quoniam Galenus dixit quinto Aphoriſmorum, com- C
mento quinquageſimo tertio dolorem facere nos cognoſcere, vbi ſuperfluitates
natura propulſet, ſecundum indicium ex differentia caloris habetur, calidior enim
pars eſt, in qua ſuppuratio fienda eſt, dixit enim Galenus in libro de Curatione
per ſanguinis miſsionem, putredinem caliditatem ſuperaddere materiæ, & hoc Ga
lenum dixiſſe putamus, cum dixit ſeptimo Aphoriſmorum, commento primo. Cum
verò inflammationis calor adeo vehemens fuerit, vt ad ſe trahat per modum cu-
curbitulæ ex toto corpore ſanguinem. Tertium itaque indicium eſt, vbi ægro cu-
bante ſuper latus incolume, perſentit onus aliquod deſuper pendere, quoniam vt
ait Galenus tertio de Ratione victus acutorum, onus quod ſanè in particula corpo
ris præſentitur, accumulatam in ea materiam fore ſignificatur, Igitur vbi tria hæc
in vnum coëant, videlicet, dolor, & calor, atque ponderis ſenſus, in altero, vel in
vtrouis latere, illic ſuppuratio fatigabit.

LX.

Omnes agnoſci purulentos indiciis conuenit. Principio ſi fe- D
bris non dimittit, ſed interdiu tenuior, noctu vehementior eſt, ſi
copia ſudoris elicitur, ac tuſsiendi cupiditas eſt, nec quicquam ta-
men dignum commentatione expuunt, ſi oculi caui redduntur,
maxillæ verò ruborem trahunt, & vngues manuum curuantur, di
giti vero potiſsimum ſummi caleſcunt, atque in pedibus tumores
conſiſtunt, neque cibum appetunt, ac puſtulæ circa corpus erum
punt.

Nempe

A NEMPE puto neminem morbum curare, vbi eum non prius dignoſcat, autore Galeno primo de Ratione victus in acutis, vbi ait, nam inprimis, quis nam ſit morbus dignoſcere oportet, deinde curationem ipſius ita aggredi,idem quoque habes à Galeno quarto Methodi curatiuæ, cap. quarto vbi ait. Nam & noſce affectum à principio plerumque licet, & indicationem ab effectu ſumi eſt neceſſe. igitur agens Hippocrates ſuppurationis præſenſiones ob illam, quam in eius cura vtilitatem afferunt,neceſſario habuit ſuppurationem dignoſcere, merito igitur in hoc ſermone edocet indicia quib. ſuppuratos ipſos cognoſcere valeamus,& dixit omnes agnoſci purulentos indiciis conuenit,ſi eos rectè, exacteque curare putamus, vbi enim in eorum cura quiſpiam aberrauerit,ii in tabem vertentur. Quod ſanè deterrimum eſt, iuxta illud Hippocratis quinto Aphoriſmorum decimo quinto, quicunque ex morbo laterali ſuppurantur,ſi in quadraginta diebus purgantur, à die qua fit ruptio liberantur: ſi verò nō ad tabem tranſeunt, vbi tamen nominat Hippocrates eam, quæ eſt in pulmone vlceroſam diſpoſitionem autore Gale- B no quinto Aphoriſmorum, commento vndecimo, quam cōmuniori quippe nomine phthiſim appellauit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum,commēto decimo ſexto, & eſt omnis corporis conſumptio ob vulcus pulmonis inſanabile.Igitur cum purulenti, qui tales ſunt, quorum ſuppuratio in thorace, ac pulmone ſedem habet, cuius poſt eruptionem pus inter thoracem, & pulmonem continetur. At hoc ſanè,vt ait Galenus, niſi cito detuſsiendo exſcreetur, hi tabidi intereunt. Ob quam rem medicum vti prouidentia optimum eſt, vt quàm ocyſsime, priuſquam æger contabeſcat, modo omni eruptum pus à medio ſpacio inter thoracem, ac pulmonem ipſe excernere cogatur. Hoc autem medicus efficere nequibit, niſi ægrum ſuppuratum eſſe per indicia dignoſcat, atque & ipſum eruptum fore. Sane horum indiciorum primum eſt febris,quę à principio ægrum non dimittit. ob enim ſedes ſuppurationis admodum cordi propinquas eſſe putridi fumi ob putredinem calidiores effecti, facile cor attingunt, & in eo, & toto corpore febrem accendunt,vt pla- C cuit Galeno ſecundo de Criſibus cap. decimo. At notatu dignum eſt, vt ait Galenus primo de Differentiis febrium, cap. nono quod ex horum membrorum thoracis videlicet, & pulmonis inflammationibus ſi non recta adhibeatur cura hecticæ inſequuntur febres, præſertim ex eorum ſuppurationibus, & phthiſi. Quo fit, vt ſuppurationis indicia facile cum indiciis tabis ferè coëant. Vbi igitur purulenti non exactè curati,tabidi euadant, tenuiter quippe febricitantes fiunt, dixit enim Galenus quinto Aphoriſmorum, commento decimo quinto, tabem totius eſſe corporis conſumptionem cum febre parua, lenteſcit autem febris hectica ob eius defectum putredinis in vaſis, à qua directius cor offenditur, & ipſa vehementiorem exacerbat febrem, at quoniam febris ſuppurationem comitans à medio inter putredinem, & non putredinem ortum habet, vt ait Galenus quinto de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. ſexto. Ideo ipſa non ſemper eadem conſiſtit, ſed ſanè interdiu tenuior exiſtit,noctu verò vehementior eſt,huius autem cauſam vide tu à Galeno,& cætera hecticæ febris indicia ſecunda Prædictionum ſectione, D commento ſexto, & primo de Differentiis febrium, & tertio de Præſagitione ex pulſibus,cap. tertio.Alterum indicium eſt ſudoris copia, in ſuppuratis quippe, ac hecticis ob virium imbecillitatem, reſoluto enim corporis habitu, ſudoris copia prouenit, vt ait Galenus tertio de Symptomatum cauſis, cap. ſecundo. In his enim alimentum præindigeſtum ad membra ſparſum in ſudorem vertitur. Alterum eſt tuſsiendi cupiditas, ſeu deſiderium ob plenitudinem thoracis, & pulmonis grauitantem, irritantemque aſperas arterias ad tuſsis effectum, nihil tamen expuunt, cuius quantitas conſideratione egeat.Vbi enim ſputorum copia adeſſet, purulenti haud quaquam euaderent. Cauſam inquam, qua non expuunt aliquid conſideratione dignum, triplicem videbis à Galeno,ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſexto.& primo, de Criſibus: & tertio de Cauſis ſymptomatum, videlicet lenteſcentiam, & craſsitiem excernendæ materiæ à quibus non apta ſit ad motum, & condenſitas membranarum pulmonem continentium, ob quam quæ continetur materia in cauis thoracis tranſmeare, non niſi cum difficultate poteſt ad pulmonis cauitates, & ab hinc detuſsiendo ad os, & roboris ægrotantis imbe-

cillitatem, ea redditur facultas expultrix impotens ad noxia excrementa exploden da,at & oculorum cauitas. Alterum eſt indicium iam inceptæ ſuppurationis, quoniam ob abſolutionem ſpirituum,& natiui caloris,abſoluitur oculi proëminentia, & caui fiunt,vti contingit in morbis longis, & præſertim in iſtis,qui diuturnitate ad exſiccationem ducunt, & adhuc maxillæ ad ruborem tendunt, tum ob calorem in thorace, & pulmone inflammationem, aut pus eorum ſequentem, à quo vapo res inſurgunt ad faciem, & caput, ea incaleſcentia, verum & rubra ducentia: tum ob tuſsim ſuppuratos comitantem, qua thoracis, & pulmonis partes agitantur, calfiuntque, & ab his tunc ad vultum reſurgunt vapores, ipſum calefacientes, & rubrum efficientes. At manuum vngues curuantur, cauſam attulit Galenus, quoniam caro ſolita vngues firmare affixa caliditate tum hecticæ febris, tum febris ſuppurationem comitantis, abſoluitur. Cæterum & digiti potiſsimum ſummi caleſcunt, dixit enim Galenus decimo Methodi curatiuæ, cap. decimo, quod in his febrib. quæ ex ſiccitate & caliditate vti in hecticis corpora abſumunt ſuarũ partiũ ſolidarum affectus candenti ferro aſsimilatur,ob quam rem cum hę febres ſolidio res corporis partes occupant, in ipſarum ſummis calidiores apparent, maxime in earum intimis,quoniam extima carne magis priuata ſunt, & ob hanc cauſam ad ta ctum primum in febribus hecticis mitior præſentitur caliditas, tactu verò continuato, ardentior,atque in pedibus tumores conſiſtunt. Virtute enim totum corpus regente imbecilli facta, tum ob morbi prolixitatem, tum ob natiui caloris ab ſumptionem ab exuperante caliditate membrorum,& ſiccitate,illis non ſecundum naturam hærente nequit calorem à fonte, & à radice ipſius demandare ad pedes ipſos:Quo fit, vt pedes natiuo calore priuati, frigeſcant, nequeantque parum id alimenti accepti in membri ſubſtantiam vertere, ob quam rem intumeſcunt, neq. cibum appetunt, tum quoniam virtus naturalis, atque ſenſitiua, appetitiuaque oris ventriculi vnà cum omnibus aliis ob aſſumptionem pereunt. Tum quoniam ad os ventriculi pus quod totum per ſputum excerni debet, eius quantitas peruenit, appetentiam hebetans, atque auferens: cæterum puſtulæ circa corpus erumpunt. At notatu dignum eſt, vt ait Galenus commentario ſecundo,ſexti Hippocra tis de Morbis vulgaribus, quòd puſtulæ in noſtro adgenerantur corpore, natura ipſius altiores ſedes repurgante. Sanies igitur, vel purulenta quædam materia in corpore collecta, tentans natura præcipuas partes, & totum corpus ab ea, vti à re illis obnocua repurgare, in ipſam functionem ſuam inuehens, aliquid illius per ex cretionem excernit, eius verò, quod ſupereſt ſubtile, natura ipſum magis extenuans diſſoluit, & in nihilum ducit. Reliquum verò, quod craſsius eſt ad cutaneas propulſat partes, quæ non parti rariori, ſed duriori, & denſiori inhærens illic ſubſiſtit, eamque dirimit, & ab interna ſede diſcedit, & extra accumulata puſtulas egerminat, & ob hanc cauſam, cum purulenti hac ſanie, vel purulentia admodum repleantur, facile per modum generationis puſtularum prædictum,per omne corpus eorum puſtulæ exoriri poſſunt, vt ait Gal. ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſexageſimo.

LXI.

Quæcunque ergo ſuppuratio diutius immoratur, hæc habet ſigna,quibus admodum credere conuenit. Quæcunque ergo breuior eſt, aliquo ex his indicatur ſignis, qualia inter initia exiſtunt, & item ſi æger difficilius ſpiret.

BINAM fore ſuppurationem, in hoc ſermone Hippocrates aſſentire videtur, diutinam videlicet vnam:& eſt,quæ in ægro diutius immoratur,ſeu quæ à prin cipio ſui prouentus prolixiori tempore ægrum obtinuit: alteram verò breuiorem, quæ per initium ſuppurationis, aut paulopoſt ægrum occupauit. Primam voluit in proximo præſcripto ſermone: quippe cum dixit, omnes agnoſci purulentos indiciis conuenit.Secundam verò vbi ſcripſit ante eam proximo, conſiderari opor tet ſuppurationis initium fore,ob hanc rem per rationem cuiuſdam epilogi exhor tatur

A tatur nos Hippocrates vtriſque indiciis credere primis quippe indicantibus futurum diuturnioris ſuppurationis terminum, aliis verò breuioris, breuioris verò indicia hæc ſunt, febris rigor, & pondus, etiam ſi aliquid ex dictis diutinæ ſuppurationis indiciis cum his apparuerit, vti eſt tuſsiendi cupiditas, neq. quicquam commentatione dignum expuere: & vbi etiam vtriſq. adiungatur ſpirandi difficultas, iudicatio certior efficietur, quoniam & hinc, & inde anguſtia in pulmone exiſtit, ob pus prehendens vacuas thoracis ſedes.

LXII.

Quæ verò citius, ac tardius rumpitur, talibus cognoſcatur ſignis oportet, ſi dolor inter initia extitit, & item difficultas ſpirandi necnon tuſcedo, atque etiam ſcreatio habens perſeueret, vigeſimo B die expectari, aut etiam antea ruptionem oportet: ſi verò ſedatior fuerit dolor, & alia omnia fuerint ex ratione, his poſtea expectari oportet eruptionem, ſed accedere neceſſe eſt, & dolorem, & ſpirandi difficultatem, & ſcreationem, antequam pus excernatur.

Cvm poſt thoracis, ac pulmonis inflammationem, ſuppurationem expectari oporteat, & iterum affecta ſuppuratione contingat eruptionem expectari, non ab re Hippocrates in hac dictione attulit indicia, quibus celerius, aut ſerius poſt ſuppurationem, eruptionem fieri dignoſcere valeamus, & dixit. Quæ verò citius, ac tardius rumpitur, talibus cognoſcatur ſignis oportet, conſiderare te oportet, Galeni verbum ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſexageſimo ſecundo dicentis, ex quibus vt ruptionis periculum immineat ſuppurationis. Periculum quidem dixit, quoniam tale deteriorem indicat lapſum, cum C enim ſuppuratus rumpitur, ipſe ſanè in naufragio conſtituitur. Quoniam in tabem vertetur, ac phthiſim, quæ eſt diſpoſitio vlceroſa pulmonis inſanabilis, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento decimo ſexto. Igitur vbi in ſuppurato indicia hæc videlicet, dolor, difficilis ſpiratio: tuſsis, atque ſcreatio ad vnũ coëant, ipſius eruptionem futuram præſagire poteris, dolorem quippe intelligere oportet, qui ponderis cuiuſdam ſimilitudinem gerit. cuius ſermonem habuit Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento quinto: & ſecundo de Locis affectis, cap. primo. Igitur cum dolor hic in thoracis inſit particulis præ pondere copiam indicabit materiæ in his aceruatæ particulis, vt ait Galenus ſecundo de Ratione victus in acutis, commento decimo, quarum tenſione nedum dolor progignitur, verum & purulentia erumpitur. At per ora arteriarum aſperarum pulmonem ingrediens detuſsiendo pulmonem egrediens, per os excernitur, vt eſt Galeni mens quinto de Locis affectis, cap. ſecundo, & ſeptimo Aphoriſmorum, commento quinquageſimo quinto. Alterum adiecit ſignum, difficilem ſpirationem, ob enim puru- D lentiæ copiam in cauis thoracis contentam comprimitur pulmo, & ex eius viarum ſtrictura ſpirationis difficultas conſurgit. Quo fit, vt aliquando contingat ſuppuratum repente ſtrangulari, at & tuſsim, & ſcreationem adiunxit, tum eadem de cauſa, tum quoniam puris pars tenuior ad pulmonem permeat, ad quam inde ſequitur ſcreatio, vt antea dictum eſt, igitur vbi in ſuppurato quatuor hæc adfuerint indicia, adhuc circa initia, ſi quippe continua extiterint, atque vehementia, dubio procul vel vigeſimo die, vti in die decretoria, in qua plurimum ſuppurationum eruptiones, vel antea in præcedentibus diebus decretoriis, vt prædiximus, eruptionem expectare oportet. Vbi verò eadem non continue non ſanè vehementer ſuppuratum inuehunt, poſt vigeſimum vltra, eruptio ſuppurationis appellata diutina continget.

LXIII. A

Hi vero potiſsimum ſuperſunt, quos febris eodem dimiſerit
die poſt eruptionem,ac cibum citius appetunt, & ſiti liberati ſunt,
& venter exigua, ac conſiſtentia deiicit, & pus album, leue conco
lorque eſt, ac vacans pituita, & abſque labore, ac valida tuſsi ex-
purgatur. Itaque optime quidem ſic, ac celerrime vindicantur.
Sin minus quibus ad hæc proxime accedunt. Moriuntur verò ii,
quos febris non deſerit, aut cum videatur deſerere, denuo recale
ſcens innoteſcit, & ſitiunt, nec cibum appetunt. Aluus humida
eſt, pus liuidum, virideque ſpuunt, vel pituitoſum,ſpumoſumque.
Pereunt, ſi hæc adſunt omnia, at horum, quibus alia adueniunt, B
alia non, ii partim intereunt, partim multo tempore incolumes
euadunt. Verum ex indiciis omnibus, quæ in his exiſtunt, de cæ-
teris quoque vniuerſis coniectandum.

CVM plurimum ſuppurati pereunt, nonnulli verò eorum ſuperſunt, ob hanc
cauſam Hippocrates in hac dictione attulit indicia, quibus quis præſagire po
terit ſuppuratum, quando conualiturum, quandoue periturum. Inquiens ſuppu
ratum tunc ſupereſſe, ſi eadem ruptionis die febris ipſum dimiſerit, indicat enim
tunc, cum febris ſit paſsio cordis, vt ait Galenus primo de Differentiis febrium,
cor ipſum liberum fore ab effumatione ſuppurationis cor offendente: quo fit, vt
virtus præualeat, & morbo, & cauſæ morbi, cum enim febris mala ſit,& vitæ con
tumax, ſi repente quempiam facta euacuatione vti purulentiæ dimiſerit fidum fu C
turæ ſalutis nuntium putamus, ſicut contra,contrarium accidit. Autore Galeno
ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſeptimo, febris enim cum ſuppura
tum detinet, ſuppurationis curatio impoſsibilis habetur,adhuc ſi eruptio ſuppura
tionem ſequatur, vt ait Galenus prima Prædictionum ſectione, commento trigeſi
mo quinto, & trigeſimo nono: adhuc ſi febris ſuppuratum dimiſerit ob puris eua
cuationem, appetentia concreſcet: cum nihil puris, aut pituitæ in os ventriculi in
ſurgere poſsit, quorum præſentia inappetentiam gignit, vt ait Galenus ſecundo
Aphoriſmorum,commento vigeſimo,atque tollitur ſitis,cum putridi fumi os relin
quant, à quibus tum ex febre, tum ex pure ſitis generatur, vt ait Galenus primo
de Simplicium medicamentorum facultatibus,cap.trigeſimo ſecundo,at ob exone
ratam, puris euacuatione, corporis facultatem:exigua & conſiſtentia deiiciuntur,
indicantia futuram corporis ſalubritatem, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum
ſectione,commento decimo tertio:pus quoque ſcreatum, ſi album, leue ac vnico-
lor adfuerit, optimum erit,futuram ſuppurati indicans valetudinem, vt ait Gale-
nus primo de Differentiis febrium, cap. ſexto, & prima Prædictionum ſectione,
commento quadrageſimo ſexto:adiecit, & vacans pituita bonum inquam eſt hoc
pus, quoniam indicat in thorace nihil ſupereſſe, vt pituita, oſtendens diminutam D
concoctionem,à debili enim calore non integre concoquente pituita progignitur,
vt ait Galenus ſecundo de Facultatibus naturalibus, & octauo de Decretis Hippo
cratis & Platonis, & adhuc ſalubre ſuppurati indicium eſt, vbi pus abſque labore
& valida tuſsi expurgatur, indicat enim thoracis facultatem expultricem ſupra
morbum, & eius cauſam validam fore, & ei materiam obedire, atque vias exacte
propulſioni paratas eſſe. Tuſsi enim expuuntur materiæ in ſuppuratis,quæ ſunt in
ter thoracem, & pulmonem, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento
quinquageſimo quinto, & commento octauo, atque comm. trigeſimo ſeptimo.
Igitur vbi quis ſuppuratus his omnibus ſubmittatur indiciis, dubio procul opti-
me, ac celerrime liberatur.Quod ſi hæc in ſuppurato non omnia dicto modo con-
tingere poſsint, ad minus his proxima indicia ipſius citam indicabunt iudicatio-
nem.

A nem. Vbi vero his contraria omnia ſuppurato inuehunt indicia ob cõtrarias indicationes his, quę ſalubritatis confidentiam obtinent, iis ſanè morietur æger. At quib. ſuppuratis, horũ indiciorum alia inuehant, alia verò non; eorum partim pereunt, eorum verò partim prolixiori tamen tempore incolumes fient, tum ob fortiores indicationes in his, vel illis, ſalutis, aut mortis. Tum quoniã indicia mortis celerius ægrũ necant, quàm ęqualia ſalutis ipſum liberẽt, vt pręſcriptũ eſt, cætera quę Hipp. in hac dictione ſcripſit, quoniam perſpicua ſunt, in eorũ expoſitione nõ fatigabor.

LXIIII.

Quibus abſceſſus fiunt ex pulmonia, aut circa aures, ac ſuppurantur, aut ad inferas ſedes, ac fiſtulantur, ii ſuperſunt.

HIPPOCRATES in hoc ſermone attulit indicia, quibus in pulmone inflammatum ſupereſſe facile dignoſcemus, cum iam oſtenderit ſuppuratum, ac eru-
B ptum, quib. ſignis ad iudicationem ipſe perueniebat. Et dixit quib. abſceſſus fiunt ex pulmonia, oportet autem te ſcire abſceſſum eſſe corporum ex phlegmone in pus tranſmutato, vt ait Gal. ſecundo Artis curatiuæ ad Glauconem cap. VII. & in libro de Tumoribus præter naturam, cap. tertio: igitur inquit, quicunque pulmonis inflammatione infeſtantur, ſi ad ſupernas partes vt ad adenas circa aures, aut ad infernas ſedes abſceſſus inſurgunt, illicq. ſuppurantur, fiſtulanturq. ii ſuperſunt, & liberantur, quoniam abſceſſus hi fiunt per tranſmiſsionem humorum à partibus robuſtioribus ad imbecilliores, hoc autem in morbis effecto, non niſi bonæ iudicationes apparere poſſunt, vt ait Gal. in libro de Cauſis morborum, cap. ſexto. At ob hanc rem ſi ex pulmonis inflammatione prouentus circa aures, aut ad infernas partes, abſceſſus ſalubris iudicari debeat, ipſum in aliquo dierũ decretoriorũ fieri neceſſarium eſt, quoniam decretoria humoris permutatio à robuſtiori membro ad imbecillius nõ niſi bonam morbi iudicationem indicare valet, vt aiunt Hipp. & Gal.
C quarto Aphoriſ. XXXVI. & non lateat te, quoniam dixit, ſuppurantur, ac fiſtulantur. Niſi enim materia foras exierit, periculum eſt, ne retrocedat, & membrum aliquod nobile pertingat, & totum corpus in deterius labatur, cum non exactè à pure affecta pars expurgetur, bona enim abſceſſus expurgatio eſt cum pus ex abſceſſu diſrupto bene expurgat patientem partem, vt ait Gal. quarto Aphoriſ. comm. XLVII. & non lateat te Hipp. dixiſſe fiſtulantur, vt indicet temporis longitudinem, quo inflammatione pulmonis eget, vt exacte repurgetur, eſt enim pulmonis abſceſſus diuturnus morbus, vt ait Gal. quarto Aphoriſ. comm. XXXIIII.

LXV.

Conſideranda verò & talia ſunt in hunc modum, ſi febris detinet, & dolor non deſinit, & ſcreatio non excernitur ex ratione, neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, neque ſolutiores, atque ſinceriores, nec vrina admodum craſſa; ac multum obtinens ſedimentum, promittitur verò ab omnibus aliis ſignis ſalutaris, his tales fore abſceſſus ſperandum eſt.

D QVIBVS indiciis abſceſſus futurus in morbis contingat, in hoc ſermone edocet Hippocrates, quibus verò in morbis abſceſſus ad ſupernas corporis partes, aut ad infernas ſedes prorumpendus ſit, in ſequenti id oſtendit dictione, agens quippe ad eorum enarrationem, quæ proxima oratione præſcripſit, & dixit. Conſideranda verò & talia ſunt in hunc modum, id eſt indicia, quibus quiſpiam coniectari habet in morbis futurum fore abſceſſum, & quando ipſum aut ad ſupernas corporis partes, aut ad infernas prorumpere valeat in hunc modum, quem videlicet dicturus eſt Hipp. Conſideranda ſunt in primis quippe ſi febris detinet, id eſt incõtinenter, nequaquam intermittendo ægrum deprehendat, tunc enim materiam indicat crudam, atq. concoctioni rebellem. Quo fit, vt prorogetur morbus, & eius cauſa per nullam euacuationem excernetur, ſed aut per abſceſſum, aut diutinam concoctionem curetur. Si enim febris deſierit, haud quaquam morbus per ab

m

ſceſſum iudicabitur, quoniam materia celeriori concoctione habita,per opus natu A
ræ,aut Medici adminiculantis excernetur,& morbus alio quam abſceſſu curabitur
etiam ſi febris deſierit,tepidior vtiq. extitit,& materia euacuationi placida exiſti-
mabitur, ob quod bene euacuabitur, & abſque violentia ſine futuro abſceſſu mor
bus curabitur.At horum quæ diximus doctrinam vide à Gal.quarto de Ratione vi
ctus acutorũ comm.X L I I I I.vbi ait Hippocratem eos purgare non velle,in quib.
ſumma ineſt cruditas,quoniã quod coctioni deputatũ eſt à cęteris quidem motio-
nib. ceſſare debet, ſane quæ vehementer mouent,corpus frangunt,qualia ſunt me-
dicamenta quæ purgant. Igitur ſi quædam concoctioni humorum conferant,pur-
gationes his contrariæ exiſtunt.Non ab re igitur dixit Gal.ſecunda Prędictionum
ſectione,comm. L X V. nulla euacuatione crudam materiam excernẽdam fore,ſed
ad futurũ peruenire abſceſſum, aut diutina concoctione curari,præſertim ſi febris
nõ deſierit,ſed ægrum incontinenter deprehenderit. Iterum ſi febris non deſierit, B
in ea humorũ cruditas reperitur,& tunc aliquid bene euacuari eſt impoſsibile,ſed
ipſa cruda,& incocta materia ad abſceſſus cõuerti poterit,qui ſi mali fuerint,iudi-
catio non continget, ſed dolores,morbi longitudinem,aut mortes,aut reditus eo-
rundẽ malorum indicabunt:ſi verò non mali fuerint,quos ex robore virtutis cor-
poris dignoſcemus,quib.etiam præuenit cõcoctio,quo etiam tempore illi adſunt,
iudicatio morbi continget,& abſceſſus reſolutio : concoctiones enim iudicii cele-
ritatem,ſalutiſq. ſecuritatem ſignificant, & omnium horũ ſermonem habes à Gal.
nedum ſecunda Prædictionum ſectione, comm. L X V. verum & I I I I. Aphoriſ.
comm. X X I I.& cõmentario tertio,primi Hipp.de Morbis vulgarib.& adiecit,&
dolor non deſinit,quoniã dolor iam ad particulam defluxione decumbente perfici
tur vt ait Gal. quarto Aphoriſ. comm. X X X I I. quo fit vt fluxio a dolore ad parti
culam reuocata,illuc abſceſſum progignat . Sanè cum dolor nos dignoſcere faciat,
vbi natura ſuperfluitates propellat, vt dixit Gal. V. Aphoriſ. comm. L I I I. faciet
quoq. & nos certos,vbi abſceſſus adgenerari habet,& ob hanc rem ſi dolor deſie- C
rit,deſinet quoq.& fluxio ad particulam decumbens, & ad eam natura ſuperfluita
tes propulſare,quo fit,vt dolore in particula deſinente, nihil amplius opus eſt ab-
ſceſſu ad morbi ſolutionem, ſicuti modo contrario, dolore in particula exiſtente,
ac fluxione decumbente, abſceſſum expectare oportet:alterũ attulit indicium futu
ri abſceſſus ex pulmonis inflammatione, & dixit, & ſcreatio non excernitur ex ra-
tione, oportet te ſcire ſcreationẽ ex ratione excerni in omni dolore,qui affligit cir
ca pulmonem,& coſtas eſſe cito,ac prompte fieri,ſcreariq. vt aït Gal. ſecunda Præ-
dictionum ſectione,comm. X L I I I.quę vtiq. ſi modo fiat tali,prorſus morbus nõ
requiret abſceſſum,quoniã ſcreatione purgatur.Igitur vbi ſcreatio detinetur,& fe
bris non deſierit,& dolor adfuerit,crudam,& inconcoctam materiã ſignificabunt,
quæ ſanè materia cruda, & inconcocta in malos abſceſſus deflectitur,vt ait Gal.ter
tio de Criſibus,cap. vndecimo, & cõmentario tertio,primi de Morbis popularib.
Hipp. comm. X X I I I I. His hæret indicium aliud, quod neq. bilioſæ fuerint alui
deiectiones.Vbi .n. in quopiam deiectiones bilioſæ fuerint,& morbus vtiq.bilio-
ſus erit,qui ad abſceſſum minime prorumpi valet,morbus enim,qui per abſceſſum, D
aut ſolam concoctionem curari habet,ipſum oportet habere crudam humorũ ma
teriam,vt morbus prorogetur,nec per excretionem curetur. Igitur vbi ægrotantis
deiectiones bilioſæ non fuerint, & febris ipſum detinet, & ſcreatio detinetur, &
dolor non deſierit,morbus ad abſceſſum conuertetur,maximeque id fiet, vbi deie
ctiones bilioſæ ſolutiores,id eſt ſolutu faciliores extiterint,quoniã indicabũt mor
bũ ægroto ineſſe à tenuiore cauſa ſolutu faciliore, morbus autem qui in abſceſſum
finiri habet,à craſſa,& cruda materia ortum trahit, & iterum maxime deiectiones
bilioſæ morbum negabunt ad abſceſſum conuerti. Si ſinceriores, id eſt nullo alio
humore permiſto adfuerint,indicabunt enim morbum abundanter bilioſum fore,
in abſceſſum minime finiturum.Cęterum attulit vrinam nõ admodũ fore craſſam,
neq. multum obtinens ſedimentum,quoniam indicat materiam craſſam intro re-
cludi,atq. crudam, ob quam continget morbum in abſceſſum finiri,vt ait Galenus
ſecunda Prædictionum ſectione,comm. ſexageſimo quinto,& tertio de Criſibus,
cap. vltimo,& adiecit Hipp. quòd habenti talem affectionẽ promittatur ſalutaris
affe-

A affectio ab omnibus aliis ſalutarib. ſignis, his dictis adiunctis, ſperandum eſt tales fore abſceſſus in ægroto corpore futuros, eo quippe ex pulmonia affecto.

LXVI.

Abſceſſus conſiſtunt hi in locis infernis, quib. circa ilia phlegma fatiget, illi in ſupernis, in quib. ilia ſine tumore, & dolore perſiſtũt: ſi verò aliquãdiu ſpiret difficulter ſine aliqua alia occaſione deſinet.

CVM primum indicauerit Hippocrates indicia, quibus quis præſagire poterit ex pulmonia futurum in ægroto fore abſceſſum. Nunc ſecundo edocet indicia, quibus quis dignoſcere valebit, qua in ſede inferna videlicet, an ſuperna, abſceſſus conſurgere poterit, vt eos indicet, qui ex pulmonia ad abſceſſum, conuerſa in eo ruptione facta, ſuperſunt, aut non ſnperſunt, & dixit abſceſſus conſiſtunt hi in locis infernis, quibus circa ilia phlegma fatiget: te ſcire oportet, vbi traductio altera in
B flammationẽ ſcripſit, Gal. phlegma legit, eo ſanè verbo, pituitam nolens, ſed ignem ſacrum, aut inflammationem, aut tumorem quemuis alium incendentem, ac vrentem, deriuatum quippe à verbo phlegon id eſt ardeo, vbi igitur quiſpiam circa ilia melius dicitur circa præcordia, ſiue hypochondria, vbi enim Gal. Grecè hypochondria, vel præcordia dixit, hic traductor ſemper vertit ilia, vt iam dictum eſt, prima Prædictionum ſectione, commento trigeſimo, calore præter naturam flãmido exardeſcet, in infernis partib. abſceſſum expectare oportet, quoniam vi caloris præter naturam ſuperfluitates ad ſe trahentis fit earum accumulatio circa præcordia, quæ à flãmido calore præter naturam in abſceſſum illic conuertuntur, rumpiturque ob cauſam iam prædictam. Quòd ſi partem affectam, aut per eam totum corpus repurgabit, robore etiam facultatis exiſtente, abſceſſus bonus erit, & poſt ipſum etiam eruptum, ægrum ſuperſtitem putabimus: vbi verò contra, videlicet quod eo
C neque pars affecta, neq. per eam totum corpus repurgetur, abſceſſus vtique malus erit, & eo ęgrum moriturũ pronuntiabimus imbecillitate adueniente facultatis regentis corpus. Vbi verò in pulmonis inflammatione, neque tumor, neq. dolor circa præcordia perſiſtat, inde verò contingat difficulter reſpirare, & deſinat. Repente verò & iterum difficili anhelitu laboret abſque euidenti cauſa, tunc abſceſſum in ſupernis partib. circa auricularum adenas expectabis, cum indicium id materiam ad caput repere oſtendat. Quòd ſi & partem affectam & totum corpus repurget, facta eius ruptione pulmonis affectus in abſceſſum bonum vertetur, & æger ſuperſtes putabitur, ſin contra in malum abſceſſum ægrum terminaturum dicemus, ipſumque non ſuperſtitem, ſed moriturum pronuntiabimus, & hæc tibi perſpicua erunt, ſi ſermonem Galeni inſpexeris ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſexto, & tertio de Criſibus cap. vndecimo.

LXVII.

Abſceſſus ſi in cruribus erumpit in pulmonia vehementi, ac periculoſa omnis vtilis eſt. Optimus verò, ſi vbi ſcreatio iam in mutatione eſt, fiat; ſi enim tumor, ac dolor infeſtet; & ſcreatio pro flaua, purulẽta exiſtat, ac foras excernatur, ita ſecuriſsime & homo ſuper
D erit, & item abſceſſus ocyſsime citra dolorem deſiſtet: at ſi ſcreatio non recte excernatur, nec vrina videatur bonum habere ſedimẽtum, periculum clauditatis in articulo, vel multi negotii imminet.

CVM hinc id eſt deſuper, & inde, id eſt deſupter contingant abſceſſus fieri in ægrotatione, qua pulmo inflammatione vexatur, quorum alter bonus, alter verò malus quandoque habetur, ob hanc rem Hippocrates in hac oratione oſtendit, quis horum melior eſt, atque ſecurior, an is videlicet, qui in ſupernis erumpit partibus, an in infernis, & dixit: abſceſſus ſi in cruribus erumpit in pulmonia vehementi, ac periculoſa omnis vtilis eſt. Tum quia maxime deorſum, & quàm longiſſime abeſt ab ægrotationis ſede. Quo fit, vt ſuperna membra præcipuaque nulla

offendantur oblæſione,neque praui humoris, neque effumationis ab eo prodeun- A
tis,cũ ad infernam ſedem erumpat abſceſſus ex pulmonia prognatus, indicans ma-
teriam deorſum ad crura repere,vbi quoduis nocumentũ abſceſſus eruptus in cru-
rib. inuehit,minoris eſt noxæ aut vtilitatis maioris,ſi quid vtile in cruribus afferat
abſceſſus illic eruptus,quàm qui in ſupernis,& præcipuis ſedibus erúmpit.Et hanc
doctrinam habes nedum à Gal.ſecunda Prędictionum ſectione,comm.ſexageſimo
ſeptimo, verum & ab Hippocrate , primo de Morbis vulgaribus,& à Galeno com
mentario ſecundo , commento quadrageſimo quinto,& quadrageſimo ſexto: opti
mus & magis erit abſceſſus in cruribus ex pulmonia erumpens , ſi concoctione ſi-
mul erumpat,tunc enim abſceſſus talis ægroto ſalubritatẽ promittet autore Hipp.
eodem in loco vbi ait . Concoctiones celeritatem portendunt iudicii, ſecuritatem
que ſalubrem , attulit autem Hipp. duo potiſsimum indicia, quibus abſceſſus ma-
teriam concoctam forè dignoſcemus. Vnum quippe ſcreationis mutationem,vti ſi B
flaua foret , quæ incoctionem indicat , ad purulentiamque permutetur , quæ cer-
tũ concoctionum gradum antea oſtenſum,ſignificat:alterũ verò abundans exſcrea
tio,atq. innocua,vt ait Gal. quam explicuit Hipp. verbo iſto,ac foras excernatur.
Vbi igitur in pulmonia etſi mala fuerit,atq. periculoſa abſceſſus dicti exoriantur ,
ſiue in ſupernis,ſiue infernis erumpant partib. duo hæc in vnum coëant, videlicet,
humoris abſceſſum progignentis concoctio,& innocua, atq. abundans euacuatio .
Tunc dixit Hipp. ſecuriſsime homo ſupererit,abſceſſuſq. celerrime citra dolorem
deſiſtet . Vbi verò materia neq. concocta, neq. abunde , innocueq. euacuata fuerit
proculdubio ægrotatio mala pronuntiabitur,mortis periculum imminens. Vbi ve
rò ſcreatio recte non excernatur,quoniam qualitatis mutatio in ea nõ adfuerit, &
ægrotantis vrina aut nullum habuerit ſędimentum, aut non bonum, quæ omnino
cruditatis indicia ſunt,vt prædiximus periculum imminet futuræ claudicationis in
articulo crurium,vbi abſceſſus infeſtet,cuius cauſam attulit Gal. fore articulorum
amplitudinem, qua fluxiones decumbentes in articulis facilius imbibuntur, at ob
motum articulorum, & eorum amplitudinem ad ipſos conducentur humores , & C
ipſorum motum diffamantes claudicationem procreare poſſunt , aut malum aliud
negotium, id eſt articulorum moleſtiam , aut dolorem & laſsitudinem ob accumu
latã in articulo fluxionem vti ad ſedem cõmotam, atq. calefactam,vt ait Gal. ſecun
da Prædictionum ſectione, comm. LXVII. & quarto Aphoriſ. comm. XXXII.

LXVIII.

Si abſceſſus euaneſcit , ac retrocedit , nequaquam egrediente , ſcreatione,ac febre detinente , difficilis morbus eſt . Periculum enim delirii, mortiſque imminet .

MORBOS aliquando in abſceſſus finiri præſciuimus ex proximis Hippocratis
ſermonibus, & nonnullos curatu faciles iam præaſſumpſimus, quoſdam verò
difficiles, inter quos Hippocrates recenſuit in hac dictione illos , qui in abſceſſum D
euaneſcentem , aut retrocedentem conuertuntur, & dixit . Si abſceſſus euaneſcit ,
ac retrocedit, nequaquam egrediente ſcreatione, ac febre detinente,difficilis mor
bus eſt . Et adiecit cauſam, quoniam periculum imminet aut delirii , quod ex toto
genere malum eſt, vt ait Galenus prima Prædictionum ſectione , commento vige
ſimo ſexto aut mortis . Oportet autem te ſcire Hippocratem docuiſſe nos antea ,
& tertio de Criſibus , capite vndecimo & eundem habuit ſermonem , commen
tario tertio , primi de Morbis vulgaribus Hippocratis , commento vigeſimo
quarto quem abſceſſum optimum appellare valeamus , illum videlicet , qui in
parte corporis effluxione fit,remotiſsima quippe à loco affecto, & ad infernas cor
poris partes. Pariter quoque cõtra dicemus,malum illum fore abſceſſum,qui efflu
xione non fit, ſed primo genio membri, & ad ſupernas partes, cuius ortus eſt cru-
da, & incocta,quæ etſi etiã ex fluxione foret,in malos abſceſſus deflecti poſſet,qui
aut acriſias, aut labores,aut interitus,aut diuturnitates,aut recidiuas facile promit
terę valebunt.Nunc autẽ vt maleficentiam abſceſſuũ extollat Hipp.à qua valentius

præſagire

A preſagire poſsimus futurũ ægrotantis malum,aut mortem habita mente ad abſceſſus, ſiue primo genio, ſiue ex effluxione corporis partibus contingant, adiunxit indicia hæc, euaneſcentiam videlicet, & retroceſsionem abſceſſuum, nullaque egrediente ſcreatione, quoniam agit modo de abſceſſu à pulmonia prognato, & etiam febre continenter ægrum detinente,hæc enim indicant morbum ſolutu difficilem ob materiam abſceſſus fore crudam, & inconcoctam, non ſe naturæ præbentem, minuſuè medici officio eo ſanè, quòd euaneſcit, & retrocedit, indicat enim hoc, materiam abſceſſus non quippe reſolutam, ſed introductam, permeantemque ad ſedem, à qua deceſsit ſcilicet pulmonem in quo ſui copia vias eius obcludens, hominem ſtrangulabit, aut ipſum delirare faciet, vt eſt Hippocratis ſermo, ſeptimo Aphoriſmorum,duodecimo, vbi ait à pulmonis inflammatione phrenitidis malum, ob enim inflammationem pulmonis,aut exuperantem materiam calidam in pulmone, multi vapores ad caput inſurgunt, cerebrũ implentens,phrenitidem, & delirium ducentes, & hoc quippe infidum ſignum eſt, mortem ſatis pro
B pinquam ſignificans, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum,commento vigeſimo ſeptimo. Iterum conſidera tu Hippocratem ſimul protuliſſe,euaneſcit, & retrocedit, quoniam vbi ſimpliciter ſcripſiſſet euaneſcit,non ſanè infidum eſſet indicium, cum quandoque futurum ægrotantis bonum indicet, quoniam euaneſcere eſt repente in nihilum redigere,euaneſcit igitur abſceſſus, cum repente in nihilum redigetur, & hoc aliquando ægrotanti ob abſceſſum admodum ſalubre erit, & huius veritatis cauſam attulit Galenus Prædictionum ſectione, commento ſexageſimo octauo: quoniam accidere id poteſt propter humoris tenuitatem, & partis laxitatem, & circumuenientis nos aëris caliditatem, atque oblati medicamenti facultatem, & ægri virium valorem, vbi autem hæc omnia in vnum coëant, abſceſſus cito diſcutietur, & æger liberabitur, ſi verò euaneſcet, & retrocedet, ad eandem ſedem permeabit à qua deceſsit, & pericula præſcripta denuntiabit.

C

L X V I I I I.

Qui purulenti ex pulmonia ſunt,ſi maiores natu fuerint,potius intereunt. Per alias verò ſuppurationes minores natu potius moriuntur.

EDOCET Hipp. in hoc ſermone præſagire de termino ſuppurationis ex pulmonis inflammatione, animo habito ad ætates ſub communi quadam acceptatione deprehenſas, vt cum quiſpiam ætate natu maiore, vel minore natu ætate comprehendatur, & inquit. qui purulenti ex pulmonia ſunt,ſi maiores natu fuerint, potius intereunt,oportet conſiderare quod dixit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione,comm. L X V I I I I. videlicet per natu maiores non ſimpliciter intelligendos eſſe ſenes, ſed eos ſanè omnes, qui maius ſuæ ætatis tempus decurrerunt, quàm qui minus, pariter quoque per minores natu, eos intelligere conuenit,non qui ſimpliciter pueri exiſtunt, ſed eos, qui breuius ſuæ ætatis tempus percurrerunt, collatione ad eos, qui his prolixiori tempore in ætatibus vixerunt, quo fit, vt Galeni verba affirmemus ſcilicet, quòd qui per ætatem nimium iam proceſſerunt,ex nullo morbo magis quàm natu minores conualeſcunt,hoc ſanè putandum fore arbitror, quoniam qui in ætatis decurſu plus proceſſere, eis regentis facultatis robur non concreſcit, ſed quanto plus à radice primi ſeminis maiores natu re-
D cedunt, & copiam natiui caloris perdunt.Quo fit,vt per rationem decrementi roboris facultatis regentis corpus, & per diſtantiam à primo ſemine maiores natu potius intereant,hi enim cum purulenti fiant ex pulmonia,cum eorum ſanatio per excreationem fiat, validioribuſque egent virtutibus, vt inquit Galenus minores natu igitur ob valentiorem facultatem magis, quàm natu maiores ex tali affectione ſeruantur. In aliis verò ſuppurationibus, quæ cum febribus, ac doloribus cõſiſtunt,minores natu magis moriuntur: tum ob eorũ temperamentum calidũ & bilioſum,quo potius his accidũt febres, & diliria,quib.hi magis moriuntur, quàm natu maiores ob eorum temperamentum frigidum,non permittens eos,quantũ in hoc eſt periclitari.Hoc autem abunde notũ faciemus tertia Prædictionũ ſectione, comm.XVI.vbi Hipp.ſermonem habuit de Inflãmationib.quę circa aures fatigent.

De dolore, qui circa lumbos fatiget.

A

LXX.

Dolores, qui cum febre affligant circa lumbos, & inferas ſedes, ſi præcordia attigerint, inferas relinquentes ſedes, exitiales admodum ſunt, itaque conſideranda alia ſigna ſunt. Nam ſi aliquod horum prauum extiterit, deſperandus æger eſt, ſi verò adſcendente in præcordia morbo, alia ſigna non praua extiterint, talem fore purulentum admodum expectabis.

B

Edocet Hippocrates in hoc ſermone prognoſticari de termino ægrotationis ad ſalubritatem, aut inſalubritatem, iudicio ſumpto à doloribus, qui circa lumbos moleſtant, & dixit, dolores, qui cum febre affligant circa lumbos, & inferas ſedes. At notatu dignum eſt, dolores lumborum quandoque ægrotum corripere cum febre, & æſtu, & alia ſyndrome, id eſt aliorum ſymptomatum concurſu. Quorum præſagia videbis ab Hippocrate libro primo Prorrhetici, & à Galeno commentario ſecundo, commento ſeptimo, quandoque verò ægrum afficiunt lumborum dolores abſque febre coniunćto tamen oris ventriculi dolore, quorũ prænotiones habebis à Galeno tertio commentario primi Prorrhetici Hippocratis, commento trigeſimo ſeptimo, & quadrageſimo ſexto: accidunt enim aliquando circa lumbos, & inferas ſedes dolores cum febre, quorum futuri euentus præſagia nunc attulit Hippocrates. Iterum oportet te ſcire, lumbos partes eſſe ſpinę infra thoracem ſitas, qui ex vtraque parte thoracis ſpondilorum ſunt. Quorum lumborum in ſpondilibus productiones nouem ſunt retro memorabiles quippe, & manifeſtæ. In parte vero interna vena caua, & arteria magna eis incubant, vt ait Gal. XIII. de Vſu partium, cap. XV. & XVI. & horum lumborum infernæ ſedes ſunt, quæcumque intro, & foras ipſis ſubiacent, hærentque. Vbi igitur dolor circa lumbos, & infernas ſedes adfuerit, indicium malum eſt, quoniam noxa præ dolore per ſpinam principi parti contingere poſſet, qua cõuulſione æger interire poſſet. Vbi verò cum febre fuerit, deterius eſt indicium, vt ait Gal. ſecundo Aphoriſ. comm. XXVII. febris enim rationem habet ad mortem, vt dixit Gale. quarto Aphoriſ. comm. trigeſimo quinto. Si verò dolores lumbos, & infernas ſedes cũ febre occupauerint, vbi eas partes relinquentes præcordia attigerint, exitiales admodum ſunt, quoniam ex toto cauſa, quæ iam in lumbis, & inferis ſedibus cumulabatur, ad præcordia permeat, id eſt ad ſeptum, in quo intemperie inducta, ſeptum dolebit, noxam verò doloris per partem nerueam cerebro conſentiet, dixit enim Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento trigeſimo tertio: ſeptum indicare bonas, ac malas cerebri conſtitutiones. Quo fit, vt ægrotantis mens commoueatur, & æger febre, & mentis commotione perdatur, etiam cum motus ſepti neceſſarius ſit ad motum reſpirationis, cum ſit reſpirationis organum vt ait Galenus in libro de Cauſis reſpirationis. Igitur noxa ex dolore in ſepto, nocumentum in motu reſpirationis progignet, cui ſi febris iungatur, exitiale indicium eſt, ſicut ſpirationis, nullam factam oblæſionem putare oportet, magnum quid afferre ad ſalutem in omnibus morbis, vt dixit Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento trigeſimo tertio ſummam autem orationis ſententiæ ſuæ colligit Hippocrates inquiens, Morbo adſcendente ad thoracem, alia oportet morbi indicia conſiderare, Vbi enim cum prædictis, aliud quoddam prauum fuerit, vt mentis commotio, aut oblæſa ſpiratio, aut ſpinę conuulſio, ęger deſperandus eſt, quoniam pauciora praua ſigna ſufficiunt ad mortem promittendam. Plura verò requiruntur ad hoc, vt quis præſagire valeat de futura inducenda ſalubritate, vt iam docuimus. Vbi verò talia ſigna praua non extiterint, ægrum purulentum expectabis, præſertim vbi medicus ſuæ artis beneficio à ſepto materiam propulſerit, ſicut bona indicant ſigna, quę ſui copia permeabit, per rationem accidentis ad mediũ ſpatium inter thoracem, & pulmonem.

C

D

Dein

A *De inflammatione, quæ in ueſica fatiget.*

LXXI.

Si vero veſica dura eſt, ac dolore vexatur, difficilis omnis, ac exitialis eſt, exitioſiſsima verò eſt, quæcunque cum febre conti-nua affligit: Quæ enim ex ipſa veſica fatigat dolor, interimere hominem ſufficit, & aluus in talibus nihil niſi durum, ac pro neceſ ſitate excernit.

CVM veſica admodum vtilis ſit ad animantis vitam autore Galeno quarto de Vſu partium, cap. decimo octauo, eſt enim in animali locus euacuationi con-ueniens, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento vigeſimo primo, cui B etiam plurima poſſunt accidere Symptomata, vt dixit Galenus ſexto de Locis af fectis, cap. quarto: inter quæ deterius eſt inflammatio. Ideo rationi conſentaneum mihi videtur nedum decurrere ſigna cognitionis inflammationis veſicæ, quæ ſunt ab Hippocrate relata ſecunda ſectione Prædictionum, commento ſeptuageſimo primo, videlicet, durities, dolorque ac febris, verum & ea, quibus quis præſagire poterit ægrum, ex veſicæ inflammatione conualiturum, aut periturum. At ob hanc rem Hippocrates habita mente ad hæc dixit. Si veſica dura eſt, ac dolore ve-xatur, omnis ſiue dura, ſiue dolens fuerit affectio difficilis, ac exitialis exiſtitit: dif ficilis quippe ob eius magnitudinem ſolutu non facilem, & ob doloris cauſam dif ficile amouibilem, & à natura, & ab applicitis medicamentis, quæ illic intus deti-neri non valent, quo ad eorum facultas ſuo fungatur officio eſt quoque difficilis, vt ait Gal. ob deiectionis ſuppreſsionem: ſupprimitur autem ob anguſtiam porre-cti inteſtini, veſicam opprimentis, ac ob veſicæ dolorem, eo enim exuperatur cau ſa magnitudinis inflammationis, cum dolore ipſo fluxiones ad particulam dolen-C tem decumbant, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo ſe-cundo, & quinto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo tertio, & tertio Methodi curatiuæ, cap. quarto, vbi igitur duo hæc in veſica ſimul coëant, duri-ties videlicet, & dolor, nedum morbus difficilis redditur, verum & exitialis, affli cta enim ob inflammationem veſica, noxam conſentiet principi parti id eſt cere-bro per nerueam partem, dolore quippe & cordi imbecillitatem conſentiet, ob ſpi rituum abſumptionem. Quo fit, vt ſpirationi nocumentum afferat, & præ dolore æger pereat, non ab re dixit Hippocrates, qui enim ex ipſa veſica fatigat dolor, in-terimere hominem ſufficit, & ob hanc rem, ſi duræ veſicæ, & dolenti adſit febris acuta, procul dubio morietur æger, cum omnes noxæ prædictæ exitiales, conti-nua febre concreſcant, & ægrum interimant, igitur merito dixit Hippocrates, exi tioſiſsima verò eſt quæcumque cum febre continua affligit. Cæterum adiecit Hip pocrates ſymptoma ſequens ad veſicę inflammationem, à quo exiſtente exactius fiet iudicium præſentis veſicæ inflammationis, ſi cum dura, ac dolente veſica, & D febre continua tale adfuerit, videlicet quod aluus in his, qui veſicæ inflammatione tenentur, nihil niſi durum, ac pro neceſsitate excernit, quoniam vigente calore prę ter naturam ex veſicæ inflammatione reliquiæ, ac alimenti ſuperfluitates, quæ ad intimam peritonæi ſedem mittuntur, torrentur, exſiccanturque, ac dureſcunt, vt ait Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento tertio: quo fit, vt non niſi pro neceſsitate, ac coacte excernantur.

LXXII.

Si vrina mingitur purulenta, candidum, ac leue obtinens ſedi-mentum, ſolutio accidit ægrotationis.

CVM laborans veſicæ inflammatione in mortis periculo conſtituatur, mori au-tem ipſum fore, non neceſſarium eſt, quinimo aut natura, aut artis opere mor bus ſolui poteſt, ob hanc cauſam edocet Hippocrates indicia, quibus præſagire

quis poterit, veſicæ inflammationem ſoluendam fore, & dixit, ſi vrina mingitur purulenta. Te autem ſcire oportet, vt ait Galenus ſexto de Locis affectis, cap. quarto. Quòd vrina purulenta dicitur, vbi pus cum vrina emittitur, & idem voluit Galenus, commentario tertio, primi Prorrhetici Hippocratis, commento vigeſimo, vbi ait. Nam purulentæ mictiones ſunt, quæ pus vrinis permiſtum eſſe indicant. Cum namque quis pus cum vrina emiſerit, ſedem affectam nobis oſtendit, & diſpoſitionem in ea conſiſtentem declarat. Vbi enim ſolum pus emitteretur, aut vrinæ commiſtum ſuperfertur, perſpicue in veſica ſuppurationem conſiſtere ſignificatur: ſi verò exactè commiſtum videtur, aut mediocriter, tunc aut à renibus, aut à ſupernis partibus euenire indicabit. Igitur vbi vrina purulenta, id eſt, cum pure exuperante, & ſuperlato commiſtioni mingitur, veſicæ à pure expurgationem indicat, tunc enim excreta doloris cauſa, deſinet dolor, & veſica emolleſcet, & febris placidior reddetur. hæc ſanè ſolutionem ægrotationis indicant, & id certius efficietur, ſi ſedimentum etſi purulentum, candidum, & leue obtineat vrina, id enim optimum pus dicitur ab Hippocrate prima Prædictionum ſectione, commento quadrageſimo ſexto. Meritò igitur dixit Hippocrates, ſi vrina mingitur purulenta, indicatur concoctio inflammationis ipſius veſicæ, ob quod in ſedem interiorem inflammationis confluunt humores concocti, qui inde cum vrina excernuntur, quorum concoctio bona ex optimo ſedimento decernitur & per hunc modum ſolutio fit ægrotationis.

LXXIII.

Si vero neque concedat, vrina, neque veſica molleſcat, ac febris continua ſit, primis circuitionibus morbi, interire eum, qui dolore afficitur, expectandum eſt.

AGIT Hippocrates in hoc ſermone ad præſagiendum de morte in veſica inflammati per indicia omnino oppoſita his, quibus præſagiendum erat, in ante proximo ſermone eundem inflammatum conualiturum fore, & dixit, ſi vrina neque concedat, id eſt admittat ægrum conualiturum, quia nullo modo pure commiſta mingatur, neque veſica molleſcat, vbi dura extiterat, ac febris continua ſit, atque permaneat, primis circuitibus morbi, & intellige per circuitum, redditum morbi æquali tempore ad primam morbi diſpoſitionem, vt ait Galenus in libro ad eos, qui de Typis ſcripſerunt, is peribit, qui cum dolore afficitur ex veſicæ inflammatione. Igitur ſumma orationis eſt, vbi vrina purulenta mingitur, & veſica non dura fuerit, neque dolore vexatur, & febre non detinetur continua; & ſedimen candidum, ac leue fuerit, ab inflammatione veſicæ ægrum conualiturum pronuntiabimus: quoniam ex his inflammationib. & eius humorum concoctio ſignificabitur, ac eorum per vrinam conueniens excretio, pariter modo contrario, vbi vrina purulenta non mingitur, neque veſica molleſcat, neque continua febris deſinat, neque dolor deſierit, neque vrinæ ſedimentum album ac leue fuerit, inflammatum in veſica, proculdubio moriturum prædicemus, in primis circuitibus, ideſt in his, qui ante totum morbi acuti vigorem exiſtunt, vt ait Galenus commentario primo, primi Hippocratis de Morbis popularibus commento vigeſimo tertio.

LXXIIII.

Hæc formula potiſsimum attingit pueros à ſeptimo ad quartum decimum annum.

OBITER in hac dictione oſtendit Hippocrates in quibus ætatibus maxime contingant veſicæ inflammationes & inquit, quòd hæc formula, id eſt, hic modus, aut hæc via generationis inflammationis veſicæ potiſsimum accidit pueris à ſeptimo donec decimum quartum, vel vt alia habet traductio decimum quintum annum peregerint, huius autem cauſam attulit Galenus ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſeptuageſimo quarto, & tertio Aphoriſmorum, commento vi-

geſimo

A geſimo ſexto,quoniam ob edacitatem,& importunum,atque exuperantem cibum pueri non paucos humores crudos coëceruant,ex quibus pars craſsior vnà cum vrina ad veſicam perueniens, fit materia generationis lapidum, & id propter puerorum accedentem caliditatem iecinoris, & renum.Sane & hi humores per renes expurgantur, ac per ductus vrinarios, in veſicam colliguntur, & aliquando in ea calculos progignunt, ac frequenter inflammationem, quoties veſica illis grauitata humoribus, deriliĉtiſque ab eius natura in rem præter naturam vertuntur, quæ vehementer veſicam afficiens, in ea inflammationem progignit, accedente puerorum prædicta membrorum caliditate,via autem, & generationis lapidis, atque inflammationis in veſica in ſenibus rariſsimè fieri contingit,ob defectum caliditatis eorum nequeuntis humores crudos expedire, tum ad lapidis generationem, tum ad veſicæ inflammationem, autore Galeno tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto.

B

BENEDICTI VICTORII FAVENTINI IN PROGNOSTICA HIPPOCRATIS COMMENTARIVS TERTIVS.

De febribus.

I.

C **FEBRIVM iudicationes fiunt, iiſdem numero diebus, & ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus intereunt.**

CVM proximis iam Prædictionum ſectionibus Hippocrates edocuerit nos præſagia, ſumpta potius ab operibus facultatis naturalis,quibus præſagire valebamus morborum terminos ad ſalutem, vel mortem, aut ad eorum longitudinem, vel breuitatem. In hac autem tertia Prædictionum ſectione eandem Hippocrates affert doctrinam animo habito ad præſagia à rationali orta facultate. Et vt ſummatim dicam Hippocratis mētem nunc fore terminos acutorum, & diutinorum morborum indicare, per eorum collationes ad criſes, id eſt, iudicationes, quæ vt ait Galenus quarto de Decretis Hippocratis, & Platonis, ſunt rationalis facultatis opera. At & ad dies decretorios, collatione. Quamuis enim decretorii dies experientia priuſquam ratione ſtabiliantur, vt ait Galenus de Diebus decretoriis, cap. quarto ipſa tamen experientia ne fallat, per rationem examinanda eſt, vt dixit Galenus ſecundo de Diebus decretoriis,cap. ſecundo, quo fit,vt iudicatio ſit opus facultatis rationalis, cui iudicationi, aut criſi, plurimum experientia conſentit,vt ait Galenus & dixit, febrium iudicationes fiunt. At animaduertere oportet, cum criſes, id eſt iudicationes maxime familiares ſint morbis peracutis, & acutis, vt ait Galenus tertio de Criſibus, cap. quarto. Quos morbos maxime comitantur febres ardentes aut continuæ, propter hoc criſes maxime his febribus familiares erunt,ut dixit Galenus:& ob hanc cauſam dixit Hippocrates tertia Prædictionum ſectione cap. primo:febrium iudicationes fiunt, vt quis ab eo intelligere valeat ſe determinaturum de præſagiis in febribus collatione ad criſes illis maxime familiares, vt ait Galenus ſecundo de Diebus decretoriis cap. duodecimo.Item ſcire debes, quod criſis, ideſt iudicatio, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio aliquando in his fit,in quibus ſubito integra ſanitas reſtitu

itur, aut moritur æger, non neceſſarium tamen eſt vt per criſim, id eſt iudicationem, æger ſubito ad ſalutem, aut mortem permutetur, ſed quod ad melius, aut peius inclinetur, & idem voluit coniectare Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento decimo tertio cum dixit iudicationem eſſe ſubitam, nõ tamen neceſſariam in morbo vel ad ſalutem, vel ad mortem mutationem. At ob hoc Galenus tertia Prædictionum ſectione, iudicationem per morbos voluit quadam tranſlatitia appellatione dici à iudicio fori, vbi iudex per acta, atque comprobata indicia reum iudicat ſubito liberandum fore, aut periturum. Igitur criſis, id eſt iudicatio præcipitem in morbo mutationem ſignificabit, aut in melius, aut in deterius, vt prædictum eſt. Quo fit, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio, & tertia Prædictionum ſectione, commento primo, & commentario tertio primi de Morbis vulgaribus Hippocratis, commento decimo quinto. Permutatio hæc decretoria quadrifariam exiſtit, aut enim æger à morbo vindicatur, id eſt liberatur, aut magnã obtinet in melius mutationem. Nominant autem vt ait Gal. non quippe ipſe duas has mutationes ſimpliciter iudicationes, quoniam vt dixit Galenus tertio de Criſibus, cap. ſecundo ſola ſubita ad ſanitatem conuerſio ſimpliciter criſis nominatur, At cum æger in melius peruenit per mutationem decretoriam, non integra ſanitate fruitur, quo fit, vt talis in melius permutatio à Galeno neque ſimpliciter, neque optima cenſeatur criſis, id eſt iudicatio, inquit enim Galenus tertio de Criſibus, cap. quarto: optimam verò criſim quam etiam ſolam criſim vocari dicimus, non per coniecturam, ſed firma cognitione comprehendes, omnia enim ſigna in talibus morbis ſtatim ab initio ſecura videntur, cum enim integra fuerint omnia future criſis indicia, criſim integram, atq. optimam dicemus, quæ vt ait Galenus eodem in loco in primo ægrotationis quaternario futuram criſim denuntiat. Vbi verò criſis indicia non integre ſecura ab initio fuerint, vt ad integram ſanitatem ægrum peruenire, indicare nequeant, ad meliorem verò diſpoſitionem ægrum peruenire oſtendant, talis quippe mutatio nõ dicetur criſis ſimpliciter, ſed non integra criſis, id eſt iudicatio nominatur, de qua ſermonem habuit Galenus primo Aphoriſmorum, commento vigeſimo, vbi ad enarrationem verbi Hippocratis inquientis. Quæ iudicantur, & iudicata ſunt integre ait. Vbi igitur vel integra iudicatio facta eſt, vel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet. Vbi non integre iudicatur, id quod deficit ſupplere nos conuenit. Igitur criſis ea ſimpliciter dicetur, quæ abſque adiectione ſic dicitur, qua à morbo ægrotans integre & perfecte vindicabitur. Vbi verò in melius vertetur, non integram, aut non perfectam criſim nominabimus, quæ etſi minuat ab inducenda ſanitate in primo quaternario, oſtendit tamen vel opere naturæ, vel medici eam adminiculantis in primo ſeptenario inducendam fore, vel vltra in futuris diebus decretoriis ſecundum quod ab initio indicia futuræ ſanitatis extiterint non integra ſecuritate prædita, proportione quippe diſtantiæ ab his indiciis, quæ ab initio integra ſecuritate fruuntur, & hanc mentem habuit Galenus tertio de Criſibus, cap. quarto vbi ait. Non contingere febrem omnia ſigna ſecuriſsima habentem, in primo quaternario ægrotantem non liberare, nec contingere febrem omnia ſigna perniciosa maxime habentem in primo quaternario non occidere, vti contingit ſi febris quidem indicia habuerit parum ab extreme pernitioſis diſsidentia, aut parum à maxime ſalubribus, huiuſmodi febres ſeptimum non tranſcendent diem, quin aut ægrotantem liberent, aut occidant. At, & ſic deinceps iudicatio peruenire poterit, ad vſque vndecimum, aut quartum decimum diem, & ab hinc inde proportione diſtantiæ indiciorum febris à ſecuriſsimis indiciis, aut ab extreme prauis, vt modo ad decimum ſeptimum, aut ad vigeſimum, aut ad vigeſimum quartum vſq. donec in quadrageſimum peruenerit diem criſis, id eſt iudicatio, qui vltimus eſt decretoriæ iudicationis in acutis morbis, vt ait Hippocrates prima Prædictionum ſectione, vigeſimo octauo, & quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo ſexto. Quibus criſes maxime familiares ſunt, vt prædiximus. Cæteras verò duas criſis permutationes, quarum in vna ægri ſtatim moriuntur, in altera verò ægri in deterius euadunt, non quippe ſimpliciter iudicationes vocantur, ſed cum adiectione mala, aut praua dicantur. Quas criſes non appellat Galenus, ſed criſes non bonas,

aut

aut malas, vti criſis nominat bonas, quoniam criſis propria ſignificatione ſemper
A bona eſt, ſiue ſimpliciter ſit criſis,ſiue defecta . eſt enim ſimplicitur criſis morbi ſo
lutio ſubita:defecta verò criſis,ſubita eſt morbi diminutio,etſi vtraque bona ſit .
Duæ verò poſteriores permutationes nequaquam criſes ſunt,quoniam non bonæ
ſunt,ſed ſemper malæ . Prima enim eſt ſubitus ægrotantis interitus: ſecunda verò
eſt ægrotantis caſus in deterius . Et hanc doctrinam vide à Galeno tertio de Criſi
bus,cap. ſeptimo.Cæterum notatu dignum eſt,cum iudicationes in morbis digno
ſci habeant maxime per ea accidentia quæ in morbis iudicandis inuehuntur , vt in
primis huius voluminis ſectionibus iam enarrauimus , opere pretium eſſe duxi ſci
re oportere, quæ accidentia hæc ſunt , quibus criſes, id eſt iudicationes in morbis
futuræ dignoſcantur,& ob hanc rem præſcire ea,per quæ criſes fiunt , neceſſe eſt ,
cum Hippocrates in hac tertia Prędictionum ſectione edoceat nos dignoſcere in
dicia,quibus præſagire poterimus, quando criſis, id eſt iudicatio in hanc,vel illam
rem terminaturam foret. Hoc autem, quod ſcire conuenit eſt, quod omnis iudica
B tio cum quadam ſit euidenti excretione,vt in morbis acutis,aut abſceſſu,vti in diu
tinis ſit morbis,& huius rei definitam notitiam videre poteris in libro de Iudica-
tionibus ab Hippocrate : illic enim oſtendit terminum iudicationis per omnem
modum euacuationis fiendæ in morbis acutis , qui per excretiones iudicari ha-
bent. Eandem quoque doctrinam habes à Galeno tertio de Criſibus, cap. vndeci-
mo , perquammaxime ſeruientem his,quæ in tertia Prędictionum ſectione ab Hip
pocrate enarrantur . Item te ſcire oportet quoniam in tertia Prædict. ſectione ,
Hippocrates ſermonem permaxime habet de Diebus decretoriis,vt ab his indicet
de futuris morborum terminis ad ſalutem, aut mortem ægrotantis , aut ad bene,
vel male habere, conſonum eſt ſcrutari quid per dies decretorios intelligat Hipp.
& cæteri, qui de ipſis tractauerunt.Erunt igitur dies decretorii, vt ait Galenus ter
tia Prædictionum ſectione, commento primo , hi in quibus ſubita in morbis per-
mutatio in melius,aut deterius efficitur,qua firmæ,atque plurimę fiunt in morbis
iudicationes per indicia,quippe in diebus præcedentibus indicatiuis præcognita
C vti ſeptimus dies decretorius dicitur,cum in eo ob ſubitam illam permutationem,
fit iudicatio ad melius,aut deterius per indicia in quarto die pręſentita promitten
tia fieri iudicationem in ſeptimo die: eſt enim quartus index ſeptimi vt ait Hippo
crates ſecundo Aphoriſmorum vigeſimo quarto . At notatu dignum eſt , quòd
quamuis quartus præſentiat iudicationem in die ſeptimo fiendam, non neceſſario
tamen die ſeptimo liberabitur,aut morietur æger,in melius tamen,aut in deterius
vertetur. Quo fit vt ſalubribus indiciis in quarto die apparentibus, aut inſalubri-
bus exitioſiſque proculdubio ſaluabitur , aut peribit æger , ſi non in die ſeptimo ,
continget hoc in nono , aut vndecimo, vel decimo quarto die , vt poſtea dicemus
oſtendemuſque per alios dies non omnino decretorios neq. multas, neque firmas
iudicationes fieri poſſe, nequaquam quidem in melius , aut deterius minuſuè in ſa
nitatem , aut mortem, at quiſpiam dicet experientiam nos docere ægrum quem-
piam ob exitioſiſsima indicia apparere in quarto die , indicantia ipſum mori debe
re in ſequentibus decretoriis diebus, in his ſanè non perit,ſed in die omnino non
D decretorio cernimus ipſum perire. Igitur fallax erit indicatio , magiſque erit & iu
dicatio in die decretorio fieri indicata , cui dicemus hoc poſſe contingere , neque
tamen indicationis , neque iudicationis rationem id tollit , quoniam accidit hoc
non per rationem naturæ intendentis criſim , ſed per rationem accidentis , id eſt
morbi maleficentiam adeo naturam opprimentem, vt natura morbo reſiſtere non
valeat , ſed per eius adauctam violentiam natura ſuccumbat , non potens quippe
per rationem ſymptomatis ſeruare ordinem decretoriæ iudicationis , & in hoc
habes Hippocratis ſententiam in libro de Diebus iudicatoriis,vbi ait:oportet au-
tem exactè perdiſcere vnamquamque temporum conſtitutionem , & quemque
morbum , & quis morbus ſit bonus , & qui periculoſus , aut in conſtitutione , aut
in morbo , & qui morbus longus ſit,& lethalis, & qui longus ſit, & non pernicio
ſus ad vitam,& qui acutus,& lethalis, & qui acutus, & ſupereſſe ſinens,ex his enim
ordinem dierum iudicatoriorum conſiderandi, ac prædicendi facultas datur , vbi
enim indicia, & morbus adeo præter naturam fuerint, vt vehementi violentia na-

turam opprimant, perdetur tunc decretoriæ iudicationis ordo. Vbi verò hæc ſe-
quuntur opus naturæ decretorium, ſanè ſeruabitur ordo decretoriæ iudicationis, A
& eandem mentem habuit Galenus primo de Diebus decretoriis, cap. quarto. At
& præter hos decretorios dies alii ſunt, quos indices, ac contemplabiles nomi-
nant: indices quippe, quoniam in his aliquod apparet indicium, futuræ iudicatio-
nis in altero futurorum decretoriorũ die: indicatiuum, vti indicem dicimus, diem
quartum, quoniam in eó contingunt ſigna apparere futuram iudicationem in ſepti
mo die indicantia, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo
quarto, eſt enim indicare manifeſtum, aut palam facere, ex his namque, quę in quar
to die contingunt accidentia, manifeſtum facimus quæ futura ſunt in ſeptimo die,
& ii dies à Priſcis contemplabiles dicuntur, quoniam rerum occultarum prouen-
tus, ſunt apud conſiderantes. In his enim vt in die quarto, per indicia conſidera-
mus, intuemurq. occultos effectus, qui inde futuri ſunt manifeſti in ſeptimo die:
alii quoque dies ſunt, qui neque vere, & ſimpliciter decretorii ſunt, neque etiam
indicatiui, quos Galenus intercidentes appellat tertia Prænotionum ſectione com B
mento primo, qui intercidentes ideo dicuntur, quia inter ſimpliciter decretorios
& indices cadunt, aut quoniam medio ſecant vtroſque dies, at & hi interciſi dies
nominantur: quoniam ſic cadentes inter extrema, eaque ſecantes partem naturæ
vnius tenent partem verò alterius, ſicuti eſt dies tertius ab initio morbi acuti, &
quintus, & nonus, atque aliquando ſextus, hi enim, & præſertim ſextus cum acci-
dentibus difficilioribus quandoq. iudicationem faciunt acerbam quidem, & non
integram, quoniam non integrè diſcutiunt morbum, ſed imperfectè, vt ait Gale-
nus. At vbi integrè diſcutiat, prorſus recidiuam expectare oportet. Ob hæc igitur,
quę à nobis edocta ſunt, non te latere debet, Hippocratem in hac ſectione nos edo
cere velle indicia, quibus præſagire poterimus terminos in morbis acutis, interdũ
etiam in diutinis, ad ſalutem, aut mortem, aut melius, aut deterius, collatione
quidem ad dies decretorios, atque indices, & contemplabiles, & intercidentes ob
ſubitam mutationem morbi in his diebus ad melius, aut deterius, quoniam per in C
dicia apparentia, exacteque à nobis contemplata in diebus morbi indicatiuis, &
contemplabilibus iudicationem ad bonum, aut ad malum, futuram in diebus de-
cretoriis afferemus. At vbi contingat iudicationem fieri in diebus intercidentibus,
hæc fallax, & imperfecta, atque diſrupta erit, cum recidiuæ expectatione. His igi
tur quæ diximus perſpicue cognitis, facile erit Hippocratis dictionem enarrare,
inquientis febrium iudicationes, febrium dixit ſcilicet continuarum, & aliorum
morborum acutorum, & eorum diutinorùm, qui per criſim terminantur, & iudi
cationes dixit, vt ſignificatum dictionis iudicatio doceret, vti egit Hippocrates
primo de Morbis vulgaribus decimo quinto, vbi dixit Galenus breuiori ſermo-
ne, iudicationem eſſe morbi repentinam mutationem in diebus decretoriis exor-
tam, aut ad ſalutem, aut ad pernitiem, aut ad melius, aut ad peius, & inde dixit,
fiunt in iiſdem numero diebus videlicet decretoriis, aut ſanè primis, aut ſequenti
bus & vltimis, vt poſt dicemus: & dixit, ex quibus ſcilicet iudicationibus promit-
tuntur homines in diebus decretoriis liberari, & viuere, & ex quibus pariter in
iiſdem diebus iudicatoriis promittuntur homines mori, aut in deterius labi, & ob
hunc Hippocratis ſermonem coniectari poteris ipſum voluiſſe criſim eſſe celerem
mutationem non ſolùm ad ſalutem, & ad melius, verum ad pernitiem, aut ad peius. D
At & hoc veritatem habet cõmuni huius dictionis criſis, attenta ſignificatione, ex
propriori verò non niſi ad bonum exiſtit criſis, vt prædiximus ex Galeni mente in
primo de Criſibus, & ſecundo Aphoriſmorum commento decimo tertio: & ter-
tio de Criſibus, cap. quarto.

II. III.

Simpliciſsimæ enim febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſsimis, quar to die, aut citius deſinunt. Deterrimæ verò, ac ſignis affligentes difficillimis, quarto die, aut citius interimunt.

Agens

A AGENS Hippocrates de continuis, ac acutis febribus quibus criſes, id eſt iudi
cationes plurimũ familiares ſunt, oſtendunt quæ, & qualia ſint indicia ex qua
dam generali conſideratione,quibus quis præſagire poterit,quo die decretorio fe
bris acuta ęgrum exacerbans,ad bonum finitura eſt,pariter quoq.& eodem die de
cretorio in malum caſura ſit terminũ,& dixit ſimpliciſsimæ febres, ac ſignis firma
tæ ſecuriſsimis,quarto die, aut citius deſinunt. At non lateat te Hipp. nomine di-
ctionis, ſimpliciſsimæ,febres puriſsimas,& ſinceriſsimas febres accepiſſe, & ſunt,
quas nulla comitantur accidentia,quib. illis & ſeuitas,& maleficentia aſſocientur,
quæ reddentes ipſas impuras,& nõ ſinceras maleficas efficiunt febres, prędiximus
.n. prima Prædictionum ſectione ex ſeuitia accidentium morbis contingentium,
morbos ipſos magnos, ac maleficos fieri, quam ob cauſam febres ſimpliciſsimas
voluit Hipp. eas eſſe, quib. peſsima non adiuncta ſunt ſymptomata, quas placidiſ
ſimas febres nominauit Gal.tertia Prædict.ſectione,comm.ſecundo.Pariter quoq.
modo contrario deterrimę dicuntur febres, quibus ſæua,& horrenda contingunt
B accidentia,& merito has febres appellauit Gal. maleficas,præſcripto loco, comm.
tertio. Igitur vbi febres ſimpliciſsimæ erunt, mitiora quippe erunt accidentia, à
quib. non niſi ſecuriſsima ſigna decerni poſſunt. Quo fit, vt earum iudicatio ad ſa
lutem non prætereat quaternarium, ſed eo vel citius febris deerit: tum quoniam
cauſa febris exuperãter obediet naturę eam abſoluenti: tum quoniam ſecuriſsima
indicia ante diem quartum ab initio febris apparuerunt.Quod ſi in quarto die hęc
nõ ſolueretur febris,vel ante,ſed eius fieret ſolutio ad ſecundũ diem decretorium,
in quem finitur ſecundus quaternarius,tunc ab initio ante quartũ diem non appa-
ruiſſent ſecuriſsima indicia,quoniam indicia futurę iudicationis in ſeptimo die nõ
prius quàm in quarto apparent die,vt iam perſcitũ eſt. Pariter quoq. vbi febres de
terrimæ,ac maleficę fuerint,exitioſiſsimis quippe ſignis ab initio affligẽtes,quarto
die,aut citius interimunt,quoniam indiciorũ maleficentia ab initio febris apparen
tium nõ indicat vltra primum quaternarium,quoniam fiendę iudicationis in ſepti
mo die reſurgunt ſigna in quarto die.Eſt enim quartus ſeptimi index, vt ait Hipp.
C II. Aphoriſ. XXIIII.At quiſpiam dubitabit,num tertius dies ab initio morbi acu
ti inter decretorios dies computandus ſit,ſanè hoc videtur Hipp.velle tertia Pręno
tionũ ſectione,II. & III.vbi ait.At citius deſinunt,aut citius interimunt,hoc quip
pe videlicet ante quartũ diem non videtur fieri poſſe niſi in die tertio.Idem voluit
Gal. IIII.Aphoriſ.comm.L VIIII vbi ait.Rurſus autẽ ſicuti in peracutis,morbus
poterat iudicari,& in quinto,& in quarto,& in tertio die. Idem ſentit Gal. II. de
Diebus decretoriis cap. octauo inquiens.Plurimos quidem nonus iudicat, ſecun-
dã vim obtinet quintus,& poſt hunc tertius.Eandem habuit mentem Hipp.IIII.
Aphoriſ. XXXVI. inquiens, ſudores febricitanti ſi inceperint,boni & tertio die,
& quinto,& ſeptimo,& idem dixit Gal. comm.XXXVI. vbi ait,quoniam morbi
peracuti primam ſtatim acceſsionem vehementiſsimã habent,& reliquas illis pro-
portionales per diem tertium.Horum autẽ cõtrarium voluit Gal. quarto Aphoriſ.
comm. XXXVI. dicens, quamuis hic dies quartus ſit primus iudicatorius. Non
igitur inter dies decretorios,dies tertius numerandus eſt, nempe puto quemlibet
D coniectare debere vt perſpicue promittunt Galeni verba, Aphoriſ. quarto, comm.
XXXVI. & ſæpius in libris de Criſibus,binam videlicet criſis fore acceptionem.
Vnam quippe ſequentem lunę motum,per quadras peragrantis, quarum duę ſepti
manam conſtituunt. Sanè prima quadra diuiſor eſt primæ ſeptimanæ, cuius qua-
dræ primæ terminus eſt dies quartus,ad quem, cum lunæ peragratio peruenerit,
nedũ in ambiente,aut terrenis mutationes fiunt,verum & in hominum corporib.
præſertim ęgris.At quoniam in prima quadra primi,circuitus leuis eſt,& mitior in
fluxus,ac lumen,quoniam recens non magnas,neq. violentas in ægris mutationes
contingunt,tũ ad bonum,tum ad malum,etſi criſes fiant in quarto die ob lunę mo
tum,plurimum tamen non apparent,dixit enim Gal. quarto Aphoriſ. commento
XXXVI. ſe raro vidiſſe diem quartũ iudicare morbos acutos,præſertim per ſudo
res,cũ in tam modico temporis ſpacio concoctio peragi non poſsit materiam præ
parans ad ſudoris facilem expulſionem,dixit enim Gal. tertio de Criſibus cap. V.
ſolam coctionem criſis celeritatem,& ſalubrem ſecuritatem oſtendere. At & dixit

Gal. eodem in loco, diem quartum videri ferè non computandum inter dies iudi A
catorios ob leuem in eo factã mutationem, At quoniã talis mutatio in quarto die
ſequitur motum peragrationis lunæ per primam eius quadram,dicetur talis muta
tio criſis,pariterq. & dies quartus decretorius nominabitur,& hanc doctrinam ha
bes à Gal. ſermone prolixiori tertio de Diebus decretoriis cap. V I I. donec vſque
totus finiatur liber.At ſecundũ hanc criſis ſignificationem dies tertius inter decre
torios minime computabitur,quoniam luna in eo primam non expediuit ſuæ pera
grationis quadram,cuius terminus eſt quartus dies,qui primus eſt decretorius, vt
ait Gal. I I I I. Aphoriſ. comm. X X X V I. quo fit,vt criſis proprie in tertio die ne-
quaquam fiat. Altera verò criſis cõmuniori vocabulo accepta,eſt quæ humoris mo
tum ſequitur ob eius naturalem periodicationem,qua in morbis in naturam inue
hit,vti humor bilioſus, qui ad tertium diem periodicans, mouet ægroti naturam
vel placida,vel vehementiſsima acceſsione turbatam, quo fit, vt iudicium fiat de
termino febris tertianæ ad bonum, aut malum,& de hac criſis, ſeu iudicii ſignifi-
catione verba habuit Gal.quarto Aphoriſ. comm. quinquageſimo nono inquiens. B
Eſtque à nobis obſeruatum tum in quartanis,tum in tertianis fieri iudicationem
ad numerũ circuituũ, non dierum: eandem mentem habuit Gal. quarto Aphoriſ.
com. X X X V I. vbi ait.Quoniam morbi peracuti primam ſtatim acceſsionem ve-
hementiſsimã habent & reliquas illi proportionales per diem tertiũ, didicimus au
tem,quod in vehementiorib. acceſsionib. iudicia fiunt,& item ait,& quod morbi,
qui in dieb.imparib.acceſsionem habent citius iudicantur,qui verò parib.tardant.
Scire igitur debes,quod vbi ab Hipp. & Gal.in ſuis legeris codicibus,reperieſq. in
terdum criſim,id eſt iudicationem fieri die tertio, nolo ob hoc te connumerare in
ter decretorios dies,tertium diem,quoniam criſis fieri proprie nõ contingit in die
tertio,vt prædiximus, ſed ipſam criſim acceptarunt in eius ſecunda ſignificatione,
vt ſæpius de ea ſermonem habuit Gal. in de diebus decretoriis, & iudicationibus.
ait enim in tertio de Diebus decretoriis cap. octauo. Huius rei gratia tertius, &
quintus merito decernunt, non ex lunari circuitu decernendi potentiam ſortiti, C
ſed quod ob violentam acceſsionem,tertius criſim,quarto die futuram præuertat.

IIII.

Itaq. primus impetus in hũc modũ finitur:ſecũdus verò ad ſeptimũ
producitur: tertius ad vndecimũ: quartus ad decimum quartum:
quintus ad decimũ ſeptimum: ſextus ad vigeſimũ.Hi ergo ex mor
bis acutiſsimis per quatuor ad viginti ex additione terminantur.

CVM morborum criſes,id eſt iudicationes in diebus decretoriis firmiores ſint,
ſeu ad bonum,ſeu ad malum iudicatio fiat,autore Gal.ſectione ſecunda Pręno
tionum comm. LIIII. In quib. decretoriis dieb. circuitiones morborum conſur-
gunt,iuxta illud Gal. I I I.de Diebus decretoriis,cap. V I I.dicentis.Circuituum ve
rò alii numero quodam dierum cõſtant,alii menſibus.Qui verò diebus cõſtant,mo
do lunæ incedunt,& hi ſunt ſeptimani circuitus, ſanè per duos quaterniones diui-
ſi,in quib. duo conſtant decretorii dies, quartus videlicet & ſeptimus, & hi dierũ
decretoriorum circuitus in lunam referuntur,duas vna ſeptimana quadras peragrã D
tem: luna .n. vicenis ſeptenisq. dieb. & particula quadam adiecta,præſertim tertia
diei parte vniuerſum ſigniferi ambitũ peragit,vt docet Gal. I I I. de Diebus decre
toriis cap.V. ſicut.n. ſol integrũ abſoluit annum,ita luna menſem,cuius menſis die
rũ computatio per dies integros minime fieri poteſt,ſicut nec annus integris dieb.
numerari poteſt,immo nec ſeptimana omnis, vt docet Gal.I I.de Dieb.decretoriis,
cap.V I.Igitur ſi luna menſem ex vicenis,ſeptenisq.dieb. conſtantem parte quadam
a diecta vti tertia diei parte,abſoluit, conſtat quartã ipſius partem in ſeptem prope
dieb.eam expedituram.Ob quã rem cũ menſi à luna mutationes inſurgant,mẽſem
ipſum immutari à luna perſeptimanas rationi conſentaneũ eſt:cõtingit.n. mutatio
nes fore validiſsimas,quæ cuiq. per ſeptenos dies proprie cõtingunt,ante hos verò
minime.Non ab re dixit Gal. I. de Dieb. decretoriis cap. I I I I. ſeptimi diei natu-
ram Regi aſsimilari,ſexti verò tyranno,primũ .n. omnium dierũ decetoriorum ſep

A timum dixit Galenus: primo de Diebus decretoriis, cap. quarto non numero vi-delicet, & ordine, ſed potentia, & dignitate: omnes enim decretoriorum notas ſeptimus occupat dies. Quo fit, vt iis abſolute, fideliter, tuto, manifeſte, & ſalubriter iudicet, quod ita valide in aliis decretoriis fieri nequit. At hanc ſeptimi diei nobilitatem, & perfectionem comprobat Hippocrates in libro de Carnibus, vbi multa & eſſe, & conſideratione digna, per ſeptenarium fieri enarrat, & tu vide. Porro tamen te vnum obſeruare volo, cum per menſem lunarem, à luna per eius receſſum, & ſoli coitum contingant, nedum terrena, & aëra, verum & humanorum corpora per ſeptimanas immutari, vt prædiximus, ſi quæ per rationem criſis nobis occurſant, quibus fida, & valida, atque perſpicua iudicatio fieri habeat, vt his nobis vtiles cauſæ, atque mutationes contingant, ea naturam ſeptimanæ interpretantur, quo fit, vt criſis per ſeptenarium habita, maior, fidiorque, & validior ac ſalubrior dicatur. Quę autem citra, vt quę per quaternionem fit, non maior, non fida, non adeo valida cenſetur criſis, & ob hanc rem dies ſeptimus magnus, & per-
B fectus, & validus, & fidus dicetur decretorius, ac primus potentia, & dignitate. Quartus verò dies etſi primus decretorius dicatur, id eſt ſolo ordine, & numero, non quippe virtute, & dignitate, vt ait Galenus ſecundo de Diebus decretoriis, cap. octauo eum minorem decretorium appellans. Propterea igitur Hippocrates cum dixit in hoc ſermone. Itaque primus impetus hunc in modum finitur, edocet ordinem, & numerum circuituum, & dierum decretoriorum vſque donec ad vigeſimum perueniamus diem, in quem terminum breuiores morbi magis iudicantur, qui enim poſt vigeſimum diem inuadunt, longiorem afferunt iudicationem, vt poſtea dicemus. Et non lateat te Hippocratem in hac dictione loqui de morborum circuitibus, & decretoriis diebus, qui ex lunari circuitu decernendi facultatem fortiti ſunt, & non de his, qui ob violentam acceſsionem tales dicuntur, vt prædiximus, autore Galeno tertio de Diebus decretoriis, cap. octauo &
C dixit: Itaque primus impetus, id eſt inſultus, id eſt prima criſis. Eſt enim criſis ſubitus impetus morbi in naturam, & contra ad ſalutem, aut mortem, aut longeuum morbum, aut breuem, qui in hunc modum, ſcilicet in primum quaternionem finitur, cuius terminus eſt quartus dies ordine, & numero dierum primus, ſed minor decretorius, vt iam dixi, incedens modo motus lunæ, cui quarto diei, ſi indicia, vt in febribus placidiſsimis, ſaluberrima adfuerint, in eo quippe, aut citius febres tales abſoluentur, & tunc æger iudicabitur, id eſt liberabitur, vbi verò praua, ac deterrima adfuerint indicia, febres maleficæ erunt, & quarto die, aut celerius interimentes. Cæterum adiecit, ſecundus verò ad ſeptimum producitur, id eſt, ſecundus motus criticus, qui ſequitur motum lunæ peragrantis ſecundam quadram producitur per ſecundum quaternionem in ſeptimum diem, qui eſt terminus primæ ſeptimanæ, & dies decretorius fortiſsimus, vt ait Galenus ſecundo de Diebus decretoriis, cap. octauo, cuius index eſt dies quartus minor decretorius, vbi enim quarto die indicia morbi fuerint ſalubria, in ſeptimo fiet morbi ſolutio, cõtra verò quarto die ſi indicia inſalubria apparuerint, ſeptimo die perdetur ęger, quoniam tunc magna exiſtet mutatio cum morbi victoria, deinceps dixit, & tertius ad vndecimum, id eſt inſultus criticus per tertium quaternionem peractus, in vndecimum porrigitur diem, non vt ſeptimus vndecimi index fit, cum à ſepti-
D mo die quaternio diiungatur, tertius, & ſeptimus abſolute, & ſimpliciter decretorius eſt, ſed vt vndecimus index ſit decimi quarti, eſt enim vndecimus tertii quaternionis terminus, & initium quarti: cæterum adiecit, quartus ad decimum quartum, id eſt impetus quartus, ſeu periodicatio critica, quæ ſecundum motum lunæ in quarto fit quaternione, in decimum quartum porrigitur diem, qui decretorius ſimpliciter eſt, & nullius index, niſi morbus ordinem permutet, vt ſcilicet ſerius, vel citius inuadat, vti voluit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo primo inquiens, ſeptimum indicare decimum quartum, & hunc indicare vigeſimum, hoc enim eſt extra ordinem circuituum lunæ, atque morborum, cum ſit terminus ſecundæ ſeptimanæ, & luna menſem ſecundum ſeptimanas immutat, vt prædiximus. At dies decimus quartus, non adeò fide, & perſpicue, valideque eſt decretorius

uti ſeptimus dies, quoniam decimus quartus cum finiat quartum quaternionem etiam quintum principiat. Septimus verò dies omnino ſeparatur à tertio quaternione, & ſecundus quaternio, cuius ſeptimus eſt finis, à tertio ſeparatur quaternione. Quo fit, vt ſeptimus dies fortiſsimus ſit decretorius, & primus potentia, & dignitate, quartus verò decimus leuior ſit decretorius, & ſecundus dignitate, & iudicio, & huius cauſa eſt, quoniam cum luna noſtra immutet corpora per ſepte nos menſis dies, fortiſsima immutatione immutabit, cum peragrando menſis quadras, eas ſeiunctas abſoluit, quàm ſi eas iunctas permearet, in ſeiunctis enim quadris maior eſt latitudo motus lunæ, & eius virtus fortior, & iudicatio validior, quàm vbi peragrationis motus lunæ ſit per quadras inuicem iunctas, ſicut enim earum latitudines per inuicem determinantur, ita & dierum decretoriorum in his exiſtentium, iudicationes debiliores fiunt. Non ab re igitur dixit Galenus ſeptimum diem fortiſsimam habere iudicationem, cum per ſeipſum, & per ſuum quaternionem ſeiunctus habeatur, pariter quoque & eius ſeptimana ſeiungitur à ſecunda ſeptimana, cuius finis eſt dies decimus quartus, & ſecunda ſeptimana iungitur tertiæ, vbi minor eſt latitudo motus. Cæterum adiecit, quintus ad decimum ſeptimum, id eſt, quintus impetus, qui ex veloci fit actione virtutis in morbum, & contra, in decimum ſeptimum finitur, qui cum ſit ſeptimus ab vndecimo vim obtinet iudicationis, & quoniam tertiæ ſeptimanæ eſt quartus index vigeſimi talem in ſe obſeruans naturam, qualem vndecimus ad decimum quartum, & quarti ad ſeptimum. Vbique enim dies hi per quartum tres ad vigeſimum diuidunt ſeptimanas, ob quam cauſam eorum quilibet index eſt ſeptimi ſuæ ſeptimanæ, & cum eorum quilibet à primo indice ſeptimus ſit, vndecimus videlicet à quarto, & decimus ſeptimus ab vndecimo dicetur, & horum omnis decretorius, non quippe abſolute, cum quilibet index ſit, & ita in hac verborum ſerie dixit Hippocrates ſextus in vigeſimum finitur, id eſt ſextus inſultus decretorius, quem ſecundus quaternio tertiæ ſeptimanæ abſoluit, in vigeſimum porrigitur diem, qui eſt abſolute decretorius, cum ſit terminus tertiæ ſeptimanæ, per quas ſeptimanas luna ſuis circuitibus noſtra immutat corpora, vt prædiximus. Summam igitur inſultuum, ac acceſsionum, quæ ſecundum lunæ circuitus, & materiæ motum, at & eorum ordines, qui fiunt, & augentur ex morbis acutiſsimis ad vigeſimum vſque diem attulit Hippocrates & dixit: Hi igitur inſultus, ſeu acceſsiones, quæ ex morbis acutiſsimis per quatuor augentur ad viginti, id eſt ad vigeſimum terminantur diem, & morbos, qui ante diem vigeſimum infeſtant, acutiſsimos, id eſt breuiores nominauit Hipp. cum hi per quatuor augentur, quod maxime eſt terminus morbi acutiſsimi. Verum non lateat te, vt ait Gal. primo de Diebus decretoriis, cap. decimo quod cum ante quartum decimum diem magnæ ſint in morbis perturbationes, merito hi morbi magis acuti dicentur, quæ verò proximo loco perturbationes morborum ad dictos ſuccedunt, ſunt quæ ad vigeſimum vſq. diem habentur, quæ verò in morbis perturbationes poſt vigeſimum ad quadrageſimum ſuccedunt, paulatim vehementiam, ac efficatiam remittunt, adeo vt qui poſt quadrageſimum ſunt morbi, omnes prorſus langueant, & concoctione, aut abſceſſu potius, quàm criſi terminentur. Quo fit, vt Hippocrates morbos intra vigeſimum diem perturbantes collatione ad eos, qui poſt vigeſimum inſurgunt, acutiſsimos appellet.

De circuitionibus morborum.

V.

Fieri verò non poteſt, vt horum vllum integris diebus eximie numeretur, non enim annus, ac menſes integris numerari diebus, natura apti ſunt.

Memoriæ

A MEMORIAE ſubiiciatur, quod ſermone præcedente dixit Hippocrates videlicet ſextum impetum decretorium per præcedentes quaterniones iunctos, ſeiunctoſuè in vigeſimum finiri diem, cui quiſpiam aduerſari poterit, inquiens ſepti manam quamlibet ſeptem numerari diebus. Quo fit, vt ſextus impetus non ad vigeſimum, ſed ad vigeſimum primum finietur diem, pariter quoque ex additione quatuor ad viginti, acutiſsimi morbi non terminabuntur, ſed ad vnum, & viginti, cum tres ſeptimanas vnus, & viginti numerent dies. Huic dicens Hippocrates ait. Quoniam tres ſeptenarii per rationem inſultus decretorii, & dierum decretoriorum invigeſimum ducuntur diem, ob hoc fieri non poteſt, vt horum inſultuum vllum integris diebus exacte numeretur, aliter enim non vigeſimus, ſed primus, & vigeſimus dies decretorius cenſeretur, contrarium cuius pro confeſſo habuit Hippocrates ſeptimo Aphoriſmorum, trigeſimo octauo inquiens. Diſtillationes in ventrem ſuperiorem, ſuppurantur intra viginti dies, ait enim Galenus commento trigeſimo octauo: fertur autem diſtillatio in pulmonem à capite per aſperam ar B teriam, quæ in eo magna ex parte ſuppuratur in viginti diebus, & non in vno, & vigeſimo, ſemper enim Hippocrates diem vigeſimum iudicatorium facit, non vigeſimum primum. At quoniam tres ſeptimanæ ſi per integros ſeptenarios numerarentur, cum ex talibus inſurgat vigeſimus primus dies, non vigeſimus, ſed primus, & vigeſimus iudicatorius eſſet, ob quam rem ſatius eſt fateri in ordine dierum decretoriorum ſeptimanas non integris diebus numerari, ſed ſane partem quandam deeſſe, vt ex tribus ſeptenariis viginti tantum inſurgant dies, vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento quinto. Eandem mentem habuit Galenus quarto Aphoriſ.comm. LXXI dicens. Cui igitur in ſeptimo apparuit vrina bona, hic quartodecimo fuit iudicatus, cui verò in decimo quarto, hic in vigeſimo. At verò ordo inſultuum decretoriorum vigeſimum diem deſcribet vere decretorium à ſeiunctis, & iunctis ſeptenariis ante vigeſimum donec in C vigeſimum per tres ſeptenarios cadat, hoc quidem accidit duobus ſeptenariis primo videlicet, & ſecundo ſeiunctis, quòd ſi iungatur tertius ſeptenarius ſecundo, adeo, vt finis ſecundi ſeptenarii ſit tertii initium, proculdubio tres ſeptenarii in vigeſimum procidunt diem, hoc ſanè fieri non poterit, niſi tantam ab his ſeptenariis demeris partem, quantam expedire putabis, vt tres ſeptenarii vigeſimum deſcribant diem, ob quam rem, cum dies vigeſimus, & non primus & vigeſimus iudicatorius habeatur, rationi conſentaneum eſt, vt horum inſultuum decretoriorum nullus integris numeretur diebus, vt dixit Hippocrates. Etenim vt ſcias diem vigeſimum, & non vigeſimum primum ad Hippocratis animum fore iudicatorium, hoc tibi perlucide apparebit, ſi in hoc multorum ęgrorum exempla videbis ab Hippocrate, in libro de morbis per vulgum ingraſſantibus, vt in ſecundo & quarto, ac ſexto. & plurimum in tertio. vbi vero idem ratione intelligere cupies Galenum vide in tertio de Diebus decretoriis, cap. nono qui ex motu lunæ hoc diligenter inquirit, vt iam prædiximus. Cauſam autem, ob quam quis demat partem diei tertii ſeptenarii in ordine inſultuum criticorum, qui per quatuor ad viginti terminantur, vt inde tres ſeptenarii vigeſimum adſcribant diem, Galenum inſpicies tertio de Diebus decretoriis, cap. duodecimo. At rationi conſentaneum eſt, quod vbi annus, ac menſis non integris diebus numerentur, vt ait Hippocra D tes tertia Prædictionum ſectione, commento quinto, & Galenus tertio de Diebus decretoriis, cap. duodecimo: ita neque vllus impetus decretorius, ſiue per ſeptenarium, ſiue per quaternionem fiat, integris poterit numerari diebus. Et ob hoc notatu dignum eſt, quod annus eſt circuitus, vel reuolutio, ac reditus ſolis à ſolſtitio in ſolſtitium, ſiue à ſigno quodam in idem ſignum, vt ait Galenus in libro de Septimeſtri partu, qui duodecim continet menſes, vt lucide oſtendit Galenus commentario primo, primi Hippocratis de Morbis vulgaribus tempeſtate prima, comm. primo. Sane & hic annus trecentenis, & ſexaginta quinque diebus numeratur vno addito vnius diei quadrante, vt ait Gal. tertia Prædict. ſectione, comm. quinto & in libro ad eos, qui de Typis ſcripſerunt, & in libro de Septimeſtri partu, & vbi Galenum adduxeris, vltra vnius diei quartam partem, addidiſſe alteram mul to minorem quodammodo prope centeſimam, vt idem ait tertia Prædict. ſectione

commento quinto. Huic dices tu partem illam minorem nulla commentatione di gnam eſſe,vt eam quis exquiſite decernere valeat,minuſq. annum in dierum nume ro variare habeat. Et annus hic eſt, quem noſtrates ſolarem appellant, & dicitur reditus ſolis, cum peractis trecentis ſexaginta quinque diebus, & quadrante ad eadem ſyderum loca redit. At hic annus integris diebus numerari nequit, ſi de- beat in eo ſol reſtitui de ſolſtitio, vel ſigno ad idem ſolſtitium, aut ſignum, cum enim annus hic duodecim contineat menſes, qui ob eorum dies fore numero inæ quales, integris diebus numerari non poſſunt, ita neque annus ipſe. Quòd autem menſes integris diebus numerari non valeant id ſequenti oratione enarrabimus, prius tamen conſideratione dignum eſt, quod menſis temporis ſpacium eſt, quod ab vno lunæ coitu cum ſole vſque ad alterum intercedit, quem ex triginta diebus conſtare dixit Galenus ſecundo de Criſibus cap. ſecundo licet in computatione dierum in vno lunæ coitu cum ſole menſis minor ſit triginta diebus, & maior no- uem, & viginti,vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione,commento quinto & ob hoc inquit Gal. in libro de Septimeſtri partu, Hippocratem noluiſſe nouem & quinquaginta diebus duos menſes abſolui, ac perfici, ſed circiter, & quam proxi- me,id eſt addita huic numero dierum particula quadam maxime parua, cuius com putatio cum prædicto dierum numero deſcribuntur menſes duo ex duobus lunæ coitibus cum ſole, & hanc paruam partem, quæ vnius eſt menſis, qui eſt numero dierum nouem, & viginti cum dimidio nominatim inquirere ſuperuacaneum eſt, cum ob hoc non impediatur motus lunæ, qui eſt ab vno lunæ coitu, donec ad al- terum perueniat, licet vt ait Galenus in libro de Septimeſtri partu, & tertia Præ- dictionum ſectione, commento quinto eam exquiſite Hipparchus explicauerit,in quiens eam fore quæ eſt totius diei quingenteſima ſeptuageſima ſexta. Perſpi- cuum autem ex his eſt, talem dierum menſis ordinem ac computationem colla- tione ad coitus lunę cum ſole fieri non poſſe integris manentibus diebus, at per rationem eandem neque impetus decretorii, qui ex lunæ motu per ſeptenarios, aut quaterniones fiunt integris diebus fieri non poſſe. Non ab re igitur dixit Hippocrates fieri verò non poteſt, vt horum vllum integris diebus exquiſite nu- meretur.

VI.

Poſtea verò eodem modo & ipſa adiectione prima circuitio quatuor, & triginta dierum, altera quadraginta dierum, tertia ſexaginta dierum.

CVM iam ex Hippocratis enarratis perſpicuum fuit, circuitionem in decreto- riis impetibus per ſeptenarios ortis, duplicem inueniri poſſe. Vnam videlicet in duobus primis ſeiunctis ſeptenis, quorum finis eſt decimus quartus dies, alte- ram verò in duobus iunctis actam ſeptenis,ſecundo videlicet,& tertio,cuius ſecun di finis eſt tertii initium, habita computatione à morbi principio donec talis in vi geſimum perueniat diem, tres enim ſeptenarii in vigeſimum porriguntur diem ex duobus quippe ſeiunctis primo ſcilicet, & ſecundo,& tertio iuncto ſecundo. Sa- nè Hippocrates in hoc ſermone circuitionem, quam agunt ſeiuncti ſeptenarii, pri mam appellauit, cum ſeiuncti ſeprenarii perpetuo priores ſunt in dierum decreto riorum computatione,iuncti vero ſeptenarii ſemper ſecundi habeãtur, & ob hanc rem prima circuitio dierum criticorum in quartum,& decimum finitur diem,ſecũ da verò in vigeſimum,pariter quoque dierum decretoriorum computatio à vigeſi mo in quadrageſimum diem per ſeptenarios ſeiunctos,& iunctos fit:ſeiuncti quip pe in quartum & trigeſimum porriguntur primo, quo fit vt circuitionem à vigeſi mo in quartum & trigeſimum merito primam dixerit Hippocrates, & ordine ſer uato collatione ad circuitionem per ſeiunctos ſeptenarios actam Hippocrates per iunctos ſeptenarios à trigeſimo quarto die ad quadrageſimum vſque, alteram ſeu ſecundã nominauit circuitionem,veluti à decimo quarto in vigeſimum, ſi verò pu tabimus circuitioné aggregare, & iunctos, ac ſeiunctos ſeptenarios,dubio procul dicemus à morbi initio ad vigeſimum vſque diem, primam fore circuitionem, ad

A quadrageſimum verò ſecundam,tertiam verò ad ſexageſimum,vt ait Hippocrates, & ob hanc rem merito dixit ipſe poſtea, id eſt vltra circuitionem ab initio morbi ad vigeſimum diem, ex eadem adiectione quatuor ad viginti fit prima circuitio triginta, & quatuor dierum, & ſecunda quadraginta dierum, & tertia ſexaginta dierum, & vbi vltra protendamus per quatuor ad viginti, erit quarta circuitio octuaginta dierum, quinta verò centum dierum, & deinceps,& ob hoc coniectari debes Hippocratem fateri quadrageſimum diem, & ſexageſimum,& octuageſimum, & centeſimum dies fore decretorios. Hæc facile videre poteris ab Hippocrate primo de Morbis vulgaribus in ægroto quinto, & ſexto, illic enim Galenus dixit.Quare fac memineris id,quod experimenta atteſtantur,diem quadrageſimũ, & octuageſimum decretorios eſſe, & in ægroto ſexto dixit. Iam circuitus etiam memineris decretoriorum dierum, ſexageſimus enim periudicauit, & quamuis dies quadrageſimus ſit vltimus acutorum, vt ſupra oſtendimus, non certe eſt vltimus dierum criticorum, cum poſtea edocemus in diuturnis morbis decretorios

B dies inueniri, & eandem mentem habes à Galeno in ſecundo de Diebus decretoriis, cap. decimo, ex hac etiam ratione habes vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento ſexto Hippocratem voluiſſe, quod inter extremos circuitionis dies plures adhuc interponuntur decretorii dies, vti indicat ſæpiſsime Hippocrates in libro de Morbis per vulgum graſſantibus, qui interpoſiti dies decretorii etſi iudicent, nequaquam autem talem habent in iudicatione firmitatem, qualem habent dies, qui ſunt fines ſeptenorum inſultuum, vt ſupra oſtendimus. At ex his conſidera tu, quod cum tres ſeptenarii non deſcribunt dies viginti, niſi dies ipſi rumpantur,rationi conſentaneum eſt,vllum inſultum decretorium nullatenus fieri poſſe per integros dies, cum tunc non vigeſimus, ſed primus & vigeſimus, & non quadrageſimus, ſed ſecundus & quadrageſimus, neque ſexageſimus, ſed ſecundus & ſexageſimus, at neque octogeſimus, ſed quartus & octogeſimus dies eſſent decretorii, quos vidimus Hippocratem in libro Epidimion plurimum refutaſſe, & hanc mentem habuit Galenus commentario tertio de Morbis vulgaribus

C commento vigeſimo ſecundo, & vigeſimo tertio.

VII.

Inter initia horum difficilius eſt præſentire ea, quæ parte maxima temporis iudicanda ſunt, ſimillima enim eorum initia ſunt, ſed à primo die animaduertendum eſt, conſiderandumque ſingulis additis quaternariis, nec latebit quorum vertetur morbus.

CVM iam abunde oſtenſum ſit prima Prædictionum ſectione, duo fore morborum genera, acutorum videlicet, & diutinorum, eorumque modos, & naturam enarrauimus, & paulo ante præſcitum eſt, ipſorum vtrumque, licet raro, per criſim iudicari,plurimum autem per abſceſſum, aut reſolutionem, vt etiam dixit

D Galenus quarto Aphoriſmorum, commento trigeſimo ſexto, & ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſexageſimo quinto. Modo in hac dictone edocet Hippocrates, agnoſcere tempus prouentus criſis in vtriſque morbis, & eiuſdem criſis prouentus in eiſdem cognitionem quando facilem,aut difficilem, & dixit inter initia horum difficilius eſt præſentire ea, que parte maxima temporis iudicanda ſunt, id eſt, inter morborum initia, qui in longum protenduntur, tempus futuræ criſis in his eſt dignoſcere difficile, præſagireque criſis prouentum in his, cognitione difficilius eſt, cauſam autem attulit Hippocrates inquiens, ſimillima enim eorum initia ſunt. Quorum enim morborum initia ſimillima ſunt inter ſe, & non plurimum contraria, permultum requirunt temporis ſuæ reſolutionis, vti morbi, quorum initia inter ſe maxime diſsimillima, ac contraria ſunt, celeriter iudicantur, vti ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento ſeptimo ac decimo, & idem voluit Galenus commentario tertio, primi Hippocratis de Morbis popularibus in ægroto decimo quarto, commento decimo octauo vbi ait. Quare

faс memineris, vbi quartus perinde vt tertius grauia habeat ſymptomata, aut ſigna, breui expectandum iudicium eſſe. Vbi igitur morborum initia ſimillima extiterint, neque inter ſe oppugnantia, & naturæ admodum contraria, irritantia naturam ad celerem criſim, multo indigent tempore ad cauſæ morbi concoctionem. Quo fit, vt non decernatur & firmetur tempus futuræ iudicationis ad bonũ, aut malum niſi admodum difficulter, cum enim ob temporis prolixitatem varia in morbis poſsint ſymptomata accidere iudicii firmitatem peruertentia, non ab re dixit Hippocrates, difficilius eſt præſentire ea, quę parte maxima temporis iudicanda ſunt, tum etiam, quoniam in his morbis, quæ in longum protenduntur in eorum initiis ſigna futuræ iudicationis latitant ob materiam tepidam, & motui rebellem, vt nedum in his tarde accidat iudicatio, verumetiam vt difficilius dignoſcatur tempus prouentus eius, an ſcilicet ad bonum, vel ad malum, terminum ſuſcipiat, at neque huic oppugnat, quod dixit Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum, decimo nono vbi ait, acutorum morborum non omnino certas eſſe prognoſticationes ſalutis, aut mortis. Contrarium autem hoc in ſermone protulit Hippocrates: quoniam ſi morbi, qui parua temporis parte iudicantur, non certas habent præſagitiones, igitur morbi, qui in maxima temporis parte iudicantur, certam, & non difficilem ſuſcipient iudicationem, cum dicant logici, locum à contrario validum fore. Huic dicitur quòd morbi acuti collatione ad diutinos morbos certiorem, & faciliorem habent iudicationem, ob apparentia futuræ iudicationis ſigna, quæ facili decurſu, intuituque à medico deprehendi poſſunt, materia enim eorum calida, ac facile mobilis, ſympomata in initio morbi acuti adeo offert ſenſui, vt quis facile prænuntiare poſsit in his tempus futuræ iudicationis, & eius celerem euentum. Huius autem contrarium in morbis accidit diutinis, quibus ab initio ſui ſigna adeo futuræ criſis latitantia ſunt ob eorum materiam frigidam, ac craſſam fore, lentoremque habentem, vt nedum futuræ iudicationis, & temporis eius prouentus præſenſionem difficultet, verum & eius iudicationis tardum promittat euentum, & ſic voluit Galenus ſecundo de Diebus decretoriis, cap. quinto inquiens. Quanto autem vlterius morbi excedunt, diuturnioreſque fiunt, perturbatio ſanè, quæ præcipitem immutationem præcedit conquieſcit. Vbi verò acuti morbi ad eorum referantur materiam, cum in aliquibus materia plurimum turgeat, valens quippe repente repere de membro ad membrum, non modicam inferens læſionem, tunc temporis difficilior fiet præſagitio, & minus certa, ob celerem motionem materię ad membrum ſui velocitate non cognitam, ignoratoque membro, in quod repentino motu materia decurrere valet, confuſa quoq. cognitione medici non valentis adeo celeriter vtrumque dignoſcere, quatenus celeriter fit motio materiæ, & membri noxa, igitur acutorum morborum collatione ad eorum materias, & inter ſe non omnino, id est non in omnibus certæ ſunt prognoſticationes ſalutis, & mortis, in aliquibus enim certa fiet præſenſio, videlicet, cum in his ſeruatur ordo dierum decretoriorum, & indicia apparent ab initio venturæ criſis in die decretorio, in his verò, in quibus materia plurimum turget, quæ ob eius motionis celeritatem, non obſeruat ordinem decretorium, nedum iudicatio oportuno celerior eſt, verum & in his pręſenſio incertior & cognitu difficilior exiſtit, quoniam ante tempus ordinis dierum criticorum æger iudicari poteſt aut ad mortem, aut ſalubritatem: contingit enim ægrum aliquando ſubito mori, & non in die decretorio, vt oſtenſum eſt in prima Prædictionum ſectione, commento quinto, & ſexto, & ſeptimo. At in diutinis morbis, quorum iudicationem qualis ipſa & quanta ſit, in hac oratione habet Hippocrates edocere, nedum iudicatio tardior prouenit, verùm præſenſio cognitu difficilior exiſtit, tum collatione ad eorum materiam frigidam, ac craſſam, lentamque, ob quam circa initia futuræ iudicationis in ipſis, vt nemo, niſi difficili quodam decurſu eius prouentum præſentire valeat, & ob hanc cauſam multi ex veteribus pro confeſſo habebant nullum ordinem dierum decretoriorum in diutinis morbis locum habere, vt dixit Galenus ſecundo de Diebus decretoriis, cap. quinto: tum etiam relatu ad morbos acutos, quorum indicia in eorum initio magis in propatulo ſunt. Cæterum adiecit Hippocrates ſed à primo die animaduertendum eſt, conſiderandumque vbi edocet

A cet modum, quo quiſpiam facile præſentire valeat futuram iudicationem, & prouentum temporis eius in diuturniorib. morbis, quem modum adhuc acutis morbis conuenire dicimus, cum ipſi per quatuor ad viginti, & deinceps ad quadraginta vti ad finem acutorum peruenire poſſunt, & ob hoc conſideratione dignum eſt, quod quilibet ſeptenarius ſecundum ordinem dierum decretoriorum ex duobus quaternionibus conſtat, & perſecatur, vt ſæpius ſupra oſtendimus cum Hippocrate, & Galeno in libro de Diebus iudicatoriis. Quo fit, vt dicamus per rationem concluſionis iam oſtenſæ, diem quartum indicem eſſe ſui ſeptimi, vt dixit Hippocrates ſecundo, Aphoriſmorum vigeſimo quarto. Pariter quoque primus quaternio index erit primæ ſeptimanæ, & ſecundus quaternio index ſecundę ſeptimanæ, & tertius tertiæ, & deinceps. At ob hanc rem diſponens Hippocrates ordinem decretorium in diuturnioribus morbis per quatuor ad viginti, & dixit, quòd à primo die, quo quis diutino morbo teneri cœperit, conſiderare debes, & animaduertere temporis ſpatium, donec quartus dies primi quaternionis finiatur, & vbi in eo indicia bona, & laude digna apparuerint, quibus indicatur
B victoria naturæ ſupra morbum, tunc facile præſagire poteris morbum, & ſi diutinum in prima ſeptimana bene terminaturum, indicatur enim tunc morbum placidiſsimum eſſe, & non naturæ contumacem, ſed concoctioni obedientem, & eius abſolutioni. Vbi verò ſigna mala, & nulla laude digna extiterint, proculdubiò præſentire poteris morbum in prima ſeptimana in deterius lapſurum, indicatur enim morbum fore implacidiſsimum, & naturæ rebellem, adeo vt prima ſeptimana neque concoctioni, minuſque eius reſolutioni obediet, propter quod prorogabitur tempus iudicationis eius vltra ſeptimanam primam, accedente verò ſecunda ſeptimana iterum eius quaternionem conſiderabis, qui in ordine decretorio eſt ſecundus in diutino morbo indicans ſupra eius ſecundam ſeptimanam. Quòd ſi in ſecundo quaternione, in quem partitur ſecundus ſeptenarius, indicia optima extiterint, ægrum ob morbum placidiſsimum fore ob ipſum naturæ bene obtem-
C perare, in ſecunda ſeptimana in meliorem ſtatum peruenire debere ſignificatur. Contrarium verò accidet, vbi in eo quaternione deterrima adfuerint ſigna, & ita in cæteris. Quibus ſignis aut bonis, aut malis in dictis quaternionibus apparentibus, quis dignoſcet quonam vertetur morbus diutinus, an ſcilicet in criſim fidentem ſalubritatem, an inſalubritatem. Et adhuc perpendet tempus prouentus iudicationis diutinorum morborum, an videlicet in prima contingat ſeptimana, an in ſecunda, & ita vltra. At ſumma rei in hoc habetur, quod vti quartus index eſt ſeptimi in quolibet dierum ſeptenario, ita quaternio index eſt ſuę ſeptimanæ. Non ab re igitur dixit Hippocrates ſingulis additis quaternariis, non latebit quonam vertetur morbus, an videlicet in bonam, an in malam mutationem. Et hic memineris Hippocratem, & Galenum voluiſſe criſim intelligendam fore mutationem repentinam tum ad bonum, tum ad malum, vt ſupra oſtenſum eſt prima Prædictionum ſectione.

VIII.

D *Quartanæ quoque conditio ex eodem coſmo, ſeu ordine eſt.*

QVOD ex proximo iam habito ſermone in diuturnioribus morbis enarrauit Hippocrates id exemplo in quartanæ conſtitutione verificat, caute de ſolo morbo omnium longiſsimo mentionem faciens tanquam per exemplum de omnibus aliis diutinis morbis pronuntians, quam artem etiam, vt ait Galenus obſeruauit Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum vigeſimo quinto cum dixit, æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maxime quæ hyemem attingunt, & dixit. Quartanæ quoque condicio ex eodem coſmo, ſeu ordine eſt. At conſideratione dignum eſt, vt præcedentia exquiſitius decernantur, quod in continuis febribus in præſenſione criſis, id eſt iudicationis ipſa quippe fit per numerum dierum, pariter & prouentus temporis eiuſdem. In intermittentibus vero fit per numerum circuituum, vt ait Hippocrates quarto Aphoriſmorum, quinquageſimo nono inquiens, tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus, quod longiſsimum

eſt, iudicatur, & Galenus commento quinquageſimo nono dixit. Quod enim in
continuis vna dies poteſt, hoc in intermittentibus acceſsio. Idem dixit Galenus, A
commentario tertio, primi de Morbis vulgaribus Hippocratis, commento deci-
mo ſeptimo ad ea ſe referens, quæ de quartanis dixit Hippocrates tertia Prædi-
ctionum ſectione octauo inquiens. Fit autem quartanarum etiam ſtatus hoc ordi-
ne. Quemadmodum igitur in continuis dies quartus indicat iudicationem in ſepti
mo die, ita & tertiana exquiſita in ſeptenis circuitibus iudicatur, cuius iudicatio
nis index eſt quarta acceſsio, at quædam etiam intermittens febris in nouenis cir-
cuitibus iudicatur, alia vndenis, atque ita deinceps pro numero dierum decreto-
riorum, ac de quartanis eadem eſt ratio, quarta enim in quartanis acceſsio, iudi-
cationem indicat in ſeptenis circuitibus, adeo vt ſi in quarta adnotatione, id eſt
acceſsione, indicia laude prædita apparuerint, fiet iudicatio in ſeptimo circuitu ad
bonam corporis valetudinem, & quartanæ abſolutionem. Vbi verò in quarta ac
ceſsione mala apparuerint indicia, malum in ſepteno quartanæ circuitu iudica-
tur, ſi non ad necem, morbi tamen longitudinem promittet. Tunc enim indicabi
tur morbum exuperantem, & naturam exuperatam. Prorogabitur igitur quarta- B
na donec in ſecundum quaternionem acceſsionum perueniat, qui index eſt ſecun
di circuituum ſeptenarii. At vbi in ſecundo acceſsionum quaternione quartanæ
febris optima extiterint ſigna, indicabunt virtutem exuperantem, & morbum
exuperatum. Quo fit, vt in ſeptenis quartanæ circuitibus vel æger iudicetur, id
eſt liberetur, vel in melius vertatur, & ita deinceps ſecundum numerum dierum
decretoriorum procedatur in quartana ſecundum numerum per quatuor ad vi-
ginti, id eſt per quaterniones acceſsionum ad viginti quartanæ circuitiones, quæ
tribus computantur circuituum ſeptenariis, à vigeſimo verò deinceps quartana-
rio circuitu, eodem ordine per quaterniones circuitionum, ac earum ſeptenarios,
donec in quadrageſimam quartanæ circuitionem perueniatur, & ita deinceps ad
ſexageſimam quartanæ circuitionem, & eodem ordine ad octogeſimam, & cente-
ſimam, & vltra. & ita per quatuor ad viginti permeando in intermittentibus fe- C
bribus, & præſertim in quartanis, quæ omnibus morbis longiores ſunt, vt ait Ga
lenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo quinto præſentire poterimus
iudicationem, ac eius terminum, & prouentum temporis eiuſdem. Igitur merito
dixit Hippocrates quartanæ quoque conditio ex eodem coſmo, ſeu ordine eſt.

IX. X.

Si quis minima temporis parte iudicandus eſt, præſentiri pro-
penſius poteſt, maxime enim ab initio diſsidet; qui enim conuali
turus eſt, facile ſpirat; ſine dolore agit: noctu dormit; & alia ſi-
gna ſecuriſsima habet. Qui verò moriturus eſt, ſpirat difficulter;
conflictatur: vigilat, & alia deterrima ſigna habet.

Ex proximis iam dictionibus edocuit nos Hippocrates diuturniores morbos ſe
cundum ordinem dierum decretoriorum, per quatuor ad viginti iudicari, vti
in acutis morbis enarratum eſt, in hac vero oratione indicat Hippocrates, qui mor
borum acutorum cognitu faciliores ſunt, vt inde cognoſcamus exactius quæ his D
morbis ægrotantia corpora conualitura, & quæ perditura ſunt, & ex hoc notatu
dignum eſt Hippocratem velle morbos, qui minima temporis parte iudicandi
ſunt, videlicet acutos facilius, & certius præſentiri, quàm voluerit morbos, qui
maxima temporis parte iudicandi ſunt, veluti diutini, qui tardius, & difficilius
ſunt præſentiendi, & dixit, ſi quis minima temporis parte iudicandus eſt, id eſt
morbus acutus, qui eſt vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vige
ſimo tertio magnus, & ad ſuum vigorem celeriter properat, & commento ſepti-
mo, primi Aphoriſmorum dixit. Iam verò morbus ille eſt peracutus, qui ſtatim
in ſuo vigore conſiſtit. At exponens dictionem ſtatim dixit: ſtatim autem eſt intel
ligendum circa primos quatuor dies, vel paulo vlterius, & huius cauſam adiecit
Hippocrates inquiens. Maxime enim ab initio diſsidet, id eſt morbus ab initio

ſui,

A ſui, quod ad intra quatuor dies eſt, diſsidet,id eſt ab aliis morbis ſcilicet diuturnioribus, & inter ſe acutis, ſeparatur, & diſcordat in differentiis, & ſignis in eius principio euenientibus,quibus nedum facilius ipſum agnoſcemus,ſed & iudicationis prouentum in eo: & hoc dixit Galenus primo Aphoriſmorum, commento quarto inquiens. In omnibus morbis, in quibus maximus vigor, & iudicatio in primis quatuor diebus futura eſt, hoc quippe in peracutis maxime verum eſt, & in acutis quoque vbi & magnæ in eorum initiis fiunt mutationes, quibus veluti à ſignis, quiſque in acutis nedum facile eos cognoſcet,verum etiam prouentum ſuæ iudicationis futuræ præſentiet, cum magnæ mutationes in longum tempus non protrahi poſſunt. Et hanc mentem habuit Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio vbi ait.Propterea igitur fieri non poteſt,vt in longum tempus iudicatio differatur in morbis acutis. Cæterum adiecit, qui verò conualiturus eſt,facilius ſpirat, ſine dolore agit,noctu dormit, & alia ſigna ſecuriſsima ha

B bet: eſt enim rationi conſentaneum, cum edocuit Hippocrates vt in hac dictione facilitatem cognitionis morbi acuti, & prouentus iudicationis eius, conferens ſe ad ea, quæ ſæpius ſuperius dixit, vt enarret ea corpora,quæ ex acutis morbis conualitura ſunt,& quæ ex eiſdem peritura,& dixit.Qui enim conualiturus eſt ex morbo acuto,facile ſpirat, hanc mentem habuit Hippocrates prima Prædictionum ſectione,vigeſimo octauo vbi ait. Spirationis facilitatem exiſtimari oportet, per quàm magnam vim habere ad ſalutem in omni morbo acuto, qui cum febre infeſtet, & quadrageſimo die iudicetur, & idem voluit Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio, cuius cauſam attulit Galenus prima Prædictionum ſectione,comm. vigeſimo octauo. Quoniam ſpirationis facilitas in acuta febre thoracem, ac pulmonem, præcordiaq. mala doloris affectione vacare indicat, ipſiſque adiunctas etiam partes, at cum hæ partes in febre affectæ forent,cum ſpiratione mouentur,dolore afficiuntur, quo fit, vt ſpiratio difficultetur, ex cuius abo

C litione abſque noxa partium ſpirationi ſeruientium creſcit ſpes,& ſalutis confidentia. At ob hoc dixit Galenus ſecundo de Locis affectis,cap. ſecundo. Igitur quemadmodum fieri non poteſt, vt illæſis ſpirandi tum partibus,tum inſtrumentis difficilis fiat reſpiratio. Idem etiam attulit Galenus quarto de Locis affectis, cap. V. vbi ait. Quippe nullo ſpiritalium inſtrumentorum quoquo modo neq. primario, neq. per conſenſum affecto fieri minime poteſt,vt ſpiratio lædatur.Cæterum addidit,ſine dolore agit,qui enim acuta febre infeſtatur,ſi facilius ſpirat inęquali intemperie circiter membra ſpiritalia vacat, quo fit, vt abſque dolore ſpirationem poſsideat,iuxta illud Galeni in libro de inæquali intemperie, inquientis, & quiſquam cum tam luculentur videat intemperiem inæqualem doloris eſſe cauſam,ob id igitur,quod ſpirationis inſtrumenta nullam inæqualem intemperiem poſsident ſine dolore acuta febre detentus facilem aget ſpirationem,ipſe quoque & in his ſpiritalibus partibus abſque dolore procedet, & horum vtrumq. futuræ ſalutis ſpem promittit,cæterum adiecit,noctu dormit,quoniam hic qui acute ægrotat,ſi noctu dormit, ſpem futuræ ſalutis promittit,iuxta illud Hippocratis ſecunda Prædictionum ſectione,comm. vndecimo:interdiu vigilandum, noctu dormiendum: noctu quippe dormiendum eſt vſu quidem moderato,quoniam in eo virtutes animales quieſcunt, & naturales fortius agunt, vt ait Gal. primo de Symptomatum cauſis cap.

D octauo,vbi verò etiam noctu plurimum dormiret,futurum poſſet contingere nocumentum, illud tu vide à Gal. ſecundo de victus ratione in morbis acutis, comm. poſtremo. His igitur tribus iunctis ſignis aliis ſecuriſsimis complicatis, quorum ſermonem habuimus præcedentibus iam enarratis ſermonib. quippe repertis in eo, qui acuta febre tenetur, talis procul dubio conualiturus cenſetur, vbi verò al ter tria hæc indicia poſsideat, videlicet, quod difficulter ſpirat, & conflictatur,vigilatq.& alia ſigna habet deterrima,hic ex vi morbi acuti morietur, dixit .n.Hipp. IIII.Aphoriſ.L.Vbi in febre nõ intermittente difficultas ſpirandi acciderit,lethale: Contingit.n.vt ait Gal.comm.L. ſpirandi difficultas ob læſionẽ partiũ,quæ reſpirationi obſeruiunt, quarũ noxa homini ægrotantis perditionemindicat,hęc .n. maxime periculoſa eſt,cũ continua febris difficultati iuncta fuerit reſpirationis,viuimus .n. quia reſpiramus, & difficulter viuimus, quia difficulter reſpiramus, vt ait Gal.

in libro de Difficultate reſpirationis, aliud attulit indicium perituri ægroti, & dixit conflictatur, id eſt, ex graui morbo, quo tenetur æger pugnat, percutit, affligit, quod maxime delirantibus accidit, & ideo loco dictionis conflictatur, alia traductio legit, delirat, delirium enim à toto genere malum eſt, vt dixit Galenus prima Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſexto, præſertim cum iungitur non intermittenti febri, iuxta illud Hippocratis quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo, vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & dilirium acciderit lethale. At cum delirium ſit prauus quidam, & errans motus virtutis imaginatricis, vt ait Galenus in libro de Symptomatum differentiis, cap. tertio non erit abſque nocumento principii id eſt cerebri, vt dixit Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto, & hoc veritati conſonum eſt, cum dicat Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo ſecundo, Delirium fieri bile ad caput adſcendente. At ſanè cerebri noxa cum febrienti abſque intermiſsione acciderit, indicium eſt deterrimum. Vbi igitur in febre non intermittente æger conflictatur, aut delirat iis moriturus eſt. Cæterum adiecit vigilat, cum febre enim non intermittente corpus ſiccius, aridiuſque efficitur, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſexageſimo ſexto, & ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſexto magis illud contingit, ſi ipſi iungantur vigiliæ. Dixit enim Galenus tertio de Tuenda ſanitate, vigilias magis graciles, atque aridos efficere. Quo fit, vt exiſtimandum ſit ipſos ſicciores redditos fore, dixit enim Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſexto calorem febrilem natiuam humiditatem exurere, hoc enim in febre non intermittente perditionem imminet, cum vita humido foueatur innato, vt dixit Ariſtoteles in libro de Morte, & vita, extinguitur enim naturalis calor ab vſtione humidi natiui, & hanc extinctionem, mortem nominat Galenus libro ſecundo de Temperamentis. Et ob hanc cauſam Hippocrates ſexto de Morbis popularibus, vigiliam edacem nominat, vbi Galenus commentario quarto, commento vigeſimo dixit, Vigilia edax eſt, ob hoc, quoniam diſsipat calido inſito dū exterius emicat, ſecum haud exiguas corporeæ ſubſtantiæ partes educente. Et hoc quippe in febre non intermittente, necis periculum non abſoluit, & eandem mentem habuit Hippocrates primo de Morbis vulgaribus tempeſtate tertia vbi Galenus commentario ſecundo, commento decimo ſexto, ait. Nam exitioſis febribus ardentibus ſymptomata accidiſſe ait Hippocrates ab initio rigentes, ac vigilantes. Igitur ſi quiſpiam acuta infeſtatur febre, & eius maleficentia difficulter ſpiret, & conflictetur, ſeu deliret, inſomniſque fiat, hiſque alia deterrima indicia iungantur, quæ iam ſuperius nota fuere, æger proculdubio moriturus eſt, at & id, quod in acutis morbis proditum eſt, idem & in diutinis contingere poteſt videlicet, quod morbi diutini in bonum finientur, in quorum initio ſigna non diſsident, & deinceps facile ſpirant ægri, & ſine dolore agunt, & noctu dormiunt. Vbi vero notæ in eorum principio diſsident, ii in malum finientur terminum, quippe hoc dixit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo vbi ait. Quomodo eorum, qui plus temporis extenduntur, conſimiles notæ in principio exiſtunt.

XI.

His igitur ita euenientibus, conſiderari conuenit per temporis ſpatia, & adiectiones ſingulas, meantibus morbis in iudicationem.

QVAECVNQVE dixit Hippocrates in ſermone ſeptimo tertiæ Prædictionum ſectionis, idemque in octauo per exemplum quartanæ febris comprobauit. In hac dictione, vt ratio, veritaſque dictorum luce clariore magis appareat, idem perſequitur, exempla plura in re eadem adiiciendo, quibus quod dixit, videlicet, quod à primo die animaduertendum eſt, conſiderandumque, ſingulis additis quaternariis, nec latebit, quonam vertetur morbus, nobis perſpicuum erit, & dixit. His igitur euenientibus ſcilicet difficiles iudicationes, vt in morbis, qui magna temporis parte iudicantur, ſeu qui minima temporis parte iudicandi ſunt, conſiderari inquam conueniet, ſi in his terminum præſagire exacte voluerit ſpatia temporis, quæ à morbi die primo donec morbus ad ſtatum perueniat. Et vlterius coniectare

iectare quiſpiam debet adiectiones ſingulas, quæ fiunt per quatuor, donec in ſta
A tum permeet morbus, ſanè enim non conſiderato temporis ſpatio à primo die morbi, videlicet principii, augmentique, & ſtatus non exquiſite agnoſcet, minuſque percipiet terminum morborum per quatuor ad viginti. Ignoto enim morbi principio, ignorabitur quoque quomodo dies quartus indicet criſim in ſeptimo: & non cognito augmento, non cognoſcetur iudicatio in decimo quarto die indicata per diem vndecimum. At vbi morbi ſtatum quis non perpenderit, neque criſim, id eſt, iudicationem cognoſcet in vigeſimo die per decimum quippe ſeptimum diem indicatam, vt ait Gal. tertio de Criſibus, cap. quinto inquiens, nulli alteri excitationi eſſe intendendum, quàm ad morbi ſtatum prænoſcendum, Nam ſi forma victus ad illum inſtituatur, & criſis optima in illo ſit, atque omnium criſium ipſa erit regula. Propter hæc igitur vbi quiſpiam exactius in acutis morbis cognoſcere deſiderat prouentum iudicationis, & qualem habeant terminum, & quantum, coniectare habet & morbi tempora, & additiones per quatuor eunte
B morbo à primo die ad ſtatum. Pariter verò & in diuturnioribus morbis idem coniectari conuenit, vt iam prædictum eſt, & vbi quilibet eorum non intermittens adfuerit. Vbi verò intermittens morbus extiterit, fiet eius iudicatio per quatuor, id eſt per quartam adnotationem, ſeu acceſsionem ad vigeſimam etiam cognito tempore, & additione ad dictam iam ſupputationem per numerum acceſsionum, & non dierum.

Quo pacto in mulieribus à die quo pepererint, iudicationes exiſtant.

XII.

Pari modo in mulieribus iudicationes fiunt à partu.

C CVM parturientibus mulieribus duplex tempus contingere poſsit. Vnum quippe à primo die partus, quo totum puerperii ſpatium menſuratur, initium tenet. Alterum verò à primo die, quo mulier parturiens febrire cœperit. Quod quandoque quidem cum primo die partus coire contingit, quandoque verò poſt primum partus diem. Ob hoc Hippocrates exemplo continuans enarrationem, vt veritatis firmitatem eius, quod iam dixit, videlicet tempus prouentus iudicationis dignoſcere ſecundum ordinem dierum decretoriorum dixit. Pari modo iudicationes in mulieribus fiunt à partu, id eſt conſiderato à primo die partus per ſpacium temporis totum, quo mulier repurgata fuerit, nulla ipſi mulieri in partu occurſante febre, etiam in mulieribus à partu iudicationes fiunt à primo die per quatuor ad viginti numerando, veluti in acutis, atque diutinis morbis fiebant iudicationes, vt præoſtenſum eſt, ſecundum numerum dierum decretoriorum. At notatu dignum eſt, hoc exemplum mulieris cum peperit firmat iudicationes ad bonum, aut malum in ea, iuxta numerum, & ordinem dierum decretoriorum, quem optimo decurſu enarrauit Galenus tertio de Criſibus, cap. quarto in acuta, & continua febre. Vbi igitur à primo die partus apparuerint in eo ſigna manifeſtiſsima optimi partus, vt videlicet non febriat, ſine contumaci dolore agat, atque bene repurgetur, appetat, noctu dormiat, blande vigilet, agiliter moueatur, & huiuſ-
D ſmodi, mulier à primo die partus in primo quaternario iudicabitur bene habere, quoniam prima dies, & non exacte poteſt eſſe index primi quaternionis, vt dixit Galenus tertio de Criſibus. cap. quarto inquiens. Qui primo die habet ſigna maniſeſtiſsima ſalutis, huic omnino in primo morbus finietur. Quòd ſi in quarto die adhuc ſigna partus optima perſeuerent, fœmina, quæ peperit, in ſeptimo die iudicabitur, meliorem ſui partus habere valetudinem: eſt enim quartus dies etiam in partu index ſeptimi, & vbi in vndecimo fiet validioris partus iudicatio in quarto & decimo, eſt enim vndecimus pariter ex partu index decimi quarti, at ſi ſeptimus, & decimus dies pari modo indicia partus poſsideat, cum index ſit vigeſimi, tũc in vigeſimo die iudicabitur ſalutaris partus per quatuor ad viginti, vt in febre cõtinua. Quòd ſi deinceps ad vigeſimum in quarto, & vigeſimo, ſalubria partus in

dicia videbuntur in vigeſimo ſeptimo die, cuius index eſt vigeſimus quartus dies, & idem de vigeſimo,cuius index eſt vigeſimus ſeptimus,vltima ſalubritatis partus A iudicatio finietur, quoniam tunc repurgatio finietur mulieris,quæ peperit,nempe vbi ex partu contraria indicia apparuerint, tunc ſecundum ordinem, & numerum decretoriorum dierum, inſalubris partus iudicabitur ad inſtar morbi acuti,ſecundum ordinem decretoriorum dierum ob indicia deterrima obuenientia, morbus iudicabitur inſalubris, vt iam diximus. Vbi igitur eodem die primo, partus ince perit, & febris, tunc ab vtroque ſimul in his eadem fiet computatio dierum criticorum, quamuis contingat mulierem, quæ peperit ab eorum vno ſaluari, ab altero vero perdi, ab illo quippe ſaluabitur, in quo ſecundum ordinem dierum decretoriorum, aut indicantium mitiora inſurgent, ac ſalubria ſigna, peribitque mulier ab illo, cuius indicia deterrima in eiſdem apparebunt diebus. Sed non lateat te,quòd vbi ex partu,& ex febre inſurgent in muliere, quæ peperit, ſigna in numero, & virtute æqualia, in iſto quippe ſaluberrima, vt ex partu: in altero verò de- B terrima, vt ex febre, cauſa illius perdetur mulier, ex quo in dictis diebus occurrent ſigna mala, ac inſalubria, vti fuit mens Hippocratis, & Galeni ſecunda Prædictionum ſectione,textu, & commento quinquageſimo ſeptimo, vbi aiunt. Si itaque conualeſcendum, omnia bona indicia eſſe neceſſe eſt, ſi verò moriendum, vel vnum adſit malum ſufficiet. Pariter quoque vbi omnia partus indicia bona eſſent, febris verò aliqua deterrima extiterit, mulieris, quæ peperit, mortem expectabis, animo ſemper habito ad iudicationes ſecundum numerum dierum decretoriorum per ſpacium temporis partum metientis, ſicuti in morbis contingit acutis, ob hæc igitur dicta meritò in hac dictione attulit Hippocrates pro exemplo, mulierem, quæ peperit, vt parturiens eſt, ad prouentum iudicationum à partu dignoſcendum, & ob hoc dixit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento duodecimo. Principium numerationis tibi fiat, non die, qua cœperint febricitare,ſed quo pepererint, ſcire autem quis,& qualis ſit,vel non ſit morbus acutus, partum ipſum, digreditur ſuper hoc Galenus tertia Prædictionum ſectione, C commento duodecimo. At vt dixit ipſe ſecunda Prædictionum ſectione,commento trigeſimo. Decernere verò quæ nam vere ſint prodita, & quæ ſecus, & iterum adiicere demonſtrationis fidem vtriſque ex ſuperabundanti exiſtit, ob quam rem cum talia abunde prius perſcripta ſint, tu vide. Ego verò ea omittens ad alium veniam ſermonem.

De affectibus, qui in capite, & ore, & faucibus affligunt.

XIII.

Capitis dolor vehemens, & continuus cum febre, ſi quod ex indiciis extiterit exitioſis, lethalis admodum eſt, ſi verò ſine talib. indiciis, fatigans dolor vigeſimus tranſeat diem,& febris detineat, expectare oportet ſanguinis è naribus eruptionem, aut alium D quempiam abſceſſum, ad inferas ſedes. Sed quo ad dolor fuerit recens, expectari oportet ſanguinis eruptionem è naribus,aut ſuppurationem, ſi dolor alioqui circa tempora, ac frontem affligat.

SVB altero exemplo in hoc ſermone verificat Hippocrates prouentum iudicationum fieri, cognoſcique,ſecundum computationem dierum decretoriorum per quatuor ad viginti in morbis acutis, & dixit. Capitis dolor vehemens, & continuus cum febre, ſi quod ex indicis extiterit exitioſis, lethalis admodum eſt, conſiderandum eſt, quòd quamuis dolor capitis vehemens, & continuus fuerit, ob quod inter acutos numeretur morbos, nunquam tamen æquat cæterarum partiũ dolores in vehementia, & acuitate, vt ait Galenus ſecundo de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos, cap. ſexto inquiens. Vtcumque enim doleant,longe mi

ge mi

A ge minor ipſorum eſt dolor capitis, quàm eorum, qui colli, aut auris, aut oculi, aut dentis dolore vexantur. At verò ob capitis dolorem vehementem, nemo vnquam animi deliquio comprehenſus, mortuus eſt, neque ſeipſum occidit, quemadmodum quidam dolore colli vexati fecerunt, vt ait Galenus. Cum igitur dolor capitis vehemens, & continuus febre non intermittente ei iuncta inter acutos morbos numeretur, rationi conſentaneum eſt ipſum per quatuor ad viginti iudicari. Vbi igitur quarto die à primo die inuaſionis huiuſmodi doloris capitis indicia, ac ſymptomata deterrima, ac vitioſa apparuerint in ſeptimo die mortem ægrotantis pronuntiabis, vel paulo poſt. Nõ ab re igitur dixit Hippocrates lethalis admodum eſt. Vbi vero in quarto die ſigna ſalutaria inſurrexerint, iudicatio continget in ſeptimo die, quòd ſi indicatione per quatuor, & iudicatione per ſeptem, vlla earum non admittente concoctionem completam, vtraque prorogabitur ad vndecimum, & decimum quartum diem, videlicet, ſi in vndecimo die apparebunt completiora futuræ ſalutis indicia, fiet in decimo quarto die criſis, ſeu iudicatio completior.

B At ſi forte fortuna in ſecundo quaternione, & ſecundo ſeptenario remanſerit in morbi cauſa aliquid non vltima coctione concoctum, prorogabitur deinceps morbus ad decimum ſeptimum diem, in quo ſi inſurgant indicia complete ſaluberrima, fiet tunc exquiſite ægrotantis ſalubris iudicatio in vigeſimo die. Vbi verò in omnibus indicatiuis vltra vigeſimum indicia appareant inſalubria, ac deterrima in vigeſimo die, tunc ægrotanti necem promittere facile poteris, & ſic deinceps à vigeſimo meabis donec ad quadrageſimum diem perueneris, qui eſt terminus acutorum morborum, vt ſæpius iam edocuimus. Cæterum adiecit, ſi verò ſine talibus indiciis fatigans dolor vigeſimum tranſeat diem, & febris detineat. In qua dictione Hippocrates modum explicuit ſalubris iudicationis in vigeſimo die doloris capitis vehementis, & continui cum febre: quoniam ſi ægrotans dolore capitis fatigetur, & febre teneatur, & vigeſimum pertingat diem, nullis quippe exitioſis ſignis extantibus, tum per rationem febris ſanguinem attenuantis ad ſuperiora

C moueri paratum, tum per rationem doloris ad ſe ſui cauſam reuocantis, in vigeſimo die, vel non multo poſt, valida cerebri ente facultate, ſanguinis fluorem è naribus expectabis ad ægroti ſalutem. Quòd ſi eo in tempore è naribus ſanguis non erumpatur, ſignficabitur tunc in aptitudinem ſanguinis ad ſuperiora, & reſolutionem partium eius tenuium. Quo fit, vt partes ſanguinis craſsiores in infernis partibus firmentur, & ibi in abſceſſum vertantur validum quippe ad doloris capitis propulſionem, quoniam autem quiſpiam dubitabit, ſi in vehementi, & continuo dolore capitis cum febre, citra vigeſimum diem contingere valeat ſanguinis fluor è naribus, cui dixit Hippocrates, quòd vbi capitis dolor fuerit recens, id eſt, citra ſeptimum diem, & fuerit valde vehemens, & continuus, valida exiſtente febre, fluorem ſanguinis è naribus expectabis. Significabitur enim tunc ſanguinem paratum fluori exiſtere ob flauam bilem, quæ ſimul in capite cum eo coit, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum commento ſeptuageſimo. At vbi dolor fortis, & vehemens frontem & tempora affliget, in capite ſuppurationem expectabis, non aduentante ſanguinis fluore, & repurgabitur ſuppuratio per exitum puris è naribus, aut auribus, repurgatione quidem præbente ſalutem in capite huiuſcemodi dolore affecto. Neque mihi obiicias velim, quòd in forti dolore caput è ſanguine

D derelinquitur, vt ait Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſexto. Igitur fortis dolor capitis ex ſanguinis è naribus fluore non iudicatur, quoniam non intellexit Galenus de forti capitis dolore, ſed medias corporis partes occupante. Ob quem natura in his in ſeipſam contrahitur, & ad eam conſequitur ſanguis non ſolùm extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, ſed etiam caput, & cutim vniuerſam, quin immo idem contingit de forti capitis dolore, cuius natura in ſeipſam contrahitur, & ſanguinis multitudo ad ipſum reuocatur, quo fit, vt caput dolore abſoluatur ob ſanguinis è naribus eruptionem.

XIIII.

Magis expectari oportet ſanguinis eruptionem in minoribus natu, quintum & trigeſimum annum agentibus, in maioribus vero natu ſuppurationem.

CVM ab ætate pubertatis, quæ vltra quartumdecimum annum locum habet, donec ætas pertingat quintum & trigeſimum annum plurimus progignatur ſanguis, non quippe adeo multus, vt in ætate præcedente pubertatem, in qua ſanguinis maior quantitas progignitur quàm in ætate ſequente pubertatem, quoniam in priore ætate, pluris ſanguinis generatio eſt oportuna, quoniam tunc ex ipſo plus abſumitur, propterea quòd & augmentum eſt maius, quàm in ſecunda ætate, collatione ad corporis indigentiam, & hic eſt ſermo Galeni tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſeptimo. At multus ille ſanguis, qui ab ætate pubertatis, donec ætatem triginta,& quinque annorum quis pertigerit, calidior eſt, atque biliofior, ob quod ſic præparatus, caliditate, atque tenuitate in cerebro accumulatus, facile è naribus fluore excerni poterit, & huius merito dixit Hippocrates. Magis expectari oportet ſanguinis eruptionem in minoribus natu quintum, & trigeſimum annum agentibus, quo fit, vt toto tempore ætatis illius, cuius finitio ad trigeſimum & quintum annum porrigitur patientes capitis dolorem vehementem, atque continuum, cum febre fluore ſanguinis è naribus iudicentur, qui verò hac ætate maiores natu ſunt tum ob ſanguinis minoris quantitatis generationem, tum ob defectum caloris, & bilis, non præparantium ſanguinem ex naribus erumpi, ipſi quidem dolore huiuſmodi capitis correpti, non iudicabuntur fluore ſanguinis è naribus, ſed ſuppuratione eos liberante ab huiuſmodi capitis dolore, vt voluit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo tertio, & decimo quarto, & hanc ſententiam attulit Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento decimo.

XV.

Aurium dolor acutus cum febre continua, ac vehementi difficilis eſt, periculum enim delirii, & mortis imminet. Quia igitur fallax hic locus eſt cito etiam animaduertere omnia alia indicia à primo die neceſſe eſt.

TERTIVM attulit exemplum Hippocrates de cognitione, & tempore prouentus iudicationis per quatuor ad viginti in morbis acutis, & dixit. Aurium dolor acutus cum febre continua, ac vehementi difficilis eſt, ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo quinto Hippocratem, aurium dolores non velle, qui in extrinſecis, & manifeſtis auriculis contingunt, ab eis enim, non deliria, non mortes contingere poſſunt, quoniam neque cerebro, neque organis auditus noxam conſentire valent, ſed dolorem aurium nominauit Hippocrates qui ad intima aurium, vt in auditorio meatu valide affligit, noxam quippe cerebro conſentientem, quo fit, vt præ doloris vehementia, facile deliria, ac mortes contingere queant. Sicut auditum maxime infeſtant, ipſumque corrumpunt aſperrimæ voces, maximæque, & celerrimæ, vt ait Galenus primo de Symptomatum cauſis, cap. ſexto inquiens: permagis & fortiſsimus dolor, qui repente organa auditus, ac cerebri naturam corrumpere valet: & eſt etiam Galeni ſermo ſecundo de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos, cap. ſexto: & tertia Prædictionum ſectione, comm. X V. Cæterum adiecit quoniam hic locus fallax eſt, neceſſe eſt etiam cito animaduertere omnia alia indicia à primo doloris die, ex quo ſermone reddit Hipp. medicum ſolertem, atque prudentem, & cautum, ſollicitumq. vt à primo die doloris auriũ, qui in profundo in auditorio meatu affligit, indicia omnia dignoſcat, quib. exacte cõprehendat terminũ prouentus futurę iudicationis huiuſmodi doloris, vt contra eat noxę meatũ afficientis auditorium, qui eſt neruus non longo

A longo interuallo cerebro iunctus,ne præ vehementia illati nocumenti ęger aut deliret, aut ex toto perdatur nocito cerebro per conſenſum à vitiato meatu auditorio. At ob hanc rem medicus cito coniectare debet, cum locus vehementis doloris aurium acuti, ac cum febre ſit fallax, ſeu periculoſus, à primo die animaduertere debet vniuerſa indicia, quibus per quatuor ad viginti, finem iudicationis in fallaci, ac periculoſo aurium dolore decernat,an ad ſalubritatem, an ad delirium, & mortem. operæprecium igitur eſt medicum perpendere, vt in aliis morbis acutis, ſi primo die apparebunt indicia deterrima in tali aurium dolore,iudicabitur ægrū quarto die delirare, & mori. Vbi vero talia in primo quaternione deterrima inſurgerent indicia, erit in primo ſeptenario criſis, ſeu iudicatio ad delirium & mortem, & vt in prioribus acutis diximus, ſic deinceps per quatuor ad viginti, dolorem acutum aurium iudicabimus. Vbi verò contra, indicia optima,ac ſaluberrima in diebus indicatiuis, ſeu contemplabilibus videbuntur in ſuis decretoriis diebus B per quatuor ad viginti æger abſoluetur, ac à vehementi, & acuto aurium dolore, delirioq; & morte liberabitur,merito igitur ex his dixit Hippocrates: quia igitur fallax, id eſt periculoſus hic locus eſt, in quo dolor auris acutus affligit ob breue ſpatium ad cerebrum, per conſenſum ipſum plurimum patietur. Ob quam rem neceſſe eſt medicum cito animaduertere omnia indicia à primo die, & decernere finem iudicationis in acuto aurium dolore per quatuor ad viginti vti dictum eſt iam in aliis morbis acutis.

XVI.

Nam minores ſeptimo die, aut citius ab hoc morbo interimuntur. Natu verò maiores multo tardius. Febris enim, ac delirium C minus eos infeſtant, & aures eis ob id antea ſuppurantur, ſed per has ætates recidiue euenientes morborum plurimos interimunt. Minores verò natu priuſquam ſuppurentur aures,interimuntur. Si verò ex auribus pus effluat candidum, expectari poteſt natu minorem conualiturum, ſi quod aliud bonum in eo indicium exiſtit.

Agens Hippocrates ad lucidiorem intellectum eorum,quę ex proxima dictione de aurium dolore vehementi, & acuto edocta ſunt. In hoc deinceps ſermone nos edocturus eſt eos, qui ex tali aurium dolore vexati citius interimuntur, & qui tardius, quippe vt oſtendat in quibus criſis, ſeu iudicatio per quatuor ad viginti in aurium dicto dolore celerius contingere valeat, & in quibus ſerius & dixit. Natu minores ſeptimo die, aut citius ab hoc morbo interimuntur, non lateat te Hippocratem intelligere in hac dictione, natu minores, collatione ad eos, quos decernit ex proxima dictione decima quarta, & ſunt quorum ætas ab initio pubertatis in quintum, & trigeſimum annum porrigitur, D qui verò ad hanc, ſequentes ætates percurrunt, natu maiores Hippocrates nominauit, & hanc mentem habuit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo ſexto vbi ait, in ætate citra quintum & trigeſimum annum calorem, & bilem multiplicari, deinceps vero abunde & frigiditas, & ob non integram concoctionem pituitoſus progignitur humor. Igitur qui minores natu ſunt, ocyſsime aurium dolore acuto, & vehementi pereunt. Et hanc necis celeritatem diſtinxit Hippocrates inquiens, ſeptimo die, aut citius ab hoc morbo interimuntur à primo die inſultus morbi, tum quoniam hac in ætate abundat calor, & bilis, quibus facile febris ardens ſuperaccenditur. Sanè à febre ardente calore, & bile, doloreque aurium acuto fatigante, delirium, & mors accidere queunt, tum etiam quoniam calore, & bile, febreque, ac dolore infeſtantibus, non niſi deterrima in diebus illius aurium doloris acuti indicatiuis in

ſurgere poſſunt. Quo ſit, vt in ſuis decretoriis diebus ſic dolens in auribus morte moriatur. At ſi forte fortuna, aut Deo, aut natura taliter dolens in ætate hac ſupperetur, ſi pus candidum ex auribus effluat, natu minorem conualiturum pronunciabimus, eſt enim tale pus ſaluberrimum, vt in prima Prædictionum ſectione textu, & commento quadrageſimo ſexto proditum eſt, & iudicium certius erit, vbi cum candido pure alterum quoddam indicium bonum extiterit. Qui verò natu maiores ſunt, hi tardius pereunt, quoniam ex ratione ætatis ob abundantem frigiditatem febris in his adeo non inualeſcit, vt delirium, aut mortem progignere valeat. Quòd ſi doloris ſeuitia, & eius cauſa ex maiori temporis interuallo concreſceret, vt doloris longitudo acuitati, & vehementiæ ſuppleret, ii ſanè tardius delirabunt, & morientur: prius tamen quàm moriantur, eorum aures quandoque ſuppurantur. Quo fit, vt non pereant candidò pure ex auribus effluente. At vbi per eaſdem ætates, ii doloribus aurium in recidiuam ceciderint, eorum plurimi commoriuntur ob roboris imbecillitatem, humorem committentem dolorem non integre concoquere queuntem, vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo ſexto. A B

XVII.

Fauces exulceratæ cum febre difficiles, ſed ſi aliud quoque ſignum ex prædictis fuerit prauum, prædicendum, vt cum periculo morbus ſit.

FAVCES, intellige tu ſuperiorem, interioremque partem gulæ mento propinquam, & vbi os anguſtatur. Dixit enim Plinius naturalis Hiſtoriæ, ſummum gulæ, fauces vocantur, poſtremum verò ſtomachus: in eandem ſententiam venit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo tertio, quæ vt ait Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento ſecundo, exulcerantur ob ſalſam ſuperfluitatem à cerebro per palatum deſtillantem, ſubiectas gulæ partes offendentem per maxime fauces, quæ ſunt ipſius gulæ ſuprema pars, & ob hanc rem exulceratæ fauces inter acutos morbos numerantur, ideo non ab re dixit Hippocrates eas difficiles, ſeu periculoſas fore: tum quoniam indicant labem, id eſt ruinam, vel tempeſtatem humoris derodentis: tum quia cum dolore deglutiunt: tum etiam quoniam minantur per tractū multitudinis materiæ ſtrangulationem, quę valde lethalis eſt dicente Galeno ſeptimo Aphoriſmorum, commento ſexageſimo, ſi à febre habito tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperueniat, & non poſsit deuorare, niſi vix lethale eſt. Palam igitur ex dictis eſt, faucium exulcerationes morbum fore acutum, ob quod in his iudicatio eundem ſequetur modum, ex computatione dierum per quatuor ad viginti, vt in aliis acutis morbis ſępius proditū eſt ſemper tamen ſeruato Hippocratis conſulto videlicet, vt iudicatio ad ſalutem, vel mortem certior fiat, alia indicia ſi adfuerint aut bona, aut mala animaduertere oportet potiſsimum vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento decimo ſeptimo in his, qui nec exquiſite optimi affectus, neque deterrimi habeantur, in quibus Hippocratis plurimum afferre ſolet verbum hoc alia quoque indicia animaduertenda ſunt. C D

De Angina

XVIII.

Angina grauiſsima eſt, ac celerrimè interimit quæcunque nec in ceruice, nec in faucibus conſpicuum aliquid efficit. Plurimum verò doloris infert, ac ſpirationis difficultatem, quæ non niſi erecta ceruice trahatur. Hæc enim & eodem die, & ſecundo, & tertio, & quarto ſtrangulat.

A CVM angina magnus morbus ſit, celeriterque ad iudicationem perueniat, meritò ipſam morbum acutum, immo peracutum potius nominabimus, autore Galeno ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio, quoniam eius iudicatio citra ſeptimum finitur diem, & hæc eſt morbi peracuti ratio, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento ſeptimo. Angina enim quandoque vbi indicia ante ſeptimum diem optima apparuerint, ſi primo die, liberabitur æger in quarto. ſi in quarto ſaluberrima ſigna ſurrexerint, æger in ſeptimo die liberabitur, aut citius, quemadmodum ſi deterrima apparuerint indicia, vt ab initio, equidem ſtrangulabitur æger, & in quarto die, aut citius, dicente Hippocrate tertia Prædictionum ſectione, commento decimo octauo. Hæc & eodem die, & ſecundo, & tertio, & quarto ſtrangulat. Quòd ſi in primo quaternione inſalubria, ac vicioſa indicia extiterint, proculdubio in primo ſeptenario necabitur æger, & ob hæc putabo ego ad Galeni animum duplicem fore morbum peracutum, vnum quippe valde peracutum, cuius meminit Galenus primo Aphoriſmorum, commento ſexto in
B quiens, in peracutis autem, qui tertio die ad ſummum vigorem perueniunt, victus ſumme tenuis, optimus eſt, alterum verò peracutum ſolum, quem voluit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento duodecimo vbi ait. Peracutus morbus eſt, ſi ſeptimum non tranſmeet diem, ſed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur. Sane igitur huius ſermonis ſummam voluit Hippocrates hanc eſſe videlicet, cũ angina morbus ſit acutus, quoniam peracutus eſt, pariter ſicut & alii morbi acuti, iudicatur iuxta ordinem dierum decretoriorum per quatuor ad viginti, etſi in primo quaternario, vel primo ſeptenario iudicetur, talis enim dierum computatio principium eſt computationis à quatuor ad viginti, vt iam apparuit. At quoniam angina morbus peracutus eſt, ideo rationi conſentaneum eſt, vt celerrime ægrum interimat, ob quod Hippocrates numerans modos diuerſos anginæ, indicat qui eorum ſint ocyſsime ægrum interempturi, & qui ſerius, dum tamen non tranſmeent acutorum morborum terminum, & dixit grauiſsima eſt, ac celerrime interimit, quæcunque nec in ceruice, nec in faucibus conſpicuum ali-
C quid efficit. Palam eſt enim anginam latam ſecundum Hippocratem habere appellationem, vt longiori ſermone enarrat Galenus, cap. quinto quarti de Locis affectis, quarum omnium periculoſiſsima eſt, ac celeriter ægrum enecat, ſi neque in faucibus, neque in ceruice aliquid appareat, videlicet, vt ait Gal. tertia Prædictionum ſectione, commento decimo octauo ex colore, calore, mole, ac inflammatione. Igitur vbi neque in faucibus, aut partibus oris, aut ceruice nihil horum videatur, ſanè laborat æger ſuffocationis periculo in gutture. Non ab re igitur dixit Galenus explicans huius anginæ maleficentiam, tunc exiſtimandum eſt intra gutturis corpora laceſſere inflammationem, ex qua ſtrangulantur eam quoque certificans Hippocrates libro primo Prorhetici quinquageſimo quarto dixit. Fauces dolentes abſque tumore cum implaciditate, ſtrangulanteſque ſupra modum pernitioſe. idem habes à Galeno commentario ſecundo, libri tertii Hippocratis de Morbis vulgaribus ægroto quarto, inquiens. Anginæ autem grauiſsimæ ſunt, ſubitoque pe-
D rimunt, quæ nihil in faucibus ſigni edunt, neque in ceruice, at ſæpiſsime, & malignantis naturæ anginam per ea, quæ ab ipſa accidentia prorumpunt, Hippocrates enarrat: tum quoniam plurimum doloris infert, cum enim in angina muſculi gutturis inflammatione vexentur, triſti affecti ſenſatione dolore afficiuntur, vt ait Galenus: tum quoniam ſpirationis difficultatem cum necis periculo efficit, huius cauſam attulit Galenus tertia Prædictionum ſectione, cap. decimo octauo. Quoniam iter, aut tranſitus animæ ſiue ſpiritus ferè integre clauditur inflammatione circumuenientium corporum, quo fit, vt anginoſi erecta ceruice, id eſt collum dirigendo cogantur ſpirare, eorum enim ſupinus ſitus admodum contumax eſt, eo enim guttur magis coincidit in ceruicis vertebras. Ob quam rem integre ſpiritus iter obſtruitur, & anginoſi ſtrangulantur, meritò igitur dixit Hippocrates plurimum verò doloris infert, ac ſpirationis difficultatem, quæ non niſi erecta ceruice trahatur, & intellige tu ceruicis appellatione collum, ſeu eius poſteriorem partem, cuius anterior pars eſt guttur, & à ceruicali deriuatur, cum plurimum decumbendo pars illa hæreat ceruicali, item & anginæ periculum per ipſius cauſæ inuentio

nem. Ait enim Galenus in quarto de Locis affectis, cap. ſeptimo potiſsimam anginæ cauſam eſſe, cum gutturis interni muſculi inflammatione tenentur, quem affectum anginam eſſe conſtat, quæ ſimul & vocem, & ſpirationem lædit. Huius verò inflammationis cauſam attulit Galenus tertio Aphoriſmorum, commento decimo ſexto inquiens. Angina autem fit nonnunquam ſuperfluitatum multitudine ad fauces paulatim congeſta, magna tamen ex parte fit fluxionibus ex capite firmatis in faucibus, dixit etiam Galenus tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſecundo, Anginas ex bilioſis humoribus ortum habere, qui ad fauces præſertim decumbunt, quæ verò veris tempore contingunt, à magis pituitoſioribus fiunt humoribus. Pariter quoque loquens Galenus ſexto Aphoriſmorum, commento ſecundo: Anginæ cauſam indicans, dixit, cum ſuperfluitates ad inferiora per palatum deſcendant, ſubiectas afficiunt partes, vt fauces in angina, & quæcunque corpora circumeunt guttur: quo fit, vt illa concidant, & ſpiritus intercludant, & abolitione ſpirationis ſuffocent, etenim quandoque eodem iugulant die, quandoque altero, aut tertio, aut vſque ad quartum iugulatio protrahitur, vt dixit Hippocrates, cui conſentit Galenus quarto de Locis affectis, cap. quinto. B

XVIIII.

Quæcunque verò dolorem alteri ſimilem infert, attollitur verò, ac ruborem in faucibus efficit admodum exitioſa, ſed paulo longior, quàm ſuperior eſt.

Etsi Galenus quarto de Locis affectis, cap. quinto quatuor anginæ genera decernat, ea tamen ad tres anginæ differentias adſtrinxit Hippocrates tertia Prædictionum ſectione, quarum cum primam ex proximo ſermone enarrauerit, in hac dictione ſecundam anginæ differentiam deſcripſit, & dixit. Quæcunque verò dolorem alteri ſimilem infert, ideſt vbi pari dolore muſculi gutturis afficiuntur, vti in prima anginæ differentia ob inflammationem illos vexantem, in his ſenſum doloris progignentem, attollaturque inflammata pars in ceruicem, adeo vt muſculi in gutture nō admodum vexentur inflammatione, in faucibus verò rubor poſsideatur, hæc ſanè dicatur ſecunda anginæ differētia, ea namq. à prima diſsidet, quoniam in hac, nec interne nec externe quicquam apparet ex colore, calore, & mole, in altera verò & intus rubor in faucib. & extra in ceruice moles decernitur, Quo fit, vt hæc ſecunda anginæ differentia admodum exitioſa ſit, cum exitus in ceruice molis apparentis, & perpetuo rubedine in faucibus exiſtente, indicat copiam materiæ præſentis in gutture: & à capite confluentis, quam natura corrigere nequit, ſed motu quodam ſymptomatico, & non à natura in ceruicem pellitur. Quo fit vt ſui multitudine ſuffocationem, & necem afferat, in prima verò anginæ differentia, in qua quicquam non apparet interne, aut externe ſignificatur multitudo materiæ tum inſtantis, tum defluentis, à qua contingit anginoſos naturam perdere, & ſubito interitu necari. At hoc in ſecunda anginæ differentia non accidit, quoniam etſi ea æger decedet ob materiæ multitudinem, & ſenſus doloris vehementiam, non tamen repente morietur, ſed longiori temporis interuallo morte morietur, quoniam vti in prima differentia muſculi gutturis non adeo inflammatione vexantur, vt ait Galenus neque æger erecta cogitur ceruice reſpirare. Sed mihi obiici nollem Hippocratem ſexto Aphoriſmorum trigeſimo ſeptimo dixiſſe, Ab angina habito, ſi tumor fiat in collo bonum, foras enim morbus deducitur, quoniam ſententia veritatem obtinet, vbi motu naturæ tantum materia ad ceruicem propellitur, vt ipſam in tumorem vertat, ſignificatur enim tunc penuria materiæ anginæ, quæ ob victoriam naturæ ſupra ipſam integre pellitur ad ceruicem, & ob hoc intima gutturis à cauſa anginæ immunia redduntur, & paſsiones ab his ad cutem transferuntur hoc quippe non contingit in ſecunda anginæ differentia vbi à multitudine materiæ natura grauitata nequiens eſt materiam, & paſsiones ad cutem conuertere, vt ex Galeno apparet inquiente ſexto Aphoriſmorum comm. trigeſimo ſeptimo, ſermo verus eſt, & cauſa in promptu. Si quidem ex intimioribus, & principalioribus partibus paſsiones confert ad cutem transferri.

Si quis

XX.

A **Si quibus fauces rubent, & ceruix hæc diuturnior eſt, maxime verò ex ea ſeruantur, ſi ceruix, ac pectus traxit ruborem, nec ſacer ignis intro recurrat.**

DISSIDET tertia angina differentia à prima, quoniam qui hac afficiuntur angina, non difficulter ſpirant, nec vti primi, ac ſecundi vehementi dolore infeſtantur, gutture nequaquam patiente. Quo fit vt muſculi gutturis nulla corripiantur inflammatione, quæ impedimento ſpirationis exiſtat, neque doloris ſenſus abolitione cauſæ eius percipitur, ſed fluxio bilioſi humoris à capite in fauces decumbens, aut in ceruicem, aut vna ſimul in vtraque, aut in his & thoracem magnum conducit ruborem. Quibus omnibus ſignificatur anginæ cauſam, & paſsiones ad cutem conuerti, & de hac loquens Hippocrates ſexto Aphoriſmorum trigeſimo
B ſeptimo dixit. Ob hanc cauſam eam ſalubrem fore, tum quoniam eius accidẽtia neque ſæua, neque admodum vitioſa ſunt, tum quoniam anginæ materia periculi ſedes aufugit, At quoniam ob hæc diutius durat angina hæc, meritò dixit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento vigeſimo eam nullatenus morbum fore acutum. Niſi forte fortuna eryſipelas ignis ſacri intro verteretur, tunc enim ſignificatur cauſa ignis ſacri, quæ eſt bilioſa fluxio quandoque pernitioſa, & putris, vt ait Galenus tertio commentario tertii Hippocratis de Morbis popularibus, commento decimo tertio, quæ intro recurrens tum ſui tenuitate, tum imbecillitate naturæ non valentis obſiſtere introgreſſui materiæ bilioſæ, à qua ſacer ignis oritur, ob quam cauſam acceleratur euentus forte ad malum anginoſi corporis, igitur non ab re dixit Hippocrates. Nec ſacer ignis intro recederet. At cum de nominibus fugiendum ſit certamen, vt ait Galenus tertio de Differentiis pulſuum ad principium, & in libro de Symptomatum differentiis, cap. primo vbi ait. Contra faciunt ii, qui litigando de nominibus totam vitam conterunt, & in libro
C de Cibis boni, & mali ſucci dixit. Differere de nominibus operis negotium non eſt, ſed ad eius generis homines attinet, qui in otio vitam ſuam degunt, Ideo ſuperuacuum mihi eſſe videtur, quæ nunc dicuntur à Galeno, vt & ipſe aſſerit decernere, videlicet, an angina appellanda ſit, ſynanche per ſ. literam, an cynanche per c. cum obſcenum ſit, de nominibus litigare, quem vſum Hippocrates perpetuo aufugit. Et ob hoc tu vide à Galeno harum appellationum diuerſitatem. Ego vero ſequentis orationis enarrationem aggrediar.

XXI.

Si vero nec diebus decretoriis deleatur rubor, neque tuberculo inanito in ſede exteriori pus facile excreet, ac videatur ſine dolore agere, mortem indicat, aut recidiuam ruboris.

D CVM dixit Hippocrates proxima præcedenti oratione anginas illas ſalubres eſſe, etſi diuturniores, in quibus fauces, & ceruix ſimul rubuerint. In hoc ſermone decernit diem, in quo firmatur iudicium ſalubritatis earum, & diem, in quo tollitur fides, & ſpes ipſarum futuræ ſalutis, & dixit. Si non in diebus decretoriis deleatur rubor, id eſt, ſi in tota temporis conſiſtentia, qua huiuſmodi diuturnatur angina, faucium rubor, & ceruicis deleatur, non quippe in diebus decretoriis, proculdubio malum ægroti finem præſagire debemus. Pariter quoque ſi tuberculum, quod in ſede exteriori apparuerit, iuxta illud verbum Hippocratis, attollitur verò non quippe in eiſdem decretoriis diebus, perditur ſalutis fides huiuſmodi anginoſi, præſertim vbi pus non facile excreet, & ſine dolore ipſum infeſtante agere videatur, hoc enim mortem indicat, aut eryſipelæ ignis ſacri, aut ruboris recidiuam vt iam à nobis ſæpius proditum eſt ſupra. cum enim in criſibus magnæ fiant permutationes, ſi hæ non in die fiant decretorio per rationem accidentis fiunt, & non per motum naturę regentis morbi cauſam ad ipſius propulſionem faciliorem.

& ob hanc cauſam permutatio,quæ fit in die non decretorio,fallax,& mali eſt iudicii, A neq. futuræ ſalubritatis fidem firmans,ſed facile fieri morbi recidiuam promittens, vt prolixo ſatis ſermone videre poteris à Galeno quarto Aphoriſmorum, commento vigeſimo nono. Igitur ſi deleatur rubor in diebus nõ decretoriis,& in his quoque tuberculum in exteriori ſede inaniatur,nedum malum erit prȩſagium, verùm & maxime malum, quoniam fit in die non firmante iudicium futuræ ſalubritatis, recurrens enim intro materia,in thorace, aut pulmone decumbit, quæ his hærens præter naturam derelicta ab opere naturæ eorũ membrorum à calore præter naturam addito vertetur in pus. Quòd ſi anginoſus facile excreet, & ſine dolore in his partibus procedat, ea tunc ratione firmabitur ſpes futuræ ſalutis, ſignificabitur enim earum partium facultates validas fore, & morbi cauſam eis obedire, igitur vbi cum difficultate excreet, & vere doloroſe agat, & non appareat, morietur æger, aut in recidiuam ruboris ſacri ignis deueniet. Quoniam mutatio magna in die non decretorio facta fuit, à qua natura reddita imbecillis integre totã materiam excreare nequiuit, quo fit,vt cum quæ in morbis relinquuntur,recidiuas B conducant, meritò anginoſus recidiuabit,& potius ad ruborem ignis ſacri ob materiam bilioſam facile ob ſui tenuitatem ad externa corporis mobilem. Vbi verò in diebus decretoriis,hæc omnia in anginoſo contingant, proculdubio ægrum conualiturum pronuntiabimus, cum ii ſint dies fidei, & firmitatis iudicii, vt ſæpius præoſtenſum eſt. Pari quoque modo ſi in die decretorio materia apparens in angina intro ad pulmonem recurreret, caſus difficilior erit, & futuri mali promiſsiuus,quoniam dies decretorius iudicium firmat & futuri boni, & futuri mali.

XXII.

Securiſsimum verò eſt, ſi rubor quàm maxime foras vertatur, ſi vero in pulmonem conuerſio fiat, dementiam parit, fiuntque ex C his magna ex parte purulenti, in quibuſdam verò hæc, & alii vtrique abſceſſus.

INDICAT Hippocrates in hac dictione, quando medicus maiorem debet habere confidentiam futuræ ſalubritatis in tertia anginæ differentia, & dixit, ſecuriſſimum verò eſt, ſi rubor, adde tu, & tumor, vt alia legitur litera, quàm maxime foras vertantur: ſignificatur enim naturam viſcerum interiorum ſpirationi obſeruantium ab anginæ materia admodum exonerari, vt quippe reddatur potentior ad obſiſtendum recurſui eius intro ad pulmonem, & thoracem,atque integre operandum functiones ſpiritui miniſtrantes, & ſane fides concreſcit futuræ ſalutis anginæ. Cæterum adiecit: Si verò in pulmonem conuerſio fiat, dementiam parit, quoniam tunc ad pulmonem humores calidi rapiuntur, à quibus ad cerebrum mittuntur vapores multi dementiam gignentes, vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſeptuageſimo ſecundo, & tertio de Locis affectis, cap. ſexto. Vbi verò materia ad pulmonem intro conuerſa decumberet,neque eius vapores multi ad cerebrum raperentur, ii anginoſi in ſuppurationem verterentur,ipſa quippe relicta ab opere naturæ,validoque exiſtente calore præter naturam, per hunc enim D modum fiunt ſuppurati, vt ait Galenus quinto Simplicium pharmacorum, cap. ſexto. At & his vtriſque videlicet, & qui pulmonia detinentur, & qui dementia corripiuntur abſceſſus præſertim in cruribus fiunt ad bonam quippe iudicationem futuræ ſalutis, tum ſuppurati, autore Galeno ſecunda Prædictionum ſectione, commento ſexageſimo ſeptimo vbi ait. In pulmonia vehementi abſceſſum erumpere in cruribus prorſus bonum eſt, optimi enim ſunt,ſi maxime deorſum & quàm longiſsime ab ægrotatione abſiſtant, tum etiam dementes ob ſuppurationem facti abſceſſu in cruribus contingente liberantur, autore Galeno ſecundo Prorhetici, commento primo inquiens. Nam fieri poteſt, vt ſi delapſus in coxam humor recurrerit, pars quædam alia capite inferior, eo recepto ipſa quidem afficiatur, caput verò lædi inhibeat.

De Gurgulio

A *De Gurgulione.*

XXIII.

Gurgulio cum periculo ſecatur, & ſcarificatur, quoad rubidus, magnuſque fuerit, inflammatio enim fatigat, & ſanguinis fluor: ſed oportet hunc aliis moliminibus extenuare eniti per illud tempus, Vbi verò ſecretum fuerit omne id, quod vuam appellant, ſitque pars gurgulionis ſumma maior, ac liuida; ſuperior verò tenuior per illud tempus admoliri manus tutum eſt, ſed præſtat ſimul aluum ſubduxeris vti chyrurgia, ſi liceat per tempus, nec æger ſtranguletur.

B ET Gurgulionis inflammatio morbus acutus eſt, quoniam celeris terminationis eſt cum periculo. Quo fit, vt eius finis iudicetur ſecundum ordinem dierum decretoriorum per quatuor ad viginti, pari modo, quo alios acutos iudicauimus morbos ſecundum computationem eorundem dierum. Huic autem ordini prognoſticationis adiunxit Hippocrates in hoc ſermone quoſdam modos curæ inflammationis gurgulionis afficientis, quibus vt ait Galenus magis perficietur Prognoſticatio termini gurgulionis inflammati, & dixit. Gurgulio cum periculo ſecatur, & ſcarificatur quoad rubeus, magnuſque fuerit. At conſideratione dignum eſt, quoſdam fuiſſe, qui in humanis otium trahunt, putantes gurgulionem eſſe partem gutturis à naribus ad pulmones conſtans cartilagine, & carne, per quam ſpiritus permeat, & remeat, & hæc ſpiritalis fiſtula nominatur, & ii non parum aberrant, cum quæ aſperæ conueniunt arteriæ, id gurgulioni contribuunt, diſsidentiam eorum habes à Galeno, in libro Medicus, vbi ait. Ad ſpiritum quidem

C gurgulio aptiſsimus eſt, ne frigidus in fauces aër cumulatim irrumpat. Aſpera verò arteria vt ipſum in pulmones deducat. Igitur quod dixit Galenus quid nominis gurgulionis explicans ſexto de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos, id nos ſequuturi erimus, vbi ait. Carnoſa quædam particula in ſummo ore apparet dependens, ſi quis aperto plurimum ore toto linguam deprimat. Hæc ipſa caruncula duobus nominibus appellatur, à veteribus Græcis Gargareon, hoc eſt, gurgulio & columna, poſteriores medici fere omnes non ita, ſed columellam vocant, quæ caruncula etſi aliis morborum generibus affici poſsit, verùm ſæpe inflammatur, & dixit, Gurgulio cum periculo ſecatur, & ſacrificatur, quoad rubidus, magnuſque fuerit, hic prognoſticatur periculum termini gurgulionis tumore, & rubore affecti, & periculum termini ſic affecti gurgulionis prædicit Hippocrates inquiens, laborat enim inflammatione, fatigaturque, & dolet, quibus vel facile particula corrumpetur, vel totum perdetur corpus his noxam conſentientibus principio. Alterum attulit præſagium ob reſecationem, & ſcarificationem gur

D gulionis, & eſt ſanguinis fluor ſuperueniens, qui adeo abunde fluere poſſet, vt totum hominem necaret, eius natura extreme imbecilli facta, & attulit ex præſagio modum curæ gurgulionis quamdiu rubicundus fuerit, & magnus, id eſt, inflammatus, & tumens, cum tunc eius cura ſectione, & ſacrificatione contumax ſit, atque periculoſa, & dixit, ſed hunc ſic affectum gurgulionem aliis præſidiis tunc eniti extenuare, & alterare, extenuare quippe, quoniam magnus, & tumens, alterare verò, quoniam rubicundus eſt. Hunc autem modum curæ vide tu à Galeno ſexto de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos. Cæterum adiecit. Vbi verò ſecretum fuerit omne id, quod vuam appellant, Quod prius propoſuit Hippocrates de modo curationis per ſectionem gurgulionis inflammati neceſsitate cogente eundem aſſequitur modum, & notatu dignum eſt, vt valeas præſagire terminum futuræ ſanitatis inflammati gurgulionis per inciſionem, animaduertere oportet vuam, quæ ſi tumens, & impedimento fuerit ſectioni gurgulionis, eam totam prius amouere conuenit, at iterum gurgulionem perpendere oportet, vbi enim

eius extrema & inferior pars magna extiterit, orbiculataque, & liuida fuerit, indi- A
cans particulæ illius corruptionem. At vero ſuperior pars eiuſdem tenuior inſpi-
ciatur, indicans defectum nutrimenti recepti in parteilla, tunc eo quippe tempore,
quo omnia hæc iam inſpecta adfuerint, tutum, ac ſine timore quis admoliri operi
manus poterit. At præſagium futuri termini ex tali curationis modo in bonum ver
tetur, tum quoniam putridum abſcinditur, tum quoniam gurgulio derelictus eſt
ab opere naturæ ipſum nutrire nequeuntis, at quoniam opera talia admoueri non
debent à propriis locis affectis niſi præeuacuato corpore, ideo talis manuum ope
ratio demoliri non valet, niſi prius aluo ſubducta vel natura, vel medici officio.
At conſideratione dignum eſt, ne errori ſubmittamur eorum, qui vuam gurgulio
nem fore credidere, cum dicat Galenus ſexto de Compoſitione medicamentorum
ſecundum locos. Staphylen, ideſt vuam non eſſe partem illam, quam gurgulio-
nem appellamus, ſed eius aliquam affectionem, quæ niſi amoueatur, maximo erit
impedimento in ſecatione & ſcarificatione gurgulionis, meritò igitur dixit Hip-
pocrates. Vbi verò ſecretum fuerit omne id, quod vuam appellant. B

De ſignis, & accidentibus febrium.
XXIIII.

Si quibus febris deſinit non cum indiciis ſolutionis, neque in diebus decretoriis, recidiuam expectare oportet.

De febre non intermittente, cum ipſa inter acutos numeretur morbos, agit Hippocrates in hoc ſermone, ipſa enim eſt, quæ ſecundum computationem dierum decretoriorum iudicatur, vt ſæpius iam proditum eſt, eius enim indicia permaxime animaduertere debemus, quoniam vbi bona fuerint, ſolutoria febris erunt. Si verò non bona, necem ægrotantis, vel eius recidiuam promittent, & C
ob hanc cauſam dixit Hippocrates. Si quibus febris deſinit abſque occurſantibus indiciis ſolutoriis, neque deſiit in diebus iudicatoriis. Oportet te febrem reditu-ram expectare. Quoniam eo tempore quo febris deſiit nullis apparentibus indi-ciis ſolutionis, ſignificatur febris cauſam latitantem fore, quæ iterum in alio tem pore ad periodicationem excitabitur, etiam quoniam vt ait Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum vigeſimo ſeptimo: His, quæ non ſecundum rationem leuant, non oportet credere, ſicut neque valde timere ea, quæ praua fiunt præter rationem: vbi igitur non apparentibus ſignis concoctionis corpore non euacuato, talem quietem, & febris deſitionem quiſque contumacem, & infidam fore putabit. Quo fit, vt in futurum nequaquam præſagium bonum obtinere valeat, adeo, vt æger vel perdatur, vel ad periculoſam recidiuam perueniat, & hoc vide à Galeno ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſeptimo. Cæterum adiecit, neque in diebus decretoriis. Vbi enim febris in die decretorio deſierit, ob diei fidem, & firmitatem iudicii putandum eſt recidiuam non eſſe expectandam, licet & hoc falli poſſit iuxta illud Galeni tertia Prædictionum ſectione, commento vigeſimo quar to vbi ait. Quæ enim non ex ratione leuant, recidiuam facere conſueuerunt, quan quam in diebus accidat decretoriis, plurimum tamen hoc euenit, vt iudicium fa- D
ctum in diebus decretoriis nihil relinquat poſt iudicium. Si verò aliquid relinque retur, id facile recidiuam conducere poteſt, iuxa illud Hippocratis ſecundo Aphoriſmorum, commento duodecimo. Quæ relinquuntur in morbis poſt iudicium recidiuas facere conſueuerunt. Verùm in febribus promptior reci-diua eſt, vbi deſinunt in die non decretorio, ob illud verbum Hippocratis quar-to Aphoriſmorum, cõmento ſexageſimo primo febricitantem niſi diebus impari bus lege tu iudicatoriis (vt ait Galenus) febris reliquerit, ſolet recidiuare, at in hoc ſume tu exemplum ſuper diem ſextum, qui eſt difficilis, & mali iudicii, ſi fe-bris in eo deſierit, ait enim Galenus quarto Aphoriſmorum, commento vigeſimo nono quod in eo facile ſolet fieri recidiua, ob hæc igitur dicta conſonum dictis Hippocratis mihi videtur, vbi firmam, & fidelem in febribus non intermittenti

bus iudi

A bus iudicationem abſque timore febris redituræ ſperamus, hoc nobis palam erit, vbi ipſæ deſierint,ſimul his duobus occurrentibus, videlicet, cum indiciis ſoluto riis, & in diebus decretoriis, altero enim deficiente timenda eſt recidiua.

X X V.

Si qua febris prorogatur ſalue affecto homine, nec dolore deti nente aut ob inflammationem, aut ob aliquam cauſam euiden-tem, expectari oportet abſceſſum cum tumore, ac dolore, qui in aliquem articulum, maximeque inferiorem decumbat.

B CVM egit Hippocrates cauſam reditus febris, quæ iam deſiuit, quo facile lon-giorem moram in febriente trahere poteſt, vt ait Galenus quarto Aphoriſmo rum, commento vigeſimo nono:in hoc ſermone edocet præſagire de termino pro rogatæ febris in homine alioqui ad ſalutem diſpoſito, & dixit, Si qua febris in lon gum protrahatur, homine quippe diſpoſito per alia indicia ad ſalutem, vt videli-cet dolore non detineatur,neque inflammatione,neque aliqua euidenti cauſa, qua ſuſpicione teneatur de eius caſu in maius ex febre malum, tunc præſagire poteri-mus febrem hanc finituram in abſceſſum alicuius articuli per maxime infernis par tibus cum præſentia tumoris, ac doloris, & tu conſidera, quia febris eſt longa, fa cile per abſceſſum terminabitur dicente Gal. quarto Aphoriſmorum, commen-to trigeſimo ſexto, morbos longos non iudicari per excretiones, ſed per conco-ctionem,& abſceſſus,intelligere autem oportet,quod licet plures occurrant cauſæ prorogationis febris, vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione,commento vi-C geſimo quinto vna tamen earum magis præſenti deſeruit negotio, & eſt ob humo res crudos, & craſſos, incoctoſque abunde vaſa implentes, qui propter eos conco ctu difficiles eſſe, longo temporis ſpatio egent, vt concoquantur, ob quod febris in longum porrigetur tempus, & eo magis, ſi in febris curatione aliquid erroris commiſſum fuerit tum patientis cauſa, aut aſsidentium, tum medici operantis, & eorum, quæ extrinſecus contingunt, vt temporis, terræ conditionis, praui domi-cilii, conflictationis, ſolicitudinis, angoris, & huiuſmodi, hæc enim omnia rum-punt, dilaniantque omnes corporis facultates per maxime naturales, vt tales hu-mores febrem committentes concoquere nequeant, ob quam cauſam prorogatur febris, & quoniam corpus diſpoſitum eſt ad ſanitatem, quod etſi febriat, nulla ta men euidens cauſa ei occurrit, qua timor ſit de maiori inducendo morbo,quo fit, vt natura in nobilibus membris valida exiſtens, materiam febris ad ignobilia tran ſmittat, magiſque ad artus membrorum inferiorum ob maiorem eorum imbecil-litatem, qua materiam ibi decumbentem neque diſcutere,neque reſoluere valeat, quo fit, vt in abſceſſum illic vertatur cum tumore ob eam materiam eleuantem in cupum vt oſtendit Galenus in libro de Tumoribus præter naturam, in dolorem quoque ob membri ſenſibilitatem, ei triſtis ſenſatio acquiritur, qua & mala com plexione inducta, & ſoluta continuitate dolor progignitur, & ob hanc rem præ-D ſagitio in febribus ob dictam cauſam diuturnioribus erit ad abſceſſus futuros in articulis,maxime in membris inferioribus.

X X V I.

Talis abſceſſus, magis, ac minori tempore euenit natu minori-bus, quàm trigeſimum annum agentes.

QVONIAM febres, quæ in longum tempus porriguntur plurimum per articu lorum abſceſſus terminantur per antea dictas cauſas, his conſentaneum eſt, Hippocratem in hoc ſermone edocere, in quibus harum iudicatio fiat per articulo rum abſceſſus, & in quibus non fiat: et ſi fiat, & in quibus magis fiat, & celerius,

& in quibus minus, aut tardius, & quorum ætati conueniat,& quorum non con A ueniat, vt vno ſcopo ducamus veritatem eorum, quæ iam ſæpe prodita ſunt, & eorum, quæ ſermone breui intelligit Hippocrates in hac dictione, & dixit. Talis abſceſſus magis, ac minori tempore euenit natu minoribus, quàm trigeſimum annum agentes. At conſiderandum eſt,vt ait Galenus in primo de Criſibus, quòd ea, quæ celerem faciunt criſim, aut tardam in triplici inueniuntur diſcrimine, aut per rationem facultatis, aut ex natura humoris, aut ex decurſu ætatis. Igitur ſi in febribus quiſpiam iudicare voluerit per futurum abſceſſum in articulis ab eorum quolibet indicationem ſumere debet, aut aliquibus ſimul. Vbi igitur ægroti facultas valentior fuerit, & humor admodum calidus, quoniam concoctus eſt, vel aptus facile concoqui, haud quaquam iudicatio fiet per abſceſſum. Dixit enim Galenus commentario ſecundo, ſexti de Morbis vulgaribus Hippocratis, commento decimo ſeptimo:concoctus enim humor citra abſceſſum ſolutionem nuntiat. Sæpius enim ſupra proditum eſt,morbos à calidioribus humorib.prodeuntes cum B virtutis robore per excretionem iudicari, minime verò per abſceſſum, tum quia valida facultas celerem efficit motum, & humor calidior ei celeri motui obedit. Quo fit, vt morbi huiuſcemodi in criſim celerrime perueniant, non quippe futuri abſceſſus in articulis, cum ipſe longiori,antequam fiat,temporis egeat interuallo. Non ab re igitur dixit Hippocrates ſi qua febris prorogatur, quoniam in his, quæ minima temporis parte iudicantur, fit per excretionem iudicatio, & non per abſceſſum, longi vero morbi per abſceſſum magis iudicantur, quoniam ob craſſos, lentos, ac frigidos fiunt humores, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento decimo nono, & quoniam non facile concoqui poſſunt, moram dant tranſmiſsionis humorum ad artus, & generationis abſceſſus in illis. Vbi verò ab humore calido morbus prodiret, & ægri facultas non valida foret, ſanè abſceſſus in articulis progigni poſſet, per cauſam enim impotentiæ facultatis humor calidus in via tranſitus ad articulos, qui longiori tempore metitur, gradum caloris perdit, & craſsitiem vendicat ſibi pro abſceſſus in articulis generatione, ſatis conuenientem. Quo fit, vt tu cogites morbum calidum per abſceſſum poſſe iudicari, occur C rens ægroto facultatis imbecillitas. Vbi verò morbus à frigido humore ortum capiat, valida quippe exiſtente virtute, iis ſanè per abſceſſum iudicari poterit,tum merito frigidi humoris longam expectantis concoctionem, tum merito facultatis validæ materiam ad articulos tranſmittere queuntis. Vbi verò morbi materia frigida foret, & facultas non valida, iis per abſceſſum nequaquam iudicari poterit, facultas enim imbecillis nequit ad artus ad abſceſſus generatione materiam tranſmittere, at frigida materia motui ſatis inobediens redditur:ſi verò morbus ab humore crudo, non quippe maligno diutius duret, tunc aliquem fore abſceſſum futurum prædicemus, vt ait Galenus, commentario ſecundo ſexti Hippocratis de Morbis popularibus, cum enim crudus ſit non breuem admittit coctionem, at quoniam malignitate carens non repente necat, ſed tempori obedit ad conuerſionem ſui in abſceſſum, ſanè ſi crudus, & malignus humor extiterit prius ægrum interimet quàm abſceſſus in articulis contingeret. Hæc igitur dicta ſint pro cognitione futuri abſceſſus in febribus, vel non futuri, indicio ſumpto à viribus ægrotantis, ac ab humoribus morbos committentibus, ab ætatibus verò vti modo ex D pedit Hippocrates, in quibus videlicet futurus ſit abſceſſus in febribus, vel non futurus,deinceps dicemus. In ætate quippe iuuentutis,in qua natu minores,quàm trigeſimum annum agentes conſiſtunt, & hi ſunt, qui iuuentutis ætatem deſcribunt: Quòd ſi in eiſdem diuturnior fiat febris, magis, & citius fiet iudicatio per prouentũ in articulis abſceſſuum:tum quia humor in iuuentute febrem incēdens, etſi per rationem ætatis calidus ſit, temporis tamen longitudine craſsior, ac frigidior,minuſq.concoctioni aptior redditur.Quo fit,vt cum hæ ſint indicia futuri abſceſſus,in iuuentute magis,& citius progignetur abſceſſus:tum quoniã ex ętate vires febrientis validiores ſunt ad magis & citius propulſandum humores ad artus. Magis quippe dico, & citius, quàm in maioribus natu, id eſt ſenectutem verſus meantibus, in quibus ſi febres prorogantur minus, & ſerius per abſceſſum in articulis futurum iudicantur, tum quoniam in his ætatis cauſa humores craſsiores,& frigidiores

A frigidiores, ac magis lenti exiſtunt, quàm in minoribus natu trigeſimum annum agentibus, tum quoniam virtus in his non ita valida eſt, quo fit, vt minus, & tardius acceleret tranſmiſsionem cauſæ febris ad articulos. Vbi vero iam ætas in ſenectutem peruenerit, & febris prorogetur, haud quaquam in articulis abſceſſus progignentur, tum quoniam ex ætate humores in ſenibus craſsiores, atque frigidiores, & maioris lentoris fiunt, Quo fit, vt in iis perdant aptitudinem tranſmiſsionis ad articulos, tum magis hoc contingit, quoniam ex ætate facultas ſenum extreme imbecillis eſt, quicquam nequiens ad articulos tranſmittere pro abſceſſus generatione.

XXVII.

Conſiderandum verò ſtatim de abſceſſu eſt, ſi vigeſimum diem detinens febris tranſcendat.

B

QVAMVIS in minoribus natu, quàm trigeſimum agentes annum magis & minori tempore abſceſſus contingant, vt iam proditum eſt. Quo autem tempore ante trigeſimum annum abſceſſus euenire queant, nondum præſcitum eſt adhuc prolixiore detinente febre, ob quam rem Hippocrates in hoc ſermone enarrat in quo tempore diutinæ febris magis abſceſſus ipſi euenire contingant, & dixit. Conſiderandum ſtatim de abſceſſu eſt, vbi febris detinens vigeſimum diem tranſcendat, id eſt, expectare ſtatim oportet abſceſſum, ſi febris ægrotum detinens viginti tranſmeauerit dies, ſanè priuſquam febris, quæ in longum porrigitur vigeſimum tranſcendat diem, abſceſſum expectare non conuenit, quoniam ſumus eo in tempore in morborum acutorum latitudine ab humoribus calidioribus prodeuntium, quorum iudicatio eſt per excretionem, haud quaquam per abſceſſum,
C ait enim Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſeptimo: in acutis morbis ſummum iudicationis quartum & decimum exiſtere diem, iuxta illud Hippocratis ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio, acuti morbi in quartodecimo iudicantur die, & rurſus tacite diem commemorauit vigeſimum, Aphoriſmo vigeſimo quarto, vbi ait decimum ſeptimum conſiderandum fore, qui in numero acutorum exiſtens, ſicut eſt ſeptimus ab vndecimo: ita & quartus à decimo quarto, & index vigeſimi, vti quartus index eſt ſeptimi, eſt decimus ſeptimus per duos quaternarios diſsidens tertium ſeptenarium, cuius eſt vigeſimus dies finis, ab hinc inde exit æger latitudinem acutorum ſimpliciter, ingredi turque latitudinem acutorum cum additione, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento vigeſimo tertio, & tertia Prædictionum ſectione, commento primo. At huius rei ſummam attulit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento vigeſimo ſeptimo inquiens. Propterea quod ad hunc vſq. diem vigeſimum extentus morbus nondum diutinus exiſtit: Igitur cum febris ab initio ſui ipſius indicia diuturnitatis oſtenderit, niſi ipſum diem vigeſimum permeauerit futurum abſceſſum expectare oportet, & magis, & celerius à vigeſimo die ad trigeſimum, quàm vltra, per vetuſtiores decurrendo ætates.

D

XXVIII.

Natu verò maioribus per febres longiores minus accidunt.

QVAM optime retulit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento vigeſimo octauo illos quippe, quorum morbi per abſceſſum iudicandi ſunt, quandam facultatis conſtantiam, ac firmitatem habere oportere neque ſane ipſos ad extremum ægritudinis perueniſſe, vt ob facultatis imbecillitatem, materiam de loco vno ad alterum mouere nequeuntis, valido quidem exiſtente ad extremum morbo vt omni modo virtus ſuccumbere debeat, quoniam ii per futurum abſceſſum haud quaquam iudicandi ſunt, ſed præſagiis ſolis necem promittentibus relinquendi ſunt, vt ſæpius iam proditum eſt. Et ob hanc cauſam Hippocrates in hac dictione oſtendit, quod hi, qui cum longioribus febribus per ætatem à trigeſimo

anno, eo quippe etiam computato proceſſerint minus in futuros abſceſſus conci- A
dunt, minus quippe, vt eos comprehendamus, qui cum trigeſimo anno per æta-
tem decurrunt, detinente febre donec ad initium ſenectutis perueniant, in qua
minime iudicatio per abſceſſus contingere poteſt, tum ob ſenum defectum firmi
tatis facultatis, tum quoniam febris, quæ comitatur ſenes, diuturno tempore,
eſt eis morbus ad extremum perueniens, vt ait Hippocrates ſecundo Aphoriſmo-
rum, commento trigeſimo nono inquiens. Seniores iuuenibus plurimum ægro-
tant minus, qui verò morbi ipſis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad
mortem, & in idem venit Galenus in commento dicens. Quod verò plures ex
morbis diutinis ſenes ad mortem comitentur clarum eſt ſi quidem,& vis eſt imbe
cillis, quæ neque morbos facile concoquere poteſt, omnes enim diutini morbi
frigidi ſunt, qui magis ſenibus, quàm iuuenibus accidunt. Quo fit, vt longe di-
ſtantius, vel nequaquam ſenes concoquant, quàm iuuenes.

XXIX. B

Oportet talem expectari abſceſſum per febrem continuam, in quartanam verò diſceſſuram, quotiens intermittat, prehendatque errabilem modum, atque ita agendo autumno propinquet.

CVM perſpicue ex proximis dictionibus ab Hippocrate enarratum ſit, in qua
ætate, aut in quo illius ætatis tempore abſceſſus expectare conueniat. In
hoc ſermone nos certiores reddit in qua febre huiuſmodi abſceſſus expectandi
ſunt, cum iam proditum ſit ipſos in longis febribus & non in his quæ minimam
temporis partem occupant, apparituros fore: & dixit: Huiuſmodi abſceſſus expe
ctare oportere, febre quippe exiſtente continua, nequaquam verò in ea, quæ in-
termittendo in longum porrigitur tempus. At notatu dignum eſt, ſi Galeni men-
tem obſeruabimus, in libro de Cauſis morborum, cap. ſexto, facile dignoſcemus
abſceſſum iudicatorium, qui ex febre futurus eſt, non niſi in continua febre futu-
rum fore, ait enim abſceſſum fieri per tranſmiſsionem humoris, febre detinente à C
partibus robuſtioribusad imbecilliores, vti ad articulos. Quæ humoris tranſmiſ
ſio non niſi per venas magnas ad paruas, à quibus ad artus fieri contingit, vt ait
Galenus in libro de Tumoribus præter naturam: & ſecundo Artis curatiuæ ad
Glauconem, & decimo quarto de Morbis curandis. At cum hoc fieri nequeat, ni
ſi humor prorumpat à venis, in quibus putris exiſtens febrem ſuperaccendit con-
tinuam,ideo perſpicuum eſt iudicatorios abſceſſus,qui cum febre longa infeſtant,
non niſi in continua febre futuros eſſe.In his verò,quæ intermittunt,nequaquam,
cum humor putris ſit extra vaſa, qui vel reſoluitur priuſquam tranſmittatur, ob id
Hippocrates quarto Aphoriſmorum, commento ſexageſimo quarto. Quibus in fe
bribus quotidie rigores fiunt, febres quotidie ſoluuntur. Vel quoniam iidem hu
mores ob latiores vias ſuæ euacuationis obtentas, valida quippe facultate ægrotan
tis exiſtente excernatur prius quàm ad imbecilliores partes tranſmittatur: cæte-
rum adiecit Hippocrates febrem illam continuam, quæ in longum temporis ſpa-
tium protrahitur, in futurum aliquando abſceſſum non verti,præſertim ſi intermi D
ſerit priuſquàm in abſceſſum proruperit, & erranter ægrum deprehenderit, &
hæc faciens autumno propinquet, tunc præſagire facile poteris febrem illam ad
quartanam deduci.Palam enim eſt apud Hippocratem,& Galenum tertio Aphoriſ
morum vigeſimo ſecundo, Quartanas febres & æſtiuo, & autumnali tempore per
maxime oriri,æſtate quippe, quoniam ipſæ ortum habent ab atra bile, ex flaua bi
le ſuperaſſata, vel ex ſanguine craſsiore facto, tranſeunte quidem in alteram na-
turam, vt ait Galenus ſecundo de Differentiis febrium, cap. vndecimo: & tertia
Prædictionum ſectione, commento vigeſimo nono. At & ſanguinis in alte-
ram naturam mutatio permaxime æſtiuo fit tempore, in quo humores exiſten-
tes in arteriis, & venis, maximo, ac plurimo abundantes ſunt calore, & magis
quippe, cum hic à febrili calore incendatur, tunc enim & in ipſo ſanguine ſuper
aſſatio flauæ bilis, & incraſſatio celerius progignentur. Quo fit, vt febris iam
dicta continua means per æſtatem in autumnum in quartanam febrem perdu-
catur,

catur, vbi videlicet intermiſerit, & continuitatem perdiderit, qua futurus expe- A ctandus erat abſceſſus, at nedum in æſtate, quæ autumno propinquat huiuſmodi febris in quartanam deducetur, verum & magis in autumnali conſtitutione ob eius inæqualitatem temperaturæ vergentem in frigiditatem, & ſiccitatem, & ob atræ bilis ſuperfluitatem, tunc temporis abundantem, & ob humorum prauitatem autumni intemperiem comitantem, vt tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſecundo edocuit nos Galenus, deinceps dixit febrem illam, quæ à continuitate intermittit, & in longum porrigitur tempus, ſi prehendat ſecundum modum errabilem, atque ſui prouentus inordinatum & propinque, vel in ipſo autumno tali permeauerit modo, præſagitio certior erit, talem intermittentem febrem, tunc temporis in quartanam progreſſuram fore, dixit enim Galenus primo Artis curatiuæ ad Glauconem, capite ſexto ſi tempus anni autumnus ſit, & præſens conſtitutio inæqualis, febriſque ſine ordine anteceſſerit, hæc quippe futuram indicant quartanam, at quoniam hæ febres erraticæ ob inæ- B qualitatem temperaturæ autumni, in eo maxime contingunt, & ob eam cauſam quartanæ febres plurimum in autumno eueniunt, & longiores promittuntur, dicente Hippocrate ſecundo Aphoriſmorum vigeſimo quinto. Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maxime quæ hyemem attingunt. Reſiduum autem, quod de quartana, & eius generatione, & de modo periodicationis eius, & de prouentu febrium errantium, quod à Galeno dicitur tertia Prædictionum ſectione, commento vigeſimo nono per ea, quæ à nobis prodita ſunt, perſpicua ſunt, & tu vide cum his, quæ à Galeno perſcripta ſunt, ſecundo de differentiis febrium, cap. vndecimo.

XXX.

Quemadmodum in minoribus natu, quàm trigeſimum agen- C tes annum, abſceſſus conſiſtunt, ita quartanæ potius annum agentibus quadrageſimum, aut etiam ſenioribus accidunt.

IN hoc ſermone partem præſagitionis affert Hippocrates habita mente ad ætatem, vt videlicet qua in ætate permaxime quartanæ febres futuræ ſunt, cum proxima dictione oſtenderit modum ſecundum quem febres erraticæ in quartanas vertuntur, & quo in tempore permagis, & dixit, quemadmodum in minoribus natu, id eſt, iunioribus, quæ trigeſimum agentes annum, abſceſſus contingunt, iam enim proditum eſt, abſceſſus in iunioribus quàm trigeſimum agentes annum permagis conſiſtere, quoniam in his facultas validior eſt, & humores ad defluxum promptiores magis, quàm in natu ſenioribus, in quibus mutatio fieri incipit ad habitum frigidiorem, dixit enim Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo. Primum conuerſionis terminum ad habitum frigidiorem annum fore trigeſimum, nouiſsimum vero trigeſimum quintum, & idem dixit Galenus ſexto de tuenda ſanitate, inquiens, initium propterea remiſsionis nonnulli habent ſtatim à trigeſimo anno, nonnulli poſt quintum, & trigeſimum, certius tamen de ætatum terminis loquutus eſt Galenus tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo ſeptimo dicens, neque enim vnus eſt omnium certiſsimus ætatis ter- D minus, propter caliditatem, & frigiditatem temperaturæ, calidi enim citius: frigidi verò tardius pubeſcunt, ita & frigidi temperatura terminum conuerſionis primum ad habitum frigidiorem annum poſsident trigeſimum, Qui verò calidi temperatura exiſtunt, trigeſimum quintum. At cum à trigeſimo anno primum calor incipiat tepeſieri, humidumque exſiccari, dicente Galeno primo Aphoriſmorum, commento decimo quarto. Quod ſubſtantia aërea, aut aquoſa eorum, qui in ætatis vigore conſiſtunt à terreſtri ſiccitate obtinetur, vti enim puerorum ſubſtantia humida eſt, ita eorum, qui in vigore ætatis conſiſtunt ſicca: merito igitur dixit Hippocrates quartanas febres potius comitari agentes annum trigeſimum, aut quadrageſimum, & eos, qui his ſeniores exiſtunt, tunc enim temporis & per rationem ætatis abũde humor progignitur melanchol-

cus, ex quo febres accidunt quartanæ, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento duodecimo, & quarto Aphoriſmorum, commento ſecundo,& hæc eſt ſumma ſententiæ præſentis dictionis Hippocraris, ea autem, ſuper quæ Galenus digreditur, tum quo ad humores variis anni temporis, ac ætatibus diuerſis prognatos, nedum hic, verum & primo Aphoriſmorum, commento decimo quarto perſpicua, & luce clariora habentur, ob quam rem ea vide tu, ego verò ſequentem aggrediar orationem. A

XXXI.

Sciendum vt abſceſſus hyeme potius accidant, ac tardius deſinant, & minus retrocedant.

CVM iam præſcriptum ſit, atque ratione probatum abſceſſus in longis, continuiſque, & non intermittentibus fieri febribus,& in quibus ætatibus magis, minuſque euenire contingant. At in quo ætatis tempore prodire queant, in hoc præſenti ſermone edocet Hippocrates in quo anni tempore per maxime futuri ſunt in articulis abſceſſus, & ait:Sciendum, vt abſceſſus hyeme potius accidant. Dignum eſt ad ſummam rei veritatem præſcire hyemis temperaturam, vt per rationem habeamus, cur hyeme potius abſceſſus progignantur, & tardius ceſſent, minuſque recurrant. Dicam igitur hyemem fore tempus frigidum, & humidum, iuxta id Galeni commentario primo, primi Hippocratis de Morbis popularibus, nam hyems quidem humiditate aliis, frigoreque præſtat. At cum generaliter, vt aiunt Philoſophi effectus intemperie agenti ſimiletur, rationi conſonum eſt, hyemem, pituitam adgenerare, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento ſecundo. At cum humor ex quo oritur abſceſſus pituitoſus ſit, craſſus quidem frigidus, lentoremque obtinens vt prædictum eſt, non ab re dixit Hippocrates hyemem abſceſſus potius procreare. At quoniam talis humor in abſceſſu exuperat, qui concoctioni tarde obedit, ideo tardius deſinet, atque curabitur, dixit enim Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo primo tarditatem abolitionis, ſeu curationis abſceſſus hyeme, nedum eſt per humoris naturam,verùm per extrinſecus aëris algorem, frigiditatem hyemis adminiculantem, vt humorem abſceſſus diſcutere, concoquereque, & euacuare nequeat, quo fit, vt iis abſceſſus tardius curetur hyeme, deſinatque, & quoniam lentor, & algor oppugnant motui, ideo & minus abſceſſus hyeme recurret. Quo fit, vt abſceſſus hyeme tarde abſoluatur,tardiuſque curetur, adhibitis etiam idoneis præſidiis. B C

De uomitione ſpontina.

XXXII.

Si quis per febrem non exitioſam dixerit caput dolere, aut etiam tenebricoſum aliquid ob oculos obuerſari, aut ſi ventriculi dolor in eo extiterit, blioſa vomitio aderit; ſin algor quoque prehendit, & inferiores ilium partes frigidæ fuerint, adhuc citius vomitio aderit,ſi quid verò bibat, eſitetque ſub hoc tempus, perquam cito deuomet. D

ETSI iam multa de vomitione ſupra prodita ſunt, quibus in omni vomitionis genere præſagire valebamus. In hoc ſermone cum aliquando ſponte fiat vomitio, & per rationem criſis, ſeu iudicationis Hippocrates edocet qualiter quis præſagire poterit futurum prouentum vomitionis ſpontinæ iudicatoriæ, & dixit, ſi quis per febrem non exitioſam dixerit caput dolere. At conſiderandum eſt, cum vomitio quidam ſit euacuationis modus,vt dixit Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſecundo, ſi quippe fiat nullo occurrente medici opere, nulloque irritatu à re præter naturam cogente, neque ob plenitudinem,propter quam materia in

A vaſis contineri nequit, ſed ſola facultate noſtrum corpus regente,ipſum quippe ex purgante, eam ſpontinam vomitionem appellabimus, quæ ſi ſecundum ordinem dierum decretoriorum fiat vomitio dicetur ſpontina iudicatoria, cuius iudicatorii prouentus priuſquam contingat indicia prognoſtica attulit Hippocrates ſibi ſtatuens hoc in febre non exitioſa, ſed ſalubri fieri debere. Cum enim natura iudicatoriæ operatur, non quippe coacta, vel à re præter naturam irritata, ſolum agens ad corporis expurgationem perpetuo ad eiuſdem agit ſalubritatem. At primum futuræ vomitionis ſpontinæ per rationem iudicationis indicium eſt ægrotantis ſenſus dolorisin capite,non quidem primo genio per materiam in capite decumbentem, cum ea, non vomitione excernatur, ſed per palatum, & nares,vt ait Galenus quarto Aphoriſmorum, commento ſecundo,ſed per conſenſum à ventriculo ob accumulatam in eo materiam, qua ſponte natura mouetur ad eam excernendam. Et ſanè cum natura ſponte haud quaquam irritata aliquam mouet excretionem, per maxime id agit in die decretoria, vt ait Galenus primo de Decreto-
B riis diebus, ideo ſpontinam hanc euacuationem natura committendam expectabit in die iudicationis, & hæc perpetuo bona erit, neque naturæ pro ea ſpontina vomitione medela aliqua condonanda eſt, quoniam decretoria eſt; & hanc mentem habuit Galenus primo Artis curatiuæ ad Glauconem, cap. decimo quarto vbi ait. In dolore capitis qui vomitum decretorium ſignificat non remedia quærenda ſunt, & in libro quos euacuare oportet, dixit Galenus. Verùm quoties natura euacuationem abſoluit, nulla opus eſt medicina, igitur à materia decumbente in ventriculo, etſi morbus ſalubris ſit, plenius calefacta,inſurgunt vapores ad caput, qui eius pelliculas extendentes dolorem capitis inducunt.At quoniam natura membri grauitata, & non irritata ſpontina vomitione, eam in die decretoria excernet, & erit hoc indicium futuræ ægrotantis ſalubritatis. Secundum adiecit indicium decretoriæ vomitionis, & dixit. Aut etiam tenebricoſum aliquid ob oculos obuerſari. At vbi forte materia quæ in ventriculo decumbit ex flaua bile fuerit, & ſyncera, vt ait Galenus atra facta ab ea contingunt fumoſæ, & nigræ exha
C lationes ad cerebrum eleuari, quæ facili commixtione lucidos ſpiritus viſiuos ſui afficiunt qualitate. Quo fit, vt nedum his caput ſenſum doloris perſentiat, verùm & apparitiones tenebroſæ per delatos ſpiritus à cerebro ad oculos contingant, vti proditum eſt iam, cum ſcripſimus de oculorum præſagiis, & quoniam morbi cauſa in ventriculo eſt, & morbus ſalubris exiſtit, ſignificabitur naturam ſponte, & decretorie vomitionem admouere, & in die aliquo decretorio ægrum liberari alienis non adhibitis medicamentis, & vbi his tertium coibit indicium, quod eſt ventriculi dolor,ſanè certius iudicium erit de admouenda vomitione in die decretoria, quoniam morbus eſt ſalubris. Et ſcire debes, & capitis dolorem, & fuliginoſas ac tenebroſas exhalationes ventriculum capiti cõſentire,at non ſolùm,ſed quippe vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo ſecundo. Tales exhalationes à pulmonis ſedibus oriri poſſe,quoniam & bilioſum quoddam atque atrum in pulmone accumbere poteſt, à cuius ſedibus ſimiles exhalationes per expiratum aërem ad caput deportari poſſunt,& pariter illud afficere,vt doleat,
D & quid tenebroſum oculis obuerſetur, ſed hæc inter ſe diſsident, quoniam quæ à pulmone ſunt, aut ſine dolore ipſius, aut admodum obſcuro prodeunt. Quæ verò à ventriculo cum dolore cordis, id eſt hoſtioli ſtomachi eleuantur, ſolitum enim à veteribus fuit os ſtomachi cor nominari, vt ſupra præſcriptum eſt. Et hoc habes à Galeno octauo de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos, cap. penultimo, & quarto Aphoriſmorum, commento ſexageſimo quinto, cui exhalationes illæ accidentes,aut bilioſi humores in eo accumulati ob neruos à cerebro ad ipſum peruenientes ſenſus doloris plurimum percipitur. At cum morbus ſit ſalubris, eo oris ventriculi indicio ſignificatur naturam ſponte vomitionem iudicatoriam ſecundum ordinem dierum decretoriorum admouere debere. Cæterum adiecit Hippocrates. Si cum habitis indiciis algor, ſeu rigor prehendit, ſeu cœperit ægrum, cum per rationem rigoris indicetur copia cholerae abundantis, quæ deinceps calore expanſo ad ſtomachum means, nedum ocyſsime admouet biloſam vomitionem, verum & ipſius bilis maiorem copiam excernit, magiſque indicium

hoc certius indicabit, ſi hypochondriorum partes frigidæ dignoſcentur, ſignifica tur enim maiorem bilis copiam ab his ad ventriculum raptum habere. Quo fit, vt citius contingat vomitio bilioſa, atque copioſior, adiecit autem Hippocrates præſidium, quo vomitio talis & celerius, & copioſius continget, ſi eo tempore quo bilis ab hypochondriis ad ſtomachum peruenerit, æger aliquid biberit, aut eſitet vomitionem adiuuantem, ad eamque irritans virtutem expultricem ventriculi ad bilem vomitu propulſandam, at quoniam morbus eſt ſalubris, indicium hoc admodum ſalubre erit, quoniam vomitus], qui in principio fit acceſsionis, aut parum poſt, excernens bilis multitudinem eiuſdem minuit ardeſcentiam, ne adeo corpori febrienti noxia extiterit. Verum enimuero vt ait Galenus commentario ſecundo primi Hippocratis de Morbis popularibus. Vomitiones potiſsimum hæ viris, & mulieribus accidunt in tertianis. Minoribus verò natu accidunt cum in illis, tum verò maxime in febribus continuis, aut in germanis tertianis, quarum adinuicem comitantur acceſsiones. Dixit enim Galenus in libro de Rigore vomitus bilioſos ſequi rigores, ipſoſque febres ſoluere tertianas, quorum rationes etiam intellige à Galeno quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo octauo. Ait enim ob flauam bilem, quæ per membra ſentientia defertur motu veloci fieri rigorem, poſt quem videlicet & alui abſoluuntur, & ſudores, & vomitus bilioſi ſuperueniunt: Bilis igitur, ex qua febris ardens habuit ortum expurgata, ſoluitur febris: nam febrem ardentem fieri nouimus, quando æſtiuo tempore venæ exſiccatæ acutos, ac bilioſos ad ſe liquores attraxerint. Addidit autem Galenus alterum indicium ad uomitionem decretoriam agnoſcendam, videlicet, inferioris labri tremorem, ob hoc quoniam vna eſt tunica, quæ toti ventriculo & gulæ, atque linguæ, & palato, & ori adhæret. Vbi igitur à bile collecta in ore ventriculi, os ventriculi mordetur, nocumentum conſentit ori maxime quippe labro inferno ob propinquiorem colligantiam. Quo fit, vt triſtetur magis, & tremat ait enim hoc Galenus ſecundo de Symptomatum cauſis cap. ſecundo.

XXXIII.

Si quibus horum cœpit dolere primo die, quarto premuntur magis, ſeptimo uindicantur. Plærique eorum incipiunt dolore vexari tertio die, quinto fluctuant magis, deinde vindicantur nono, aut vndecimo. Quòd ſi quinto die incipiant dolore vexari, & alia quoque ſecundum rationem ipſis ex prioribus accidant, quartodecimo morbus finietur.

CVM ſpontinæ, ac decretoriæ vomitionis indicia plura prouentus eius numerauit Hippocrates. Quorum primum eſt, capitis dolor febricitantis febre non exitioſa, in hoc ſermone per rationem prouentus doloris capitis ſenarrat quam & quo tam diem capitis dolorem abſolui contingit. Pariter quo die decretorio inſurget vomitio ſpontina, & dolor capitis abſoluetur, & per eam febriens liberabitur, & dixit. Si quibus horum videlicet, febri non exitioſæ, & tenebroſitati ob oculos obuerſanti, & dolori ventriculum infeſtanti, rigorique prehendenti, pariter & inferiorib. hypochondriorum partibus, dolor capitis febricitantem cœperit primo die inuadentis febris, ii talibus indiciis affecti, quarto die premuntur magis, atque dolor capitis concreſcet, quoniam primus dies per quatuor in diem ſeptimum decretorium iudicabitur. Non ab re igitur dixit Hippocrates ſeptimo vindicantur. Quo fit, vt ſi primo die febris caput cum aliis indiciis doleat, his omnibus concreſcentibus quarto die, quoniam morbus eſt ſalubris, & in die decretorio ſolubilis, cum vere decretorius ſit dies ſeptimus, in eo expectabis ſpontinam vomitionem, & ægritudinis abolitionem, vbi verò dolore incipiunt vexari, tertio die, & quinto fluctuant magis, id eſt fluctibus agitantur, ſeu magis vexantur, nono, aut vndecimo die ſpontinam vomitionem expectare conuenit, tranſitus

enim

A enim iudicationis vomitionis ſpontinæ aut citius, aut tardius fiet vno die, quàm ſeptenarius terminus. Neque hoc abſonum eſt, quoniam dies tertius, vt ait Galenus non per quartam, aut ſeptimam circuitionem habet indicationem, niſi illam, quam habent dies intercidentes. Quo fit, vt tertius dies cum quinto indicent decretoriam vomitionem in nono, aut vndecimo die, & ęgrum liberari, non quippe ita repente, & fide liberari, cum ii non adeo fidentes decretorii, vti ſeptimus, & quartus decimus, vt ait Galenus primo de Diebus decretoriis, cap. quinto: & commentario ſecundo primi Hippocratis de Morbis popularibus. Vbi verò quinto die cœperit capitis dolor adhibitis ſecundum rationem prioribus indiciis, quartodecimo die vomitionem ſpontinam expectabis, & ægri liberationem, quæ ideo tarda eſt, quoniam materiam minus calida exiſtit, quæ tardius ad criſim mouetur, eſt enim decimus quartus dies extremum iudicationis acutorum ſimpliciter, vt ait Hippocrates ſecundo Aphoriſmorum vigeſimo tertio.

B

XXXIIII.

Hæc accidunt viris, & mulieribus potiſsimum in tertianis. Minoribus natu accidunt etiam in illis, magis verò & in febribus continuis, & in veris tertianis.

QVIBVS vomitiones decretoriæ, & quibus morbis permaxime contingant, enarrat Hippocrates, in præſenti dictione, & dixit. Quòd hominibus in ætate ſummi vigoris conſiſtentibus, in qua hi maſculi, & hæ femellæ nomen viri, ac mulieris ſibi vendicarunt. Sunt quibus maxime contingunt ſpontinæ vomitiones, atque indicia futuras illas vomitiones ſignificantia. At notatu dignum eſt, Quòd homines tunc ſibi ex ratione ætatis viri appellationem vendicant à vi, eo quòd viribus, & robore præſtent, atque auidiores veneris ſunt, ita & mulier proprie dicitur, quæ virgo non eſt, aiunt enim iuriſperiti de Contrahenda emptione, C Quòd ſi ego me virginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio non valebit. Hoc autem contingt in ætate vigentis vigoris, in qua & viri, & mulieres collatione ad ſexum, & ætatem, plurimum bile abundant. & id magis viris, & mulieribus eueniet, vbi febribus vexabuntur tertianis, quarum natura bilioſiſsima eſt, minoribus verò natu his, qui in ætate adoleſcentiæ ac crementi conſtituti ſunt, etiam accidunt ſpontinæ hæ vomitiones, non quippe in omnibus, ſed in his, qui tertianis corripiuntur, cum enim ætas crementi maiori ſanguinis copia abundet, quàm bilis, vt ait Galenus primo Aphoriſmorum, commento decimo quarto, per eorum naturam, atque ætatem vomitiones ſpontinæ his non euenient. Vbi verò ii natu minores tertianis febribus detinerentur, ob earum naturam bilioſam facile in talem peruenient vomitionem. Propterea adiiciens Hippocrates in quibus morbis vomitiones hæ ſpontinæ, ac decretoriæ potiſsimum contingant, dixit. Magis verò in febribus continuis, id eſt in morbis acutiſsimis, qui non ſine continua febre exiſtunt, vt ait Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento decimo nono, & D ſeptimo Aphoriſmorum, commento primo & in veris tertianis, quorum morborum quilibet bilioſiſsimus eſt, vt ait Galenus primo de Differentiis febrium, & tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo quarto. At in aliis morbis ab his, & in ætatibus, quæ deinceps ſunt à prædictis ob earum frigiditatem non accumulantem bilis copiam, vomitiones ſpontinæ, & decretoriæ haud quaquam contingunt.

XXXV.

Quibus per talem febrem dolet caput, & pro tenebris ob oculos offuſis hebetudines ſubeunt oculorum, ac ſplendor obuertitur, & pro ventriculi dolore circa ilia, aut leua parte, aut dextra aliquid contenditur, neque cum dolore, neque cum inflamatione ſanguinem de naribus in his fluere pro vomitione expectan-

dum eſt, magis verò & in adoleſcentibus ſanguinis fluorem expectari oportet. Agentibus verò trigeſimum annum, aut etiam adultioribus minus: ſed vomitionem talibus expectari oportet.

FORMVLAM criſis permutationis adiecit Hippocrates in hoc ſermone, in eadem quippe febre effectæ, & in futurum agnoſcendæ per nouiſsima indicia, quæ in eadem febre ſalubri inſurgunt, vice eorum indiciorum, quæ iam apparuere in eadem prioris ſermonis ſalubri febre, in qua iudicationem cognouimus fieri per propria indicia futuræ excretionis per vomitionem ſpontinam, ac decretoriam,& notatu dignum eſt,vt iam proditũ eſt, & ſecundo de Criſibus enarratum. Quod vbi in quodam morbo expectabitur criſis, vti per excretionem quandam, ſi criſis futuræ in alteram permutari queat, rationi conſentaneum eſt in eodem morbo talem criſis permutationem fieri debere, cum morborum numero, aut ſpecie diſsidentium non ſint criſium permutationes, ſed cuiuſque eorum cum ſint propria indicia prouentus ſuæ criſis, Itaque ſuam expectabit criſim, & non alterius morbi alteram, igitur non ab re dixit Hippocrates: Quibus per talem febrem dolet caput. & dixit Galenus talem dixit febrem, qualem inter initia ſermonis, dixit, ſi quis in febre non exitiali dixerit caput dolere. Igitur criſis ſiue fiat,permuteturque in alteram futuram excretionem, vt in hoc ſermone exemplo docuit Hippocrates,ſiue per abſceſſum,vtraque in eodem morbo fieri contingit, dixit igitur. Quibus per talem febrem non exitioſam ab initio huius ſermonis dictam, caput doleat, & pro eo,quod obſcurum quiddam præ oculis apparebat hebetudines ſubeunt oculorum, id eſt carentiæ acuminis viſus, adeo, vt viſus obtuſus, & piger, & tardus fiat, ac ſplendor obuertitur, id eſt ad modum ignis corruſcantis ob oculos obuerſetur. At pro ventriculi dolore, id eſt pro morſu oris ſtomachi,in præcordiorum verò dextra, aut ſiniſtra parte aliquid contenditur,nullo quippe in his partibus præter tenſionem apparente dolore nulla exiſtente inflammatione pro futura decretoria vomitione, ſanguinis fluorem è naribus expectari oportet motu decretorio, & ſecundum ordinem dierum decretoriorum, & hanc decretoriam ſanguinis eruptionem per rationem permutatæ criſis magis in adoleſcentibus expectari conuenit, cum iam proditum ſit huiuſmodi ætatem ſanguinis copia abundare, & ſatis tenuis ad ſuperiora apti eleuari. In his verò, qui trigeſimum ſuæ ætatis annum agunt, & his ſenioribus, non adeo ſanguinis è naribus fluorem expectabis, quoniam incipit hæc ætas algeſcere,& ſeniores iam in effectu frigeſcere,minus conuenientes ſanguinis generationi, & eius è naribus excretioni,ii verò ſeniores iiſdem apparentibus indiciis vomitiones dictas magis quæ ſanguinis fluorem expectabunt. Quòd ſi ex pulſu pleno,& magno cum prædictis indiciis in ægrotante ſignificationem cœperis certior tunc præſagire poteris, ſanguinem è naribus erupturum fore. Vbi verò adhuc cum habitis indiciis pulſum percipies non plenũ, neq. magnum ſed celerem,aut in motionib. tardum, non expectabis tunc fluorem ſanguinis è naribus, ſed ante vertetur criſis ad bilis excretionem, aut pituitæ, vel melancholię,vt clare intelligere poteris à Gal.ex libro de Pręſagitione ex pulſibus.

De conuulſione.

XXXVI.

Pueris conuulſio accidit, ſi febris acuta fuerit, nec aluus deiiciat, ac vigilent, paueant, lugeant, colorem mutent, & viridem, aut liuidum, aut rubidum trahant. Hæc igitur nuperrime editis pueris promptius accidunt ad ſeptimum vſque annum. Adultiores verò pueri, virique non in febre prehenduntur conuulſiones, niſi aliquod indicium extitit validiſsimum, ac deterrimum,qualia per phrenitidem accidunt.

Cum

A CVM iam proditum ſit ab Hippocrate de conuulſione in aliquibus corporis
partibus, præſertim muſculis motui obſeruientibus contingente. In hac di-
ctione edocet præſagire de futura conuulſione, quæ non vnam partem corporis,
ſed totum infeſtabit, & dixit. Pueris conuulſio accidit, ſi febris acuta fuerit, ſed
quæ dicuntur ab Hippocrate primo de Morbis vulgaribus, & à Galeno com-
mentario ſecundo in animo habebis, intelligeſque ipſum loqui de conuulſione ſic
ca: ait enim Hippocrates. Multos conuulſiones, & maxime pueros ab initio ten
tabant, & febricitabant, febribuſque conuulſiones ſuccedebant. dixit verò Gale
nus quarto Aphoriſmorum, commento quinquageſimo ſeptimo, quaſcunque
conuulſiones, quæ ad febres ardentes conſequuntur, has par eſt fieri ex ſiccitate,
& hoc quippe clare contingit, quoniam humidum puerorum admodum tenue eſt
aptum ab ardeſcente calore febris facile abſolui, & vndique neruoſæ partes exſic-
cari, atque conuelli. Rectius autem dicendu[illegible] ato, puerulos ipſos conuulſione
per repletionem facile corripi, & hanc mentem habuit Galenus tertio Aphoriſmo
B rum, commento vigeſimo quinto inquiens. Pueros ipſos plenum habere corpus,
& ſuperfluitatibus abundans ob crudum in his alimentum, & plurimum, inopor
tunoque tempore eſitatum, nihil aliud viuendo agnoſcentes præter eſitandi com-
moditatem, vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo
ſexto. Alteram attulit cauſam Galenus, qua facillime puerули conuulſionibus offen
duntur, ait enim tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo quinto. Puerulos
conuulſionibus ideo facile corripi, quia in his neruoſę partes nondum ſatis validæ
ſunt. Eandem quippe cauſam meminit Galenus commentario ſecundo primi de
Morbis vulgaribus Hippocratis inquiens. Pueri autem propter neruoſi generis
infirmitatem cõuulſionib. ſunt oportuniſsimi. Et idem ſenſit Galenus tertia Præ
dictionum ſectione, commento trigeſimo ſexto dicens. Omne enim neruoſum ge
nus in pueris debile eſt, quoniam etſi in duabus facultatibus regentibus corpus, vi
tali ſcilicet & naturali, vigentiores ſint, in tertia tamen videlicet animali motiua
ob proximitatem, quam tenent ad prima ſemina, imbecilliores exiſtunt, ob quam
C rem promptiſsime conuelluntur. At quoniam adiecit Galenus, & rurſus ad habi-
tum naturæ facillime remeant, palam eſt in pueris conuulſionem potiſsimum fie-
ri ex repletione, & quamuis in pueris conuulſiones ſequantur febres acutas, non
quippe ardentes, & exſiccantes, ſed excalefacientes, & eliquãtes humidum eorum,
quod permeans ad neruoſas partes, in his replendo conuulſionem procreant, quæ
facile abſolui poteſt calore febris non ardentis, ſed acute calefacientis, & temporis
proceſſu humidum neruoſi partibus imbibitum abſoluentis, iuxta modum enarra
tionis Galeni quinto Aphoriſmorum, commento quinto ad ſententiam Hippocra
tis agens, dicentis: ſi ebrius quiſpiam repente obmutuerit, conuulſus moritur,
niſi febre corripiatur, certius autem futuræ conuulſionis indicium erit in pueris,
vbi cum febre acuta aluos duras habuerint, ob alui quidem duritiem abunda-
bunt, replebunturque ſuperfluitatibus pueri, quæ ad neruoſas partes decumben-
tes conuulſiones inducent. Nec nobis oppugnat, ſi pueri cum dentire incipiunt, &
febre, doloreque, ac inflammatione vexantur, humidas aluos habere conſonum
D ſit, ob crudum alimentum, quod difficulter concoquitur, & diſtribuitur. Verùm
enim cum Hippocrates dixit. Pueros aluos duras habere, id ſolum ad conuulſio-
nem referatur, vt ita dicat, Vbi pueri dentire incipiunt cum febre acuta, & aluos
duras habent, conuulſioni oportuniſsimi ſunt, quoniam retentæ ſuperfluitates ob
non firmam facultatem in his partium neruoſarum ad eas peruenientes, in eiſque
decumbentes conuulſione obnoxii ſunt, & hic eſt ſermo Galeni tertio Aphoriſmo
rum, commento vigeſimo quinto. Cæterum adiecit, vigilent, paueantque. Vigi-
liæ inquam ipſis nequaquam ſunt aſſuetæ, vt qui maiori temporis parte dormiant,
ineſt enim ſomni abundantia, & multitudo ipſis maxime ſecundum naturam.
Quod ſi vigilent, hoc quippe erit ob paſsiones, quæ ipſis infantibus contingere ſo
lent, quas numerauit Galenus tertio Aphoriſmorum, commento vigeſimo quar-
to & tu vide. Aliam autem cauſam attulit Galenus ſeptimo Aphoriſmorum, com
mento decimo octauo, cur ſuperfluens vigilia conuulſionem inducat, hoc ideo,
quoniam ſanguinem bilioſiorem reddit, qui mordens neruoſas partes noxam con

ſentit principi parti, & morbus conuellitur. Pauores etiam infantibus ob mul- A
tum ſomnum inſunt, terrenturque, præſertim iis, vt ait Galenus, qui natura edaciores ſunt, multo enim ſomno eos occupante contingit aliquando loca ad ventriculum attinentia, ſenſu quidem vigere, natura autem imbecillia fore. Quo fit, vt cibus corrumpatur, & vitioſi, ac contumaces humores progignantur, qui grauitantes, mordenteſque os ventriculi nedum in puerulis, verum & in perfectis, per ſomnos terribiles conducunt imaginationes, qui euigilati terreantur, lugeantque. Cæterum adiecit, colorem mutent, & viridem, aut liuidum, aut rubidum trahant. Sane mutatio in colorem non naturæ conuenientem vitioſos indicat humores in corpore abundantes, qui in neruoſis partibus accumbentes, conuulſioni ex plenitudine ſunt oportuni. Igitur meritò dixit Hippocrates. Pueris accidere conuulſiones, ſi febris acuta fuerit, nec aluus deiiciat, ac vigilent, paueant, lugeant, colorem mutent, & viridem, aut liuidum, aut rubidum trahant. Deinceps Hippocrates ſtatuens terminum timoris prouentus conuulſionis in pueris dixit. Hæc igitur dicta de futura in pueris conuulſione, & eius indiciis, certam obtinent B
veritatem in pueris nuperrime editis, donec ad ſeptimum peruenerint annum. Quoniam ii humoribus crudis abundant, quibus corpus eorum nō paucis implentur ſuperfluitatibus, cum plus edant, quàm concoquere poſsint. Quo fit, vt eo in tempore promptiores ad conuulſiones ſint pueri: qui verò adultiores ſunt pueri, atque etiam viri, etſi febriant non quippe conuulſione prehenduntur: tum quoniam ii in calore vigentiores ſunt, & in edendo moderatiores, quo fit, vt melius alimentum concoquant, & pauciores multiplicent ſuperfluitates, quibus à conuulſionibus immunes reddantur, niſi aliquod indicium deterrimum illis adfuerit, maioris quidem valoris, quàm paucitas ſuperfluitatum, & valentior concoctio, vti phrenitis, qua noxa infertur principi parti, ob quam plerumque totum conuellitur corpus, vt ait Galenus in libro de Rigore, ac conuulſione.

XXXVII. C

Conualituros, morituroſque pueros, & alios ſcrutari conuenit omnibus ſignis, pro vt in ſingulis ſingula relata ſunt.

CVM quandoque contingat pueros conuulſione perituros, quandoq. verò conualituros, pariter quoque & alios pueris ſeniores, vt proxima dictione perſcriptum eſt, in hoc ſermone Hippocrates vt vetet medicorum errores, qui ad pauca animaduertentes enuntiant conualiturum periturum, & contrà, indicat quæ à medicis ſcrutari valeant, vt ii rectius præſagire poſsint, conualituros ſanari, ac perituros mori, & dixit, medicos quàm diligentiſsime ſcrutari debere, conualituros ægros atque morituros, & pueros pariter & alios, ne quidem aſsidentes, & Hippocratem & ipſos medicos in ſuis præſagiis deceptores, atque mendaces pronuntient, & hoc quippe fiet, & ſcrutatio complebitur, vbi videlicet medicus ſingula relata iam ſupra, quæ & valetudini, & ægrotantis neci attinent, referantur ſingulis indiciis ſecundum exquiſitiorem veritatis modum præſagitionis futuræ ſalutis, ac necis, animoque aduertere, quòd ad futuram ſalutem præſagiendam D
omnia bona requiruntur indicia, ad mortem vero aliqua ſufficiunt deterrima, vt ſupra proditum eſt.

XXXVIII.

Hæc intelligo de morbis acutis, & aliis quicunque ex his conſiſtunt.

HVIVS dictionis ſententiam nedum in ſerie præſentium verborum diſputauit Hippocratis verum & pluries ſupra meminit, atque huius tertiæ Prædictionum ſectionis ſermone vltimo, & dixit, quod in pueris, & aliis his ſenioribus, qui ex morbis conualituri ſunt, aut morituri, & in his præſagia ad ſalutem, & mortem afferenda ſunt. Hæc coniectari conuenit per morbos acutos, atque per eos qui

ex de-

A ex decidentia ab his in longum porriguntur, exemplo autem hoc induxit Hippocrates vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo octauo inquiens. Commemorat enim Hippocrates quadrageſimum diem, atque ſexageſimum ſuppurationemque, & aquam inter cutem, nec non febrem quartanam. Egit autem hoc Galenus, vt à numero dierum indicaret Hippocratem in ſumma præſagitionum non ſolum animum habere ad acutos morbos, qui quartodecimo die, aut vigeſimo iudicantur, ſed ad eos etiam ab his decidentes, qui in quadrageſimum, aut ſexageſimum protrahuntur, & deinceps, vt ſupra edocuimus. Verum etiam hoc fecit, vt à numero morborum indicaret doctrinam præſagiorum, quam nobis tradidit, non tantum vim habere in morbis acutis ſimpliciter, verum etiam in diutinis, eis quippe, qui ab acutis ortum traxere, merito igitur dixit Hippocrates. Hæc intelligo de morbis acutis, & aliis quicumque ex his conſiſtunt.

XXXIX.

B Oportet eum, qui ſit rectè præſenſurus ſanitatem, ac mortem, & in quibus morbus pluribus diebus fatigaturus eſt, & in quibus paucioribus indicia ediſcendo omnia interſtinguere exiſtimando vires eorum inter ſe, quemadmodum ſcriptum eſt, tum de aliis, tum de vrinis, & ſcreationibus, vbi pariter pus, bilemque exſcreet.

QVAE ab Hippocrate in hoc ſermone dicuntur, non ſunt æſtimanda eſſe de eſſentia doctrinæ Prognoſticationis, quoniam quæcunque nunc dicuntur ſingulariter iam prodita ſunt, atque exacte enarrata, ſed ſane à nobis habentur pro complemento bonitatis, & ornatus eiuſdem Prognoſticæ inquiſitionis, indi-
C catque Hippocrates per hanc dictionem per rationem cuiuſdam epilogi ſola mente, ſoloque animo comprehenſi omnia quæ de morbis ſalubribus, atque inſalubribus, atque de eorum præſagiis, bonis, maliſuè perſcripta ſunt, & huic alludit Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo nono inquiens. Per hanc dictionem cenſuit Hippocrates conſideranda eſſe exquiſita ratione omnia quæ in ægris exiſtunt, & dixit. Oportet eum, qui ſit recte præſenſurus ſanitatem, ac mortem, ideſt, qui recte præſagire volet ægros conualituros, atque morituros, & in quibus morbus pluribus diebus fatigaturus ſit, id eſt in quibus morbus in longum porrigendus eſt, & in quibus paucioribus, id eſt temporis minoris parte duraturus, indicans huic doctrinæ Prognoſticæ ſubiici morbus acutus, ac diutinus, originem ab acutis trahens, oportet videlicet eum indicia omnia & ſalutis, & mortis, ac morbi prolixitatis, ac breuitatis ediſcere, optimeque ea perpendere, & inuicem interſtinguere, vt facile in eorum iudicationes, ac exquiſite peruenire valeat, ita vt eorum indiciorum vires quales, & quantas fuerint nedum collatio-
D ne eorum ad morbos, verùm & inter ſe ea conferendo dignoſcat, quæ eorum valentiorem habeant vim, & quæ tepidiorem ad iudicium inferendum futuræ ſalutis, & mortis in morbis, & longitudinis, aut breuitatis eorum, & vt agnoſcere queat, ſi quæ eorum tantum ad iudicationes ſufficiant, & huius rationes, aut ipſa cum aliis coëuntia, quemadmodum præſcriptum eſt in hac doctrinæ Prognoſticæ ſumma. At non ſolum indicia ſcrutari oportet, quæ à rei ſubſtantia ſumuntur, vt iudicationis prouentus in morbis certe dignoſcatur, verum & in aliis, quæcunque extrinſecus inſpiciuntur eidem iudicationi adminiculantia, vti in vrinis, & deiectionibus, atque ſputaminibus, cum quibus & pus, & bilem ægrotus exſcreet. Quòd ſi hæc omnia quiſpiam diligentiſsime perpendat, dubio procul iudicationes morborum citra errores adipiſcetur. At quoniam per nominum ſignificationes, & exemplorum iam ſupra præſcriptorum indiciorum ſummatim à Galeno in tertia Prædictionum ſectione, commento trigeſimo nono perſpicue enarrata ſunt, Ideo ne in verborum iteratis dictionibus accuſandus veniam, contentaberis his,

quæ luce clara perſpicua ſunt, & à Galeno enarrata, & tu vide & ego ad ſequentem condeſcendam orationem. A

XL.

Oportet quoque impetum ſe inuulgantium morborum cito conſiderare, nec non tenere temporis conditionem.

INDICAT Hippocrates in hac oratione, quæ coniectari oportet medicus, vt citra mendacium præſagire valeat de prouentu criſis in morbis ad ſalutem,& mortem, aut ad eorum prolixitatem, aut ad celerem terminationem animo habito ad accidentia prænoſcenda, quæ contingunt ex inſultu morborum ſe inuulgantium, & præſentium, atque futurorum, & dixit, oportet medicum, qui morborum accidentia prænoſcere cupiat, vt ea in criſis prouentum deducat, cito conſiderare impetum, ſeu inſultum morborum in vulgum graſſantium. Quorum cauſam dixit Galenus, commentario primo, primi Hipppocratis de Morbis popularibus ex B Hippocratis ſententia in libro de Natura humana fore aërem,qui cum maxime nobis offeratur tum ad ſanitatis tutelam, tum ad morbum profligandum, vt primo de ſanitatis tutela, & tertio Artis medicinalis dixit Galenus, non immerito dixit Hippocrates cito conſiderare, quæ enim attinent temporum conſtitutionibus diligentiſsime, ac ocyſsime ſcrutari ad morborum,& accidentium eis aduenientium cauſas debere nulli dubium eſt, vt ait Hippocrates in libro de Aëre, aquis & locis, & ob hanc rem dixit Hippocrates: nec non tenere temporis condicionem, quartam enim vtilitatem præſagitionis in morbis præſertim vulgaribus quiſpiam coniectare poterit ex ſententiis plurimis Hippocratis in libro tertio Aphoriſmorum, & in primo de Morbis vulgaribus. Sanè in eius ſecundo commentario Galenus demonſtrat quantæ commoditatis,atque vtilitatis ſint prænotiones in morbis vulgaribus, animo habito ad anni diuerſas conſtitutiones. Præſertim quoniam morbi vulgares peſtilentes quandoque fore, quis fateri debet. Dixit enim Gal.commentario tertio tertii Hippocratis de Morbis vulgaribus. Cæterum quicumque C vno in loco multos morbus inuaſerit, vulgaris hic vocatur, qui ſimul ſi hoc habeat, vt multos perimat, peſtis eſt. At vtramque hanc affectionem, & vulgarem, & peſtilentem vna dictione decernit Hippocrates tertio de Morbis in vulgum graſſantibus, inquiens, ex qualibet morborum, quos recenſuimus ſpecie complures, ægrotabant, & moriebantur exempla autem, quæ Hippocratis ſermonem dilucidant, & quæ à nobis perſcripta ſunt, facile decernunt, attulit Galenus duabus in rebus tantum, vt per ea in aliis normam habeamus, quæ & in ſententiis, & libris de Morbis vulgaribus ab Hippocrate prodita fuere. Primum quippe eſt in fluore ſanguinis è naribus. Vbi enim cum aliis ſignis quibuſdam promittentibus fluorem ſanguinis è naribus, tempus vernum fuerit magis ex temporis conſtitutione, calida quippe, & humida ſanguinem gignitiua, pronuntiabitur è naribus ſanguinis fluor. At vbi condicio præſentis temporis affuerit calida quippe, & humida, adhuc liberius, ac certius ſanguinis fluorem expectare poteris:adhuc ſi duorum, vel trium temporum conſtitutio calida,& humida fuerit adauctis cauſis ſanguinem progignentibus, permaxime ſanguinem fluere debere prædices. Vbi autem cum ſignis futuri ſudoris decretoriè ex ſecundo exemplo certius de ſu D dore futuro præſagire volueris, adiunge his à temporis conſtitutione indicium ambientis aëris imbricoſi, & certius futurum expectabis ſudorem, igitur vti in his, ita & in pleriſque aliis Prognoſticis morborum indiciis, cum quibus ſi indicia à temporis conditione ſumpta in vnum coëant, nedum ſudoris, aut ſanguinis fluoris præſagitionem maiorem expectabimus, verùm & in omnibus aliis morborum, & accidentium indiciis à temporis condicione adminiculatis, magis, & maxime in his decretorias præſagitiones expectabimus.

A *De ſignis, & indiciis quo nam modo differant inter ſe, & ita aliqua de temperie regionum.*

X L I.

Probe vero peritum eſſe oportet de indiciis, ac ſignis aliis, ſciendumque, vt quouis tempore mala malum, bona bonum denuntiant.

CVM morborum præſentiones maxime perficiantur ex indiciorum notitia, nedum collatione ad morbos, quos indicant, verum & eorum inter ſe conferentia, vt iam perpenſum eſt, non ab re Hippocrates in hoc ſermone medicum excitat ad dignoſcendum indicia certa morborum, & accidentia his aduenientia cum aliis omnibus ſignis, quibus eorum prænotiones recta inquiſitione in optimam morborum iudicationem perueniant. contingit enim medicum per ſigna, & accidentia iudicare, cum vltra ſenſum ſuas non expediat cognitiones, & dixit. Medicum oportere probe peritum eſſe de indiciis certis, & ſignis aliis, quibus facile ducatur per rationem à poſterioribus in qualitatis morbi dignotionem, & in exquiſitam eius iudicationem. Et hoc quippe non ſolum ſemel, & in vno tempore, vel in vno morbo, ſed perpetuo, & in quouis anno, & tempore, atque in omni morbo, per iudicationem finituro, vt ſupra præſcriptum eſt. At & vt videlicet, quiſque ſciat quod omnia mala indicia, aut ſigna malum denuntiant, & bona bonum. Ea enim quæ mala ſunt per rationem ſuæ malitiæ nunquam in bonum aliquod mutabuntur, neque quod bonum eſt per rationem, qua bonum eſt, nequaquam in malum tranſibit, cum ex ratione contrariorum, vnum ſit alterius propulſiuum, vt dixit Ariſtoteles quinto Naturalium auſcultationum. Quandoque tamen contingit, vt per rationem iudicationis mala accidentia alicuius boni ſint denuntiatiua, vt prolixiori ſermone enarrat Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento quadrageſimo primo: ſcire tamen debes, quod quæ à Galeno dicuntur in hoc commento de diuerſa duorum nominum videlicet indicii, & ſigni ſignificatione, & de modo, quo in ſignificatione conueniunt, cum ab ipſo longioribus verbis nedum hic, verum & ſupra prodita ſint ſæpius, ne multiloquens videar in expoſitione verborum Hippocratis breuitate congaudentis, ea & ſi clara luce perſpicua ſint, tibi relinquo inſpicienda: Scire tamen te conuenit. Indicium ex propria ſignificatione, rei futuræ prouentum oſtendere, cum certitudine & ſcientia, ſignum verò cum quadam coniectura certudini proxima, & ſi ex comuni ſignificatione idem oſtendere videantur.

X L I I.

Conſtat, vt in Lybia, in Delo, in Scythia, hæc prædicta ſigna vera ſint.

CVM proxima præcedenti oratione enarrauit Hippocrates qualem, ac quantam vim certa indicia, ac ſigna habent in morborum iudicationibus ad ſalutem, aut mortem, ac ad morbi prolixitatem, vel celerem terminationem, conferendo ea nedum ad morbos iudicaturos, verum & ad ſe inuicem, eorum viribus optime perpenſis, vt proditum eſt, at & in quouis anno, & quouis tempore, vtrique ea referendo, morbo videlicet & inter ſe. In hoc ſermone eadem indicia certa, aut ſigna alia eandem obtinere facultatem collatione ad terram, & regionem, quæ ad anni, & temporis conſtitutionem reducuntur, & dixit. Hæc præſcripta ſigna conſtat maxime vera eſſe in exquiſita morborum iudicatione, ſi in qualitatibus ſimillima fuerint terræ, ac regioni, vti ſi fuerint ſigna, quæ merito ſuæ abundantioris caliditatis, ſanguinis fluorem, aut ſudorem iudicatoriè ſignificent, vbi talia in terra, & regione calida extiterint, vti in Lybia, certior, ac exquiſitior ſi-

gnificabitur futura iudicatio per ſanguinis fluorem, aut per ſudorem, eſt enim Lybia totius orbis tertia pars quam & Africam nominant, ab Aſia quippe Nilo fluuio, ab Europa verò mari mediterraneo diuiſa, cuius temperaturam calidam, & admodum ſiccam aiunt. Pariter quoque ſi ſigna extiterint frigida pronuntiatiua ſqualentis futuræ febris, ſi in terra, vel regione adfuerint intemperie frigida, illis ſimilibus, dubio procul ex terræ, aut regionis conditione magis, & celerius indicationis ad ſqualentem febrem, aut ad aliquem morbum frigidum, ſeu accidens ſimile temperantiæ regionis adminiculantis ad futuram iudicationem rei conſimilis contingentis, vti in Scythia, quæ Regio Septentrionalis eſt. Diuiditur enim à Tanai fluuio, & pars vna reſidet in Europa. Altera verò in Aſiam protenditur, quæ temperantiæ frigidæ eſt. Vbi verò ſigna in qualitatibus moderata adfuerint in ipſis iudicationibus, adminiculantur à terræ conſtitutione moderata, vt in Delo contingit. Eſt enim Delos inſula maris Aegæi inter Cyclades clariſsima, quæ moderata eſt in ſuis qualitatibus vt ait Galenus tertia Prædictionum ſectione, commento quadrageſimo ſecundo. A B

XLIII.

Sanè itaque ſciendum eſt, vt in his ipſis terris multo plura conſequi nequaquam difficile ſit, ſi quis ediſcendo ea iudicare, & rectè colligere ſciat.

ADMONET Hippocrates medicum probe peritum debere eſſe, nedum in morborum dignotionibus, & accidentium his euenientium, atque neque ſolum in certis indiciis, & aliis ſignis iam perſcriptis, neque ſolum in terris ipſis, atque regionibus, ſed cum nequaquam difficile ſit ex ipſis terris medicum multo plura conſequi, vti quæ ex aëre, lociſque, & aquis ſumuntur, vt indicat Hippocrates in libro de Aëre, locis, & aquis. Ideo quæcunque talia fuerint ad ea animaduertere oportet, ea quippe ediſcendo, vt rectè ſciat omnia huiuſmodi ſigna colligere in ſua ſignificata, eaque præſentire, & iudicare ſecundum ordinem dierum iudicationis ipſorum morborum ad bonum, aut malum. At ob hanc cauſam præſumet medicus omnes ſui præſenſiones, atque iudicationes ratam habere, ipſumque in his peritiorem eſſe, quoniam in præſcriptis conditionibus edoctus, & cum artificis natura, ac officium ſit minime oberrare, tamen cum in his conditionibus magna quandoque diuerſitas ſit, tum in earum ſubſtantia, tum qualitatibus, tum etiam in earum doctrinali inquiſitione, continget ipſum minus in præſentiendo errare, quàm qui ea non ediſcet, neque enim colligere, neque iudicare citra plurimos ſciet errores. C

XLIIII.

Expetere verò oportet nullius nomen morbi, ſi non hoc loco perſcriptum ſit. Omnes enim, qui temporibus prædictis iudicentur his ipſis agnoſcas ſignis licebit. D

IN hoc extremo ſermone indicat Hippocrates de quibus morbis in hac Prædictionum ſumma doctrinam egit non quippe in omnibus morbis animum habuit, quoniam non omnes morbi per criſim finiuntur vt morbi, diutini, qui reſolutione terminantur, aut abſceſſu, in hoc vero Prædictionum cumulo morbos decernit per criſim finituros, & ii morbi ſunt acuti, non ab re enim dixit Hippocrates prima Prędictionum ſectione, octauo: conſiderari conuenit hunc in modum per morbos acutos, & trigeſimo octauo dixit: Spirationis facilitatem exiſtimari oportet quàm magnam vim habere ad ſalutem in omni morbo acuto, qui cum febre infeſtet. Dixit quoque Hippocrates tertia Prædictionum ſectione, trigeſimo octauo. Hæc intelligo de Morbis acutis, & alii quicumque ex his contingunt. At vbi aliquando videatur Hippocrates loqui ſeorſum de vno morbo acuto, non

ideo hoc egit, vt cæteros alios neglexerit acutos, ſed, vt ait Galenus tertia Prædi-
A ctionum ſectione, commento quadrageſimo quarto hoc ideo id feciſſe, cum qui-
dam morbi peracuti præter alios propriis egerent præceptis, non ſeparans quippe
morbos alios acutos à præſenti Prognoſticationis doctrina, cum eos reliquerit
intelligendos, collocandoſque ſub communibus indiciis acutis morbis contribu-
tis. Dixit igitur Hippocrates nullius morbi nomen expetere, id eſt deſiderare opor
tet in hac Prognoſticationis ſumma, niſi perſcriptum ſit hoc loco, id eſt, in hac
ſumma, & ſunt acuti morbi, aut diutini ab acutis ortum habentes, quorum fini-
tionis tempus decernit, cum ſupra meminit diem termini eorum in quibuſdam
eſſe vigeſimum, in quibuſdam quadrageſimum, aut ſexageſimum, & deinceps ſe
cundum quod diuturniores ii morbi acutos ſequuntur morbos, qui etiam morbi
diutini ſecundum ordinem dierum decretoriorum per quatuor ad viginti nume-
rantur, quod non contingit in morbis ſimpliciter diutinis, ad quos nullum ha-
buit Hippocrates animum, primo, in hoc loco, & ſunt omnes morbi, qui in præ
dictis temporibus ſcilicet iudicatoriis iudicantur, agnoſcunturque ipſis ſignis ſu
B pra ſępius proditis, & ob hanc rem in his Prognoſticis ſignis ſermonis mei fi
nem imponam, dum annum vitę meę agebam ſeptuageſimum & vnum,
& Bononiæ percurrerem lecturæ meæ annos duos, & quinqua-
ginta. Ad Dei gloriam, qui in altiſsimis eſt, & vocem meam
audiuit, ac deprecationem meam, quam ab initio ope-
ris deprecatus fui, benigne ſuſcepit.

A BENEDICTI VICTORII FAVENTINI THEORICAE LATITVDINVM MEDICINAE LIBER AD GALENI SCOPVM IN ARTE MEDICINALI

B *Caput primum de diffinitione, ſubiecto, & perfectione medicinæ.*

SVSCIPIAMVS quemadmodum ſcribitur commento primo libri Sectarum Galeni, cum ſcilicet magnum ſit deſiderium omni homini ad ſanitatis factricem, & cuſtoditricem artem medicinæ feſtinare, neceſſe eſt prius quid ipſa ſit cognoſcere, omnis enim res, quæ exiſtit naturam habet propriam per ipſum quod quid eſt cognoſcendam ex Ariſtotele ſecundo Poſteriorum, cap. de diffinitione. In qua Plato veluti filios diſcipulos admonuit, dicens. Quia ſcire oportet ſi aliquid eſt hoc ipſum, quod dicitur; qui enim inchoat proprietatem aliquam, eius naturæ quid ſit ſcire debet. Amantes igitur medicinam, & C deſiderantes eam cognoſcere, feſtinanteſque ad reicognitionem, dignum eſt prius naturam artis medicinæ cognoſcere, quam nil poteſt nobis rectius, explicatiuſque manifeſtare niſi diffinitio, iuxta illud ſecundi Poſteriorum, & ſexti Topicorum. Diffinitio eſt ſermo adunatus omnium rerum naturam diſcernens, de qua diffinitione metaphorice loquens Plato, dixit. Diffinitiones ab his, qui in agris morantur, aſſumptas eſſe, ſicut enim fine aliquo agros per ſemetipſos diſcernunt, ita Philoſophi diffinitione ipſa communia ſecernentes, cum rem diffiniunt, eam ad proprium finem, & complementum ducunt. Nos igitur Medicinam diffinientes, dicemus cum Erophilo, & Galeno primo Tegni. Medicinam eſſe ſcientiam ſanorum, languentium, & neutrorum. Et cum in diffinitione cuiuſcumque artis, vt placuit Galeno in libro Sectarum, duo quædam ſint. Vnum ſub iacentia, Alterum verò perfectio. Oſtendamus quid ſubiaceat medicinæ, & quid perfectionis habeat. Scire tamen prius oportet, quid ſubiacentia ſit, & quid perfectio. Eſt enim ſubiacentia, in qua omnes, qui volunt artem ſuam exercere, labo D rant, iuxta illud Ariſtotelis primo Naturalium textu, commenti ſexageſimi, ſemper enim eſt aliquid, quod ſubiicitur, ex quo fit quod fit. Et huic hæret ratio Auerrois ſecundo Cœli, commento decimonono. Perfectio autem eſt, quando perficitur opus, velut nautica ars ſubiacentiam habet ligna, acutos, picem, ſtuppam, & his ſimilia, & perfectionem, quando perficitur opus nauis, vt quod vna ciuitas plus habet, ad aliam deferat indigentem. Naturalis quoque Philoſophia ſubiacentiam habet, res naturales. Vult enim Philoſophus omnium rerum naturam cognoſcere ex Auerroe in procemio primi Naturalium. Perfectionem verò ſimile eſſe Deo, iuxta illud Platonis de Philoſophia loquentis: Philoſophia eſt, ſimile eſſe Deo. Medicina quoque ſubiacentiam habet, quam quidam hominem arte ſanabilem poſuere. Quod irritamus, primo cum in diffinitione ſcientiæ debeat poni, vel ſubintelligi ſubiectum, eſt enim ſcientia accidens, cuius eſſe eſt per ſubiectum ex ſeptimo Metaphyſicæ, in diffinitione Medicinæ deberet poni vel ſubintelligi homo, & ſic Medicina eſſet ſcientia hominum ſanorum &c. &

non corporum contra Galenum, niſi quis dicat Galenum per corpora homines intelligere,quod contradicit modo ſuæ determinationis. Sanum enim, & ægrum de corpore,& non de homine in ſimpliciter, & vt nunc tale diuiſit. Adhuc dixit Auerroes primo Colliget,capite primo.Quòd ars medicinæ,eſt ars operatiua exiens ex principiis veris,in qua quæritur conſeruatio ſanitatis corporis humani. Niſi dicat per corpus humanum Auerr.voluiſſe hominem:cuius oppoſitum innuit, tum quia dixit ſecundum quod eſt poſsibile in quolibet corpore: tum etiam quoniam paulo infra deſignans loca ſubiecti medicinæ dixit. Ad ſciendum loca ſubiecti faciemus ſcire membra, ex quibus compoſitum eſt corpus humanum ſimplicia,& compoſita &c. Et arguitur ſic.membra ſimplicia,& compoſita, in quæ diuiditur ſubiectum medicinæ reſpiciunt illud in eo,quod corpus humanum,& non in eo,quod homo.Ergo corpus humanum,& non homo erit ſubiectum medicinæ, patens eſt antecedens, eo quia diuiſio non aduenit alicui, niſi in eo, quod corpus quantum,ex primo Phyſicorum textu,commento XV. Adhuc idem voluit Auer. ſecundo Naturalium,commento tertio,dicens. Et ſubiectum eius,in quod agit,eſt corpus hominis. Adhuc Galenus in libro de Subſtantia virtutum naturalium, dixit.Aptiſsime enim oportet eſſe corpus ſuſcepturum animam,niſi dicat Galenum ibi deſignaſſe ſubiectum operis medici,& non ſcientiæ medicinæ, quæ adinuicem altera ſunt.Vnum reale,ſcilicet operis ſubiectum,reliquum vero intentionale,ſcilicet ſcientiæ ſubiectum.Sed hanc diuerſitatem puto ſuperfluam,vt ex Auerroe ſecundo Phyſicorum,commento tertio,dicente. Secundum hoc,quod accidit quibuſdã, vt ſubiectum artificii,in quod agit,eſt ſubiectum artificii,in quo inuenitur ſcientia artificii,vt ars medicinæ:hęc ipſe. Adhuc ſi aliquid ineſt alicui,velut formalis ratio conſiderandi,illud ineſt per naturam illius, velut mobilitas corpori, cum dicimus,corpus mobile ſubiectum naturalis philoſophiæ,ergo ſi arte ſanabile ineſt homini,vt ratio formalis conſiderandi ipſum in medicina,ineſt illi per naturam hominis:vel intelligitur per naturam,quæ eſt anima. Et hoc noluit Galenus in libro de Subſtantia virtutum naturalium,ergo per naturam,quæ eſt corpus.Deinceps quod addunt,arte ſanabile,ſuperfluum,& ſine ratione pronuntiant, eiuſdem enim ſubiecti generis eſt medicina ſpeculatiua, & actiua,vt prima, primi doctrina prima, & primo Colliget cap. primo ſed medicinæ ſpeculatiuæ ſubiectum non addit arte ſanabile ergo &c. minor eſt Cõmentatoris libri Sectarum, cap. primo dicentis,hæc omnia requirit medicus,vt ſpeculatiuus,& hęc reſpicit ſine aliqua operatione. Adhuc homo artificiali purgatione reſtitutus ſubiicitur cõſiderationi medicinæ: ergo & idem naturali purgatione reſtitutus, conſequentia eſt Galeni prima Aphoriſmorum,commento ſecundo dicentis. Quia autem ſemper iuſsit medicum actionem naturæ debere ſequi in his, palam autem eſt, Medicum actionem naturæ ſequi non poſſe, niſi naturæ actio ſuæ conſiderationi ſubiiciatur. Adhuc homo ſola natura curatus ſubiicitur conſiderationi medicinæ,ergo ſuperfluit arte ſanabile, probatur antecedens, primo quoniam aliter nil proficeret medico ſcientia illius Aphoriſmi primæ particulæ ſcilicet ea, quorum criſis fit,& quorum facta eſt &c. Vbi Galenus in commento, dixit. Incipit oſtendere, unam naturam debeat dimitti operari, & paulò poſt dixit, neque nos de ea intromittamus impedienda. Adhuc ſecundo criſis perfecta non ſubiiceretur conſiderationi medicinæ, vera eſt conſequentia, quoniam criſis perfecta iuxta Hippocratem in libro de Chimis, & Galenus commento vigeſimo primæ particulæ Aphoriſmorum eſt, vbi natura curat ſecundum quod oportet, neque de numero ſignificationum aliquid laudabilis mutet. Adhuc tertio arguitur, corpus optime ſanum regulatum ſub temperamento quantitatis ſex rerum non naturalium, vel aliquarum earum conſideratur ſub ſubiecto ſcientiæ medicinæ,& vt ſic habet ingreſſum in conſeruatione ſanitatis, iuxta illud Galeni tertio Tegni textu commenti quinti. quot igitur alterantia corpus ex neceſsitate diuidentes ſecundum vnumquodque principium genus cauſarum ſalubrium inueniamus, ſed corpus optime ſanum vt ſic conſeruabile in ſanitate non indiget arte, ergo aliquod corpus ſanabile, vel ſub ſanitate conſeruabile, & non arte ſupponitur ſubiecto ſcientiæ medicinæ: non eſt igitur verum, quod dicunt, ſubiectum medicinæ ſcientiæ eſſe corpus humanum

arte

A arte ſanabile, & minor huius rationis eſt Galeni tertio Tegni textu, commenti decimi tertii dicentis, æquatur autem quodammodo in his orexis digeſtioni, ita vt præceptore medico non indigeatur, quantitatem in oblationibus metiente, optima enim natura quantum appetit, tantum bene digerere poteſt. & textu commenti decimi quarti dixit, ita & ſomni quantitatem natura ipſa metitur, & textu decimo quinto. Has enim egeſtiones temperantia metitur oblationum. Adhuc quartò dixit Galenus tertio Tegni textu, cõmenti vigeſimi noni: omnium autem natura quidem operatrix, medicus verò miniſter. Ex his igitur conuincimus, Medicinæ ſubiectum non eſſe hominem, ſed corpus ſuſcepturum animam, quemadmodum placuit Galeno commento primo, primæ particulæ Aphoriſmorum, & Auicennæ prima primi, Doctrina prima, cap. ſecundo: & Haly Abbatis primo Theoricæ. Sanabile quidem, vt indifferens ad corpus humanum arte reſtitutum, & ad idem natura reductum, ad quorum vtrumque vergit medica conſideratio, neque B addatur ægrotabile, vel neutrabile. Tum quoniam ſunt poſteriores paſsiones in priori ſubintellectę, vt narrat Conciliator, Differentia ſexta: tum etiam quoniam medicinæ intentio eſt ſanitas, iuxta Galenum in de Sectis, cap. ſecundo. Quod igitur de corpore humano intendit medicus eſt ſanitas primò, ſecundò verò ægritudo, vel neutralitas, non enim medicus curat, vel præſeruat, niſi intentione ſanitatis, & hoc eſt, quod voluit Galenus cum dixit, medicinæ quidem intentio eſt ſanitas. Oſtenſo igitur quid ſubiaceat medicinæ, oſtendamus deinceps quid perfectionis habeat, & dico, quod medicinæ perfectio eſt, vt ſanitatem perficiat, patet per illud Galeni in libro de Sectis, cap. ſecundo. Finis verò ſcilicet medicinæ eſt ſanitatis adeptio. Sed ambigitur, quoniam videtur medicinam duplicem finem obtinere, vnum & eſt ſanitatem inuentam conſeruare, alteram verò, amiſſam recuperare, & hæc eſt ſententia Auerrois primo Colliget, cap. primo dicentis, in qua quęritur conſeruatio ſanitatis corporis humani, & remotio ſuæ C ægritudinis, & idem paulo poſt dixit. Et quia finis hic præintenti, & quæſiti ſunt duæ ſpecies ſcilicet conſeruare ſanitatem, & remouere ægritudinem. Eiuſdem quoque ſententiæ videtur Galenus in libro de Optima hæreſi, cap. tertio dicens. Medicatiua igitur ars, de facientibus, & conſeruantibus eſt. Idem quoque videtur velle Galenus, primo de Ingenio ſanitatis, cap. ſecundo dicens nomine Theſilli. Et dixit ſe cauſa miſericordiæ ſcientiam non minimam, & veracem oſtendere, ſanitatis videlicet reſtituendæ, & conſeruandæ. Eiuſdem quoque ſententiæ videtur Auicenna prima primi, Doctrina prima, cap. de diffinitione medicinæ. His verò reſpondent quidam, duos eſſe medicinæ fines, confitentes, vnum facere quod non eſt, ſcilicet ſanitatem, alterum verò cuſtodire quod eſt. Quòd ſi quis obiiciat, medicatiuam tunc duas eſſe artes, quoniam duplici fine terminatur, aiunt interimendo ſequelam, quoniam ſi diuerſis theorematibus ad vtroſque fines ducerent, diuerſorum finium diuerſæ eſſent & artes, & ſic eſſent duæ medicatiuæ, quia vero eadem theoremata ſunt, intentiones verò diuerſæ, vna exiſtens eſt ars medicatiua. Sed iſtum modum reſpondendi damnat Galenus in de Optima hæreſi, cap. tertio dicens, ignorant autem iſti, quoniam intentio quidem artis ſortitur ſanitatem, modi verò ſortitionis ſunt differentes. Vnus igitur finis eſt medicatiuæ artis ſcilicet ſanitatis perfectio: diuerſi autem ſunt modi, quibus ſanitas ipſa D perficitur, perficitur enim ſanitas ipſam conſeruando, perficitur quoque ipſam faciendo, non igitur auctoritates dictæ ſonant fines diuerſos artis medicinæ. Sed modos diuerſos, quibus finem illum adipiſcimur. Quid igitur ſit medicina, & quid illi ſubiaceat, & quid perfectionis habeat, palam eſt ex dictis.

Caput ſecundum diſputat, an neutralitas ſit media diſpoſitio inter ſanitatem & ægritudinem.

QVIA ſtatuimus genus ſubiectum medicinæ corpus humanum primò quidem ſanabile, velut formalem rationem trahentem ipſum ad conſiderationem medici, à quo tamen ſecundo non euadunt ægrotabile, & neutrabile, ideo nunc

vt neceſſarium attinens præſenti negocio perſcrutemur. Si neutralitas ſit diſpoſi- A
tio media inter ſanitatem,& ægritudinem tanquam inter extrema contrarie oppo
ſita. Huic dicunt Philoſophi abſolutiſsime negatiuam partem aſſeuerantes. Quo
rum princeps Ariſtoteles id manifeſtans dixit in Poſtprædicamentis, cap. de oppo
ſitis. Horum enim nihil erat medium, quorum alterum neceſſarium erat ineſſe ſu
ſceptibili, vt languorem, & ſanitatem. Eiuſdem ſententiæ eſt Auerroes ibi Diffe
rentia tertia dicens. Et illa contraria ab vno, quorum non euadit ſubiectum diſpo
ſitum per ipſa, duo ſunt contraria, inter quæ non eſt medium, ſicut ſanitas, &
ægritudo, à quarum vna non euadit corpus animatum, & Differentia ſeptima di-
xit, & modus talium contrariorum immediatorum appropriatur, quod non eua-
dit ſubiectum diſpoſitum per ea ab vno amborum, ſicut dicitur ſanitas, & ægritu
do, ab vna quarum non euadit corpus animatum. Idem quoque voluit Ariſtote-
les quarto Topicorum cap. quinto dicens. Quoniam ſanitatis, & ægritudinis ni
hil eſt medium, boni autem, & mali eſt. Idem etiam videtur velle Ariſtote- B
les ſeptimo Naturalium textu commenti decimi ſeptimi aſſerens ſanitatem com-
menſurationem, & perfectionem eſſe: quoniam autem perfectio indiuiſibilis eſt,
vt Auerroes commento decimo ſeptimo fatetur. Indiuiſibilis autem ad alterum
nullum eſt medium, ex eodem commento relinquitur, igitur quod ſanitatis ad al
terum nullum eſt medium. Eiuſdem etiam ſententię eſt Auerroes primo Col
liget, cap. primo dicens, & adhuc non attendas ei, de quo dixerunt, quod non eſt
ſanitas, nec ægritudo; quoniam non eſt inter nocumentum operationum ſenſibi
lium, & innocumentum earundem medium. Attentione tamen dignum eſt
Haly tertio Tegni commento duodecimo à veritate Ariſtotelica non parum de-
uiaſſe, volentem Ariſtotelem ex adductis auctoritatibus ſolum negare medium
per abnegationem extremorum ſanitatis ad ægritudinem,confiteri verò medium,
per vtrorumque extremorum participationem inter illa, & dixit. Quia Ariſtote-
les vult quod impoſsibile eſt, à corpore ſanitatem, & ægritudinem ſimul remoue
ri, & fieri in eo diſpoſitionem tertiam, in qua non ſit portio ſanitatis, neque por C
tio ægritudinis, & hoc eſt verum &c. Iſte vir contradicit Ariſtoteli, primo quo-
niam tunc non eſſet neceſſarium horum alterum, ſanitatis ſcilicet vel ægritudinis
ineſſe ſuſceptibili. Et oppoſitum dixit Ariſtoteles: conſequentia verò probatur, quo
niam contingit diſpoſitionem mediam ineſſe ſuſceptibili, ſi ipſa eſt talis per parti
cipationem extremorum, ergo contingit horum alterum ſanitatis ſcilicet & ægri-
tudinis ineſſe ſuſceptibili, ergo non neceſſarium eſt horum alterum ineſſe: patens
eſt prima conſequentia, ex oppoſito enim cõſequentis ſequitur oppoſitum antece
dentis, ſequitur enim neceſſe horum alterum ineſt ſuſceptibili, ergo non contin-
git mediam diſpoſitionem ineſſe ſuſceptibili, nõ enim eſt media diſpoſitio horum
alterum, ſed vtrumque ſimul. Secundò contradicit Ariſtoteli ſeptimo Phyſico
rum decimo ſeptimo, non enim eſſet ſanitas commenſuratio,& perfectio,quoniã
eſſet diuiſibilis ſi haberet medium, perfectio autem indiuiſibilis eſt ex Auerroë in
comm. Tertio, non bene opinatur Haly cum dixit prope finem cõmenti, quod
intellectum eſt ex ſermone Ariſt. quod corpora alterantur ex ſanitate in ægritudi-
nem,&contra: quoniam ad ſanitatem non eſt alteratio per hoc, eſt enim ſanitas in D
prædicamento ad aliquid, iuxta illud Auerrois ſeptimo Phyſicorum, commento
decimo ſeptimo, & pulchritudo, & turpitudo ſunt in capitulo ad aliquid ſicut in
ſanitate,ad ea autem, quæ ſunt ad aliquid non eſt alteratio,iuxta illud Auerrois,cõ
mento eodem, & eſt declaratum in quinto huius libri ſ. textu, & commento deci
mo. Quod in prædicamento ad aliquid non eſt generatio, neque tranſmutatio,
neque alteratio. Quarto contradicit Auerroi in Poſtprædicamentis ſermone in
oppoſitis differentia tertia oſtendenti quodlibet genus medii remoueri à ſanitate
in ægritudinem, & contra. Dicit enim extrema namque iſta contrariorum ſunt,
inter quæ non eſt medium, & vult per contraria ſanitatem, & ægritudinem, & ſe
quitur, ſed illa quidem, de quibus non eſt neceſſe, vt inueniatur vnum contrario
rum in ſubiecto ipſorum ſunt contraria, inter quæ eſt medium, verbi gratia, albe
do, & nigredo, & ſubdit paulo poſt, & eſt inter hos duos medium, palidus,& vi
ridis, & alii colores medii inter album, & nigrum. Palam enim eſt Auerroim re-
mouere

A mouere medium inter ſanitatem , & ægritudinem, quod concedit inter album, &
nigrum , & eſt medium per participationem,medium quoq. per abnegationem re
mouet Auerroes,cum dixit in fine differentiæ,& in quibuſdam non eſt eis nomen,
ſed pronuntiatur ei nomen medii per negationem &c. Ex his igitur confitea
mur mentem Ariſtotelis , & eius commentatoris abſque inquiſitione concordiæ
inter ipſos, & Galenum , quoniam talis inquiſitio non eſt abſque crimine alterius
partis , eſſe inter ſanitatem , & ægritudinem nullum intercidere medium . Eſt
enim ſanitas æqualitas in actiuis , & paſsiuis qualitatibus eorum , quæ ſunt ad in-
tra animal, iuxta illud Ariſtotelis ſeptimo Naturalium textu commenti decimi ſe-
ptimi ſicut ſanitas quidem calidorum,& frigidorum commenſuratio quædam eſt,
aut eorum , quæ ſunt ad intra animal , aut ad continens, ægritudo verò eſt eorum
inæqualitas , quoniam autem inter æquale , & inæquale nullum cadit medium , er
go neque inter ſanum , & ægrum . Ex hoc igitur habeas primò cum Ariſtote
B le, non eſſe motum de ſanitate in ægritudinem . Sed potius erit inter eas mutatio
quædam , quæ eſt ſubitus tranſitus , & non paulatinus , & temporalis,quemadmo
dum eſt tranſitus in motu , ſecundum quod motus eſt perfectio eius , quod eſt in
potentia, vt ſcribitur tertio,& quinto Naturalium. Habeas ſecundò cum mu
tatio quælibet , quæ eſt in prima ſpecie qualitatis , vt plurimum ſequatur motum
in aliqua qualitatum primarum , vel ſecundarum,mutatio illa,quæ eſt ſubitus pro
uentus de ſanitate in ægritudinem, ſequitur motum in caliditate , frigiditate , hu
miditate , & ſiccitate , & loquor de mutatione ſanitatis in ægritudinem ex parte
complexionis , quoniam ſi eſſet mutatio illa ex parte compoſitionis organicæ , li-
cet non ſequatur ſemper motum in illis quatuor qualitatibus, ad minus tamen ſu-
bitam mutationem inter ſanitatem , & ægritudinem ex parte compoſitionis orga
nicæ Ariſtoteles, & eius Commentator non negabunt. Habeas tertiò ſanita-
tem , & ægritudinem non eſſe menſurabiles latitudine graduali , patet , quoniam
C latitudinem ſuæ perfectionis habent conſiſtentem in indiuiſibili . Quoniam
autem negocium præſentis operis ſituat ſanitatem, ægritudinem,& neutralitatem
ſecundum diuerſos gradus in latitudinibus , mentem hanc Philoſophorum dere-
linquendo , intentionem noſtram aſſociabimus dictis medicorum , & dicemus ,
quod inter ſanum , & ægrum intercidit medium neutrum,patet primo iuxta illud
Galeni primo Tegni textu commenti ſeptimi . Medicina eſt ſcientia ſalubrium ,
inſalubrium & neutrorum . Secundo iuxta illud Galeni eodem primo textu
commenti decimi ſeptimi dicentis , ſecundum primum quidem ſignificatum,neu
trum erit corpus medium verè exiſtens ſaniſsimi corporis , & ægerrimi .
Ambiget autem quiſpiam , quoniam contrarium videtur velle Galenus in Hæreſi-
bus, inquit enim ſermo vetus , medicinalis doctrina , ſanatiuorum, & ægrotatiuo
rum exiſtit . Reſponſio eſt, quod dictione hac , ſanatiuorum , vel ægrotatiuo
rum, ipſum neutrum non reſpuit, eſt enim neutrum ſanatiuum,ægrotatiuum quo
que, non quidem ab aptitudine permanendi ſub ægritudine , vel ſanitate, ſed ab
aptitudine recipiendi vtranque . Iterum contrarium voluit Galenus ſecunda
particula Aphoriſmorum commento quarto dicens.Exiens ergo temperamentum,
vel æqualitatem, proculdubio incidit in infirmitatem . Reſponſio eſt , quod
nomine infirmitatis etiam neutralitatem voluit intelligere . Eſt enim neutralitas
D parua infirmitas, vt videtur velle Auicenna prima primi , cap. primo . Et ad hoc
alludens Galenus dixit in fine commenti . Et ſi multum egreditur morbus , ſi ve-
rò parum cauſa morbi appellatur , quæ ſiue ſit factiua morbi , ſiue præparatiua ad
facilem caſum in morbum, dicitur neutralitas, vt ex Galeno & primo,& tertio Te
gni habetur . Et ex his habeas primo Galenum terminaſſe ſanitatem , & ægri
tudinem ad duo puncta , inter quæ eſt ſpacium latitudinale intellectum patet iu-
xta illud ſecundi Tegni textu commenti ſeptimi . Et diuiditur totius ſanitatis la-
titudo &c. & textu commenti noni . Ponentibus nobis duos extremos terminos
contrarios &c. Et primo de Ingenio ſanitatis,cap. quinto: & de Accidenti & mor-
bo, cap. primo diffinientis ſanitatem, & ægritudinem,cui conforme eſt quod ſcri
bitur ab Auicenna ſecunda primi , cap. ſecundo, aſsignante diſpoſitionum huma-
ni corporis diffinitiones . Habeas ſecundò non eſſe ægritudinem , niſi eam ,

quæ ad ſenſum ſentitur ægritudo patet iuxta illud Galeni ſecundo Tegni textu, A
commenti quinti. Terminus verò vtriuſque diſcretiuus eſt operationis læſio ſenſibilis, & textu commenti ſeptimi à quibus deinceps iam ſunt ægrotantia corpora læſionibus ſenſibilibus operationum determinata. Habeas tertiò quod non qualitercumque cadat corpus à ſanitate, iudicat Galenus ipſum eſſe ægrum, patet iuxta illud ſecundi Tegni textu commenti ſexti. Ab optima quidem compoſitione deficientia corpora breue quidem lapſa ſunt, & ipſa ſecundum veritatem, non tantum ſenſibile eſt hoc, & textu commenti octaui, ſecundum verò minores ambigua ſunt &c. Sed contra hoc videtur Galenus ſecunda Aphoriſmorum, commento quarto dum dixit. Exiens ergo temperamentum, vel æqualitatem, procul dubio incidit in infirmitatem. Reſponſio eſt, conſequentiam hanc non valere a. corpus incidit in infirmitatem, ergo a. corpus incidit in ægritudinem, cum etiam non ſequatur, hoc eſt infirmum, ergo ægrum, ſignificat enim nomen infirmitatis omnem diſpoſitionem non firmam, ſicut eſt ſanitas, à qua ſignificatione B
non euadit neutralitas, cum ipſa ſit diſpoſitio non firma, ſicut eſt ſanitas: ſignificat verò nomen ægritudinis omne illud, à quo per ſe immediate, & ſenſibiliter læduntur operationes viuentis, vt ex Auicenna ſecunda primi, cap. primo habetur, & ex Galeno ſecundo Tegni. Quoniam igitur neutralitate ipſa, quæ eſt diſpoſitio non firma, ſicut eſt ſanitas, inſenſibiliter læduntur operationes, palam eſt non ſequi, eſt infirmum, ergo ægrum. Habeas quartò motum poſſe fieri ex ægritudine in ſanitatem, & econtrario, quin imò nulla ſit ipſi Galeno cura an inter eas ſit motus, an repentina mutatio, dummodo ipſos gradus lapſuum, vel illis proportionalia diſtinguat, & regat. Quatenus igitur non ſit diſpoſitio media ſanitatis, & ægritudinis, & quatenus ſit ex his manifeſtum eſt.

Caput tertium quod genus medii inter ſanitatem, & ægritudinem ſit neutralitas, oſtendit. C

CVM diximus neutralitatem eſſe medium inter ſanitatem, & ægritudinem, non inconuenienter perſcrutandum exiſtimo, quod genus medii ſanitatis, & ægritudinis ſit ipſa neutralitas. Et dico primò. Quod medium eſt duorum generum, vnius, quod eſt medium ſubiecti, alterius verò, quod negatione medium. Diſtinctio hæc eſt Ariſtotelis quarto Topicorum cap. quinto, cui alludens Auerroës in poſtprædicamentis ſermone in oppoſitis Differentia tertia dixit, quoddam eſſe medium, cui nomen inuenitur, vt viridis color, & pallidus, & eſt medium participatione extremorum, vel ſubiecti. Quoddam verò eſſe, cui nomen non inuenitur, & pronunciatur ei nomen medii per negationem extremorum, erit igitur medium ſubiecti, à quo non euadit portio aliqua extremitatum, vt pallidus color, à quo non euadit portio albedinis, & nigredinis iuxta illud Auerrois quinto Naturalium, commento ſexto: color pallidus eſt medius inter album, & nigrum, quæ ſunt duo extrema, & in eo eſt albedo, & nigredo &c. Medium verò per negationem extremorum eſt, de quo verificatur negatiua vtriuſque extremi, iuxta illud D
Auerrois in poſtprædicamentis, cap. in oppoſitis, vt eſt ſermo noſter, non bonum, neque malum &c. Attentione tamen dignum eſt, quoſdam fuiſſe intelligentes medium per negationem extremorum eſſe diſpoſitionem, alteram quidem ſpecie ab extremis, vergentem ad opus extremorum reſeruatam in ea, vt pallidum colorem confitentur medium per negationem extremorum inter album, & nigrum, alterum quidem ſpecie ab albo, & nigro, vergit tamen diminute in opus albi, & nigri per virtutem vtriuſque derelictam in eo, & huius poſitionis videtur Auerroës ſexto Phyſicorum, commento trigeſimo ſecundo dicens, & intelligo hic per medium non illud, quod diuerſatur ſecundum magis, & minus, ſed illud, quod diuerſatur ſecundum formam, & qualitatem. Quoniam pallidum non differt ab albo ſecundum magis, & minus, ſed ſecundum qualitatem, & ſi non eſſent eiuſdem ſpeciei. Et ex hoc confitentur ipſi neutralitatem eſſe medium per negationem extremorum ſanitatis ſcilicet & ægritudinis, alteram quidem ſpecie ab

his, in

A his, in qua non eſt portio aliqua ſanitatis, & ægritudinis, probant illud ex verbis Gal. primo Tegni textu commenti decimi ſeptimi dicentis, hoc quidem eo quod neutra extremarum diſpoſitionum participet, & huius poſitionis eſt communis medicorum ſchola. Nos autem ſubtilius indigantes, dicemus, quod in viridi colore, & pallido non cuadit, quin ſit portio albedinis, & nigredinis, non quidem ſub eſſe intenſo, & perfecto, ſed ſub eſſe remiſſo, & imperfecto, quod eſt eſſe quoddam potentiæ ad vlteriorem extremi perfectionem. Patens eſt hoc, primo iuxta Ariſtotelem quinto Naturalium textu commenti quinquageſimi ſecundi dicentem, quòd motus, qui ſunt ex extremis in medium ſunt ponendi inter motus contrarios. Et huius rationem adduxit Ariſtoteles, dicens, quia medium ad vtrumque dicitur quodammodo alterum, vbi Auerroës commento quinquageſimo ſecundo declarans dictionem quodammodo, dixit. Quia medium, eſt contrarium vtrique extremo, non ſimpliciter ſicut alterum extremum eſt contrarium reliquo, ſed medium eſt contrarium vtrique extremo per illud, quod eſt in eo de
B reliquo extremo. Item eodem commento dixit Auerroës, & contrarietas medii ad extremum differt à contrarietate extremi in hoc, quoniam contrarium in eo ſcilicet vnum extremum non eſt in ſua vltima perfectione, ſicut eſt in ipſo extremo. Item eodem commento inquit Auerroës. Quoniam medium eſt contrarium vtrique extremo, quia vtrumque extremum inuenitur in eo, non perfecte quoniam in tranſmutatione quæ fit de viridi in album, viride eſt quaſi nigrum, viride enim non tranſmutatur in album, niſi ſecundum quod eſt in eo de nigro, non ſecundũ quod eſt in eo de albo, & etiam quoniam viride tranſmutatur in nigrum, tranſmutatur ſecundum quod eſt in eo de albo, & ſimiliter quando album tranſmutatur in viride, tranſmutatur in nigrum, quod eſt in viridi: & quando nigrum tranſmutatur in viride, tranſmutatur in album quod eſt in eo, & ſubdit id eſt viride in eo reputatur quaſi nigrum, quoniam tranſmutatio ex eo non eſt, niſi ex parte nigra, quæ eſt in eo, hæc Auerroes. Adhuc Auerroes primo Phyſico
C rum, commento quinquageſimo ſexto aſsimilans ſubiectum inter contraria ipſi medio, dixit in medio enim eſt vtrumque extremum in actu, ſed tamen non in vltima perfectione, ergo eſt in potentia vtrumque extremum quodammodo, & in actu alio modo, ſubiectum verò eſt vtrumque extremum potentia vere, hæc ille. Adhuc Auerroes decimo Metaphyſicæ, commento vigeſimo tertio aſsimilat compoſitionẽ medii ex extremis compoſitioni complexionis ex ſimplicibus, conſtat autem Auerroim componere complexionem ex ſimplicibus actu actualitate formæ. Iterum & tertio Cœli commento ſexageſimo ſeptimo eodem modo loquitur Auerroes de Compoſitione medii ex extremis, & de compoſitione mixti ex elementis. Clarum autem eſt ipſum velle in mixto eſſe elementa actu actualitate formæ, ergo & eſſe extrema actu, in medio actualitate formæ. Sed ambiget quiſpiam. Quoniam videtur contradictio apud Auerroim adductis locis, & ſexto Phyſicorum, commento trigeſimo ſecundo ſicut ipſum iam citaui. Cui dicitur apud Auerroim non aſpernendum eſſe medium, inter extrema poſſe eſſe dupli-
D citer dictum, vno quidem modo eſſentiale medium dicitur, & eſt quod medici medium tranſitus dixerunt, de quo loquitur Ariſtoteles quinto Naturalium textu commenti vigeſimi ſecundi dicens, medium verò eſt, in quod aptum natum eſt primum pertingere mutans, quàm in quod vltimum, cuiuſmodi tepidum eſt medium tranſitus inter calidum, & frigidum, & dicitur eſſentiale, quoniam neceſſario ſupponitur, vt primo acquiſibile quàm frigidum in tranſmutatione ex calido in frigidum, & hoc eſt genus medii, quod differt ab extremis differentia ſecundum magis, & minus tantùm, non diuerſificante ſpeciem, vt habetur quinto Naturalium textu, & commento decimo nono. Alio modo dicitur medium accidentale, & eſt cui accidit, vt acquiratur in tranſmutatione extremi ad extremum, & conſueuimus iſtud dicere medium formæ, ſiue ſpecie eſt enim alterius ſpeciei ab extremis, vt color palidus, vel viridis: quod enim ex albo in nigrum tranſmutatur, accidit illi, vt mutetur in viride, vel pallidum. Ex hoc igitur dico duo, primum, quod medium tranſitus, ſiue eſſentiale eſt alterum extremum dictum quandoque per magis, quandoque vero per minus, hoc patens eſt,

r

quoniam ipſum motu acquiritur, qui eſt terminus ad quem paulatim acquiſitus ex Auerroe quinto Naturalium, commento quarto. Quod enim tranſmutatur ex calido, quandoque minus frigidum, quandoque verò magis frigidum dicitur, propter igitur participatam denominationem extremorum, cogimur dicere medium tranſitus eſſe eiuſdem ſpeciei cum extremis. Secundum dictum. Medium accidentale, quod eſt medium formæ, non eſt alterum extremum dictum ſecundum magis, vel minus, clarum eſt hoc quoniam ipſum non acquiritur in tranſmutatione extremi ad extremum, vt cum mobile tranſmutatur ab albo in nigrum, paulatina tranſmutatione non acquirit pallorem, vel rubedinem, quibus quandoque dicatur magis, vel minus nigrum. Et licet dictum hoc ſit mens Auerrois, illi tamen cõtradicit Galenus tertio Tegni, commento octuageſimo ſecundo, de quo poſt dicemus, & credendum eſt medium formæ abſolutæ non denominari denominatione extremorum, neque ſecundum magis, vel minus, vt ſcilicet quod viride dicatur album, vel nigrum, vel magis album, vel minus, ſed quaſi album, vel nigrum dicitur, ſecundum quod ab ipſo ad alterum duorum ſit tranſmutatio, iuxta illud Auerrois quinto Phyſicorum, commento quinquageſimo ſecundo, id eſt viride in eo reputatur, quaſi nigrum, quoniam tranſmutatio ex eo non eſt, niſi ex parte nigra, quæ eſt in eo. Et iterum credendum eſt ipſum non eſſe eiuſdem ſpeciei cum extremis propter non participare denominatione extremorum; & hoc eſt, quod voluit Auerroës ſexto Phyſicorum, commento trigeſimo ſecundo cum dixit. Et intelligo hic per medium, non illud, quod diuerſatur ſecundum magis, & minus &c. Et iterum credendum eſt ſequelam hanc non tenere. In viridi eſt actualitas formæ albedinis, & nigredinis, ergo viride eſt eiuſdem ſpeciei cum albo, vel nigro, quemadmodum patet non ſequi, actualitas formarum elementorum eſt in miſto, ergo miſtum eſt eiuſdem ſpeciei cum elementis, & hoc iuxta Auerroim tertio Cœli, commento ſexageſimo ſeptimo. Et iterum credendum eſt, medium formæ reſultare ex certa, & determinata proportione extremorum, quam ſi extrema exierint, ſequetur alterum medium & à priori, & ab extremis alterius ſpecie, quod non contingit de medio tranſitus. Redeamus modo ad id, in quo fuimus, & dicamus neutralitatem eſſe medium per participationem extremorum ſanitatis ſcilicet & ægritudinis. Et hoc eſt, quod voluit Haly primo Tegni, commento duodecimo, & Auicenna prima primi, doctrina prima, & Galenus ſecunda Aphoriſmorum, Aphoriſmo quarto appellantes neutralitatem paruam quandam ægritudinem. Obiiciet forte quiſpiam, Galenum dixiſſe neutralitatem medium per abnegationem extremorum, vt primo Tegni textu commenti decimi ſeptimi. Cui dicitur conſequentiam hanc non valere, neutrum eſt medium participatione extremorum, ergo non eſt medium negatione eorundem. Puto enim cum Auerroe, in poſtprædicamentis ſermone in oppoſitis diſtinctionem illam medii non eſſe omnino eorum, quæ re ipſa diſtinguuntur, ſed eorum, quæ forma, & ratione ſeparantur, ſolo enim defectu, vel carentia nominis medii voluit idem Auerroës illud medium dici per negationem extremorum, inquit enim, quoddam verò eſt medium, cui nomen non inuenitur, & pronunciatur ei nomen medii per negationem extremorum. Quoniam igitur mediæ diſpoſitioni nomen non inuenitur, dicatur neutralitas, id eſt, quæ neutra extremarum diſpoſitionum participat, & intellige neutra ſcilicet in vltimo, iuxta illud Auicennæ, ad mentem Galeni ſecunda primi, doctrina prima, cap. ſecundo dicentis, & diſpoſitio, quæ eſt apud eum, neque ſanitas, neque ægritudo, aut ideo, quod non eſt ſanitas in vltimo, aut ægritudo in vltimo. Nunquid autem neutralitas ſit medium tranſitus, an formæ inter ſanitatem, & ægritudinem. Licet Haly primo Tegni confiteatur ipſam eſſe medium tranſitus, ſubtilius tamen poſt perſcrutabimur hoc cum Pluſquamcommentatore. Quod igitur medium ſit neutralitas inter ſanitatem, & ægrirudinem, ſit hoc modo dictum.

Caput

A *Caput quartum quærit qua latitudine graduum ſint menſurabiles ſanitas, ægritudo, & neutralitas.*

QVEMADMODVM ſcribitur ſeptimo Metaphyſicæ textu commenti quinquageſimi noni, omnis quæſtio ſi ſimplex ſit, vnum quærit & aliud ſupponit,vt ſi quid homo eſt quæramus,hominem eſſe ſupponimus, illius vero ſimplicem eſſentiam quærimus, per ipſum quod quid eſt, innoteſcendam. Quod igitur nunc ſupponimus eſt ſanitatem,&ægritudinem,& neutralitatem eſſe ſecundum latitudinem, graduum menſurabiles. Quod vero quærimus propter uarias,& qua ſi infinitas latitudinum ſpecies, eſt qua latitudine graduum diſpoſitiones illæ ſint menſurabiles. Et ſuppoſitum verificatur per hoc, omne enim quod exceſſu graduali excedit aliquid, vel ab alio exceditur latitudine graduum mēſuratur,non enim poteſt aliquid excedere, vel excedi ſecundum perfectionem gradualem, ſi B nihil haberet de tali perfectione. Cum igitur huiuſmodi diſpotiones ad inuicem ſe excedant graduali exceſſu, & excedātur,iuxta illud Galeni ſecundo,Tegni textu cōmenti ſexti, ab optima verò compoſitione deficientia &c. Et textu commenti ſeptimi. Et diuidetur totius ſanitatis latitudo in tres partes latitudinem habentes, & ipſam multam &c. Erunt & illæ diſpoſitiones latitudine graduum menſuratæ. Memoriæ tamen tenendum eſt, exceſſum gradualem, latitudinem gradualem, & intenſionem formæ eſſe eadem, vt iam induxi in his, quæ de intenſione, & remiſsione formæ ſcripſimus.Quod autem quæſiui ſic diſſoluo. Et dico primò. Quod huiuſmodi diſpoſitiones latitudine graduum vniformi menſurari non poſſunt, quoniam vniformis latitudo eſt, quoniam eſt eiuſdem gradus, vel intenſionis per totum, diſpoſitiones autem illæ in quocunque per illas alterato non ſunt eiuſdem gradus, vel intenſionis, iuxta illud Galeni vt ſupra, ab optima quidem compoſitione &c. quare non erunt vniformi latitudine menſuratæ. Dico ſecundò diſpoſitiones illas difformi latitudine graduandas eſſe, quoniam latitudo C difformis eſt, quæ non eſt eiuſdem gradus, per totum. Palam autem eſt ſanitatem, ægritudinem, & neutralitatem,& quo ad omnem decurſum erratiuum,& quo ad ipſas ex tempore,vel à generatione acquiſitas,non eſſe perfectione eiuſdem gradus. Dico tertiò huiuſmodi diſpoſitiones non eſſe menſurandas latitudine difformi,non ſecundum ſe totam difformi,quoniam nulla pars latitutinis illarum eſt, quæ ſit vniformis, quælibet enim talis pars terminabilis eſt, & in extremo intenſiori,& remiſsiori, ſub quibus diſpoſitiones illæ vel ſunt ſub perfectiori gradu ſuę latitudinis, vel ſub minus perfecto, vt poſt apparebit. Dico quarto illas debere graduari latitudine difformi ſecundum ſe totam difformi, patet, quoniam omnis latitudo difformis vel eſt ſecundum ſe totam difformis, vel non ſecundum ſe totam difformis, cum autem diſpoſitiones illæ non ſint menſurabiles difformi latitudine, non ſecundum ſe totam difformi, relinquitur ipſas menſurandas latitudine difformi ſecundum ſe totam difformi. Dico quintò huiuſmodi diſpoſitiones latitudine difformi ſecundum ſetotam difformi, vniformi-D ter tamen menſurandas eſſe, hoc patens eſt, quoniam latitudo vniformiter difformis eſt, cuius eſt æqualis exceſſus graduum inter ſe æquè diſtantium, quod maxime viget in latitudine ſanitatis, vt poſt declarabimus, iuxta illud Galeni primo Tegni textu, commenti decimi ſeptimi, neutrum corpus erit medium verè exiſtens ſaniſsimi, & ægerrimi corporis. Dico ſextò: Quod ſanitas, ægritudo, & neutralitas ſecundum omnem modum ſuæ acceptionis eadem latitudine minime graduari poſſunt. Quoniam quæ eadem latitudine graduantur, differunt ſolum ſecundum magis, & minus. Sed diſpoſitiones illæ ſecundum aliquem modum ſuæ acceptionis differunt pluſque ſecundum magis, & minus, vt poſt videbitur, ergo &c. Qua igitur latitudine graduali, ſanitas, ægritudo, & neutralitas poſsint menſurari, ſic dicimus,

Caput quintum eſt de modis, quibus dicuntur ſanitas, ægritudo, & neutralitas ſcilicet ſimpliciter, & ut nunc, ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter ut multum. A

QVONIAM ſanitas, ægritudo, & neutralitas, vt habetur ex libro primo Tegni diuerſos gradus ſuæ latitudinis ſibi determinant ex diuerſitate modorum, quibus vnaquæque illarum dicitur, duxi perſcrutandum, quot, & quibus modis dicuntur ſanitas, ægritudo, & neutralitas. Prius tamen à ſanitate, vt à nobiliori diſpoſitione inchoando, non abſolute, ſed ſecundum quod ineſt corpori humano tanquàm proprio ſuſceptiuo dicemus, iuxta Galenum primo Tegni textu commenti vndecimi ſanitatem eſſe dictam dupliciter, hæc quidem ſimpliciter talis, hæc vero, vt nunc talis. Et iterum ſanitas ſimpliciter dicta dicitur duobus modis, vno quidem modo ſimpliciter ſemper talis, alio modo ſimpliciter vt multum talis. B Quòd ſi dictiones iſtas ſimpliciter vt nunc, ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter vt multum notificabimus, ſuper hoc fiet iudicium tuum in præſenti capite. Dico igitur primo, quod dictione hac ſimpliciter, ſignificatur priuatio cuiuſcumque additionis, cuius proprium eſt contrahere id, cui additur ad aliquid, quod innuitur per quo, & quando, & vbi, & alicubi, & huiuſmodi. Et hoc eſt, quod voluit Ariſtoteles primo Elenchorum cum dixit. cap. tertio: ſimpliciter hoc dicitur, aut quo, aut nō proprie, quoniam particulariter dicitur: & ſecundo Topicorum, cap. trigeſimo dum dixit. Simpliciter autem eſt, quod nullo addito dicis, vt ſimpliciter bonum dicimus, quod nulla determinatione eſt bonum, vt eſſe prudentem, ſequitur enim, eſt prudens, ergo bonus ſine aliqua determinatione, & in quacumque temporis hora bonum eſt eſſe prudentem. Dico ſecundo, quod dictione iſta, vt nunc, & aliquib. aliis ſignificatur quidam modus, quo id, cui adduntur dicitur non ſimpliciter tale, iuxta illud Ariſtotelis ſecundo C Topicorum, cap. trigeſimo. Nam quod ſecundum quid, & quando, & vbi dicitur, non ſimpliciter dicitur. Et primo Elenchorum, cap. tertio & non ſimpliciter eſt, aut quid, aut vbi, aut quando, aut ad aliquid dicitur. Sicut iactare merces eſt bonum non ſimpliciter, quoniam non omnibus temporibus bonum, ſed tempeſtatis tempore proficuum tantum. Et non quibuſlibet bonum, ſed ſolum in procellis periclitanti. Modus autem ille, quem additio hæc, vt nunc ſignificat eſt, vt determinet rem, quæ ſic dicitur ad tempus præſens. Quemadmodum ſpontaneum vt nunc iactantem merces appellauit Ariſtoteles tertio Ethicorum, cap. ſecundo dicens, nam in electione ſunt tunc, cum fiunt, vbi Auerrois in commento inquit: factor autem iſtarum rerum in hora faciendi eas, ſpontaneus eſt, & eligens. Quapropter dictio hæc ſimpliciter, ſecundum quod opponitur huic, quæ eſt vt nunc, dicit indeterminabilitatem, quæ intelligitur priuatione illius generis rei, quod accidit ſignificari per contra poſitam hanc determinationem vt nunc, vt ſit dicere ſimpliciter tale, in quolibet tempore exiſtens tale. Et huiuſmodi dictionum ſignificationes voluit Galenus primo Tegni textu commenti vndecimi: è contrario ponens ſimpliciter ei quod eſt vt nunc, & ipſum diuidens in ſimpliciter tale, & vt multum tale, quæ omnia tempus ipſum concernunt. Attentione ta- D men dignum eſt, ipſum ſimpliciter, prima, & communi ſui diuiſione, non contra poni ei quod eſt nunc, ſicut aliqui ad pauca reſpicientes pronuntiant, cum aliquid ſit non ſimpliciter, quod non eſt, vt nunc, vt æthiopem album eſſe ſecundū dentes, eſt enim ſecundum quid, ideo nō ſimpliciter, ſicut & quædam alia additio ponens determinationem, qua illud, cui additur, dicitur non ſimpliciter tale, & idem faciunt additiones iſtæ, nunc, alicui, quo, ad aliquid, & huiuſmodi. Et iterum attende, quod additiones iſtæ, vt nunc, & ſecundū quid non neceſſario de eodem dicuntur, ſed contingit ipſas aliquando de eodem dici. Quoniam æthiopem eſſe album ſecundù dentes, eſt ſecundum quid, quoniam eſt tale ſecundū partem, non tamen eſt vt nunc cum in omni tempore ſit æthiopem eſſe album ſecundum dentes. Contingit tamen aliquando, vt ſecundū quid turpis, quoniam ſecundum faciem, in ægritudine, eſt vt nunc

nunc turpis,quoniam tempore ægritudinis.Similiter ſecundũ quid non neceſſario A idem eſt ei, quod eſt alicui tale,& quod eſt alicui tale non neceſſario,idem ei,quod eſt vt nunc tale,& ſuper hoc videas Galenum primo Tegni,quem ferè in omnibus ſequemur in negotio præſenti,cum quo concedemus duo. Primum quod illud eſt ſimpliciter tale, quod eſt tale ſine conditione diminuente, quæ eſt vt nunc, aut alicui, aut hic &c. hoc iam patuit. Secundum, quod id, quod eſt vt nunc, vel alicui aliquale accidit eſſe ſimpliciter ad alterum quomodolibet illi oppoſitum, & contra, quemadmodum iactare merces in procellis, eſt nunc eligibile, ſimpliciter autem ineligibile, & contra. Saluatio enim mercium eſt ſimpliciter eligibilis, & vt nunc ineligibilis, vt in procella. Sed in primum obiiciet quiſpiam, quoniam hulcus in pulmone, cauſon mortalis, & febris peſtilentialis ſunt ægritudines abſque diminuente conditione, ergo eſſent ægritudines ſimpliciter, cuius oppoſitum fatetur Galenus & probatur antecedens, quoniam ſunt diſpoſitiones, quæ in quocumque inueniantur, ſunt ægritudines, & in quocumque tempore & vbique. Iterum in ſecundum ſic obiiciet, quoniam B dictæ diſpoſitiones non eſſent ægritudines vt nunc, conſequens negligitur & probatur conſequentia, quoniam eſſent alicui ſanitates ſimpliciter, quod non conceditur, conſequentia verò palam eſt, per id quod ſecundo poſitum eſt. Quod alicui aliquale dicitur ad alterum, ſimpliciter quomodolibet illi oppoſitum. Sed ſalua huius reuerentia oſtendit, ſe noluiſſe dicta Galeni intelligere, ideo ad primum dicatur, huiuſmodi diſpoſitiones non eſſe ægritudines ſimpliciter: quoniam non congenitæ ſunt, velut habitus omni tempore duraturus, ſed quoniam aduentitiæ, quibus accidit non omni, vel plurimo tempore durare, dicentur tales vt nunc, & ſic patet illas eſſe diſpoſitiones cum hac conditione vt nunc, diminuente à totalitate ſimpliciter, & cum dicitur, in quocumque inueniantur, ſunt ægritudines, & in quocumque tempore &c. Ergo ſunt ægritudines ſimpliciter. Dicatur conſequentiam non valere, per idem enim deduceretur leuem quandam ephimeram hodie contractam, & ad terminum deducibilem C eſſe ægritudinem ſimpliciter, in quocumque enim inuenitur, eſt ægritudo, & in quocunque tempore, & vbique &c. Sed quia cum ſimpliciter dicitur à totalitate temporis,dicitur ab aptitudine omni tempore durare, ideo oportet ſic inferre, in quocunque inueniantur ſunt ægritudines, & in quocunque tempore aptæ ſunt durare &c. Ergo ſunt ægritudines ſimpliciter, & conſequentia erit bona, & ſecunda pars antecedentis falſa, vt palam eſt. Pro ſecundo autem noto quatuor. Primum, quod dictiones iſtæ ſimpliciter, & vt nunc, non apponendæ ſunt ſanitati, ægritudini,vel neutralitati,niſi ex quodam tranſumpto ad corpus,ad cauſam, & ad ſignum: quoniam non dicitur ſanitas ſimpliciter,niſi ſecundum quod denominant corpus, cauſam, vel ſignum, quæ proprie dicuntur ſimpliciter talia,patet hoc ex Galeno primo Tegni textu commenti noni, cum ſub ſermone concreti dixit, ſanum autem, ægrum,& neutrum, vnumquodque tripliciter dicitur, & textu, commenti vndecimi, cum dixit. Sed quoniam & efficiens & declarans, & ſuſceptiuum vnumquodque dupliciter dicitur hoc quidem ſimpliciter, hoc verò vt D nunc. Noto ſecundo vt poſt videbitur, quod ſanum vt nunc, non poteſt coniungi, niſi cum duobus corporibus ſcilicet ægro ſimpliciter, & neutro ſimpliciter, non enim cum ſano ſimpliciter, quod eſt optime ſanum, poteſt coire, quoniam ſanum vt nunc à generatione lapſum eſt,quod non coibit cum ſano optime à generatione. Noto tertio quod ægrum vt nunc poteſt coniungi cum tribus corporibus ſcilicet ſano ſimpliciter, ægro ſimpliciter, & neutro ſimpliciter: quoniam nullum corpus eſt à generatione aliquale, quod non contingat fieri ægrum, vt nunc. Noto quarto, quod licet corpus ab vna, & eadem diſpoſitione,qua eſt ſanum, vt nunc, ſit ægrum ſimpliciter, vel neutrum ſimpliciter, licet non vno reſpectu, nullum tamen corpus ægrum vt nunc vna, & eadem diſpoſitione, qua eſt tale, poteſt eſſe ſanum ſimpliciter, ægrum ſimpliciter,vel neutrum ſimpliciter, quoniam diſpoſitio congenita non poteſt eſſe aduentitia. Et ex his dico ad ſecundum, quod huiuſmodi diſpoſitiones dicuntur ægritudines, vt nunc, & non dicuntur tales propriè, ſed tranſumptiuè ſecundum quod denominant principa-

lius corpus, quod dicitur vt nunc tale, & non ſequitur quod ſint ſanitates ſimpliciter, quoniam non ſunt propriè ægritudines, vt nunc. Et cum dicitur, quod id, quod eſt vt nunc tale accidit &c. Dicatur, quod dictum illud cum ſit Ariſtotelis Topicorum, cap. trigeſimo, & Ethicorum, cap. ſecundo verificatur, conſideratione habita ad ſuſceptiuum diſpoſitionum, de quo proprie dicuntur dictiones iſtæ, ſimpliciter, & vt nunc, vt dicatur ſic id quod proprie dicitur vt nunc tale, accidit &c. Quoniam igitur cauſon mortalis non proprie dicitur ægritudo, vt nunc, ſed corpus tali diſpoſitione diſpoſitum, proprie dicitur ægrum vt nunc,ideo eſt,quod non accidit diſpoſitionem illam dici ſanitatem ſimpliciter. Sed contra, adminus ſequeretur corpus ægrum, vt nunc dici ſanum ſimpliciter, quoniam ſuſceptiuum eſt, quod proprie dicitur, vt nunc, vel ſimpliciter tale, conſequens eſt falſum, quoniam ægritudo, vt nunc, & ſanitas ſimpliciter non ſunt in eadem latitudine, ſed extremaliter opponuntur. Huic dicitur confitendo conſequentiam, & conſequens. Et ad improbationem conſequentis. Dico, quod quia ſanitas ſimpliciter, & ægritudo vt nunc ſunt extremaliter oppoſitæ, & in oppoſitis latitudinibus ſituatæ, non poſſunt ad inuicem verificari. Quoniam tamen nullum eſt corpus à generatione aliquale, quod non contingat fieri ægrum vt nunc, ideo in tranſitu ſimpliciter ſani ad non eſſe, poterit ægrum, vt nunc dici ſanum ſimpliciter,& non ſequitur quod ægritudo vt nunc ſit ſanitas ſimpliciter, cum ab eadem diſpoſitione nullum corpus dicatur ægrum vt nunc, & ſanum ſimpliciter, ſed à duabus, quarum prima eſt congenita velut habitus, ſecunda verò aduentitia velut diſpoſitio. Sed contra obiiciet aliquis, ſequeretur enim,quod album vt nunc poſſet dici nigrum ſimpliciter, ſicut ægrum, vt nunc dicitur ſanum ſimpliciter,quoniam ſumme album in hac hora eſt, proprie album vt nunc, & quod proprie dicitur vt nunc aliquale, accidit, vt dicatur ſimpliciter ad alterum quomodolibet illi oppoſitum. Huic dicitur, dictum hoc verificari ſolum de diſpoſitionibus oppoſitis, quarum vna latens eſt ſub alia, ſicut non ſunt albedo,& nigredo, ſed bene ſanitas ſimpliciter, & ægritudo vt nunc, cum enim ſanitas ſimpliciter ſit ipſi ſuſceptiuo, connaturalis, quæ ab ipſo ſeparari non poteſt, niſi maxime difficile, ægritudo verò vt nunc ſit aduentitia, & accidentalis, ipſi ſuſceptiuo, ideo adueniente ægritudine vt nunc corpori ſano ſimpliciter, per hoc ſanitas ſimpliciter non corrumpitur, ſed latens eſt in eodem ſuſceptiuo ſub ægritudine, vt nunc, velut frigiditas connaturalis aquæ latet ſub accidentali,& aduentitia caliditate ipſius aquæ. Sicut igitur aqua eadem dicitur calida, & frigida diuerſis diſpoſitionibus, quarum vna latet ſub alia, calida quidem ab aduentitia, & accidentali caliditate, frigida verò à connaturali, & inſeparabili frigiditate, ita idem corpus dicetur ægrum, vt nunc, & ſanum ſimpliciter à duabus diſpoſitionibus,quarum vna latet ſub alia, ægrum quidem vt nunc ab ægritudine accidentali, & aduentitia, ſanum verò ſimpliciter à congenita ſanitate difficulter inſeparabili latente ſub ægritudine, vt nunc. Iterum contra obiiciet aliquis, ſequeretur enim oppoſita eſſe ſimul in eodem ſuſceptiuo, quoniam ſanitas ſimpliciter, & ægritudo vt nunc ſunt extremaliter oppoſitæ, & poſſunt eſſe in eodem ſuſceptiuo, & conſequens contradicit Ariſtoteli in poſtprædicamentis cap. in oppoſitis. Huic dicitur, quod aliqua ſunt dicta oppoſita duobus modis, vno modo per ſe, & eſſentialiter, ſicut per ſe,& eſſentialiter ſumma albedo opponitur ſummæ nigredini, & ſanitas ſimpliciter ægritudini ſimpliciter, alio modo accidentaliter ſicut connaturalis frigiditas aquæ opponitur caliditati accidentali, & aduentitiæ ipſius aquæ,& ſanitas ſimpliciter ægritudini vt nunc, tunc dico, quod inconuenit prima oppoſita eſſe ſimul in eodem ſuſceptiuo, de ſecundis autem non inconuenit. Iterum contra, quæ magis diſtant, magis opponuntur, ſed ſanitas ſimpliciter magis diſtat ab ægritudine, vt nunc, ergo magis illi opponitur. Huic dicitur dupliciter. Vno modo, quod à maiori diſtantia accidentali non ſequitur maior oppoſitio quemadmodum ſanitas ſimpliciter diſtat ab ægritudine vt nunc. Alio modo dicatur, quod per magis diſtare intelligunt Philoſophi eſſe magis incompoſsibile, & ſic palam eſt ægritudinem vt nunc, & ſanitatem ſimpliciter non magis diſtare, quia non ſunt magis incompoſsibiles, ſed clarius de his infra dicemus. Redeamus autem nunc ad

A id, in quo fuimus, & dicamus quod duo ſunt modi, quibus velut duabus differentiis diuiditur ipſum ſimpliciter ſcilicet ſemper, & multum. Et debes ſcire, quod dictio hæc ſimpliciter ſecundum quod per ſe, & abſolute conſideratur, non diuidetur his duabus differentiis ſcilicet ſemper, & vt multum, quoniam cognoſcet quilibet ſignificationem vocabuli huius dictionis ſemper, in conceptu formali huius dictionis ſimpliciter contineri, hac enim dictione ſimpliciter ſignificabatur priuatio cuiuſcunque additionis, cuius proprium erat contrahere id, cui additur ad aliquid, quod innuitur per quo, & quando, & vbi &c. Et certum eſt, dictionem hanc ſemper exponi per hanc omni tempore, quæ dicitur priuatione additionis quando. Si autem conſideretur ſimpliciter ſecundum quod additur ſuſceptiuo ſanitatis, ægritudinis, & neutralitatis, patebit infra non inconuenienter diuiſum eſſe ſimpliciter tale, inſimpliciter ſemper, & ſimpliciter vt multum, non erit igitur diuiſio hæc logica, vel Metaphyſica, ſed ſcientiæ inferioris ſubiecti generis, magis limitati, & contracti per differentias.
B Quid igitur ſit ſimpliciter dici, & quid vt nunc, & quid ſimpliciter ſemper, & vt multum, dicatur hoc modo.

Caput ſextum eſt, de diffinitione ſanitatis, & eiuſdem coarctata his modis ſcilicet ſimpliciter, vt nunc, & ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter ut multum.

QVONIAM ſanitas eſt nobilior omnibus diſpoſitionibus ſubiecti generis medicinæ, finis enim nobilior eſt, & ſanitatis adeptio eſt medicinæ finis, ex Galeno in de Sectis, ideo à ſanitate, velut à meliori, & nobiliori diſpoſitione principium facientes, de ipſa, duo proponemus. Primum erit illius diffinitio,
C iuxta illud Platonis. Qui inchoat proprietatem aliquam, eius naturæ quid ſit dicere debet. Secundum verò erit ſanitatis diuiſio per differentias, quibus ipſa coarctatur in intentione medici. De primo igitur, attentione dignum eſt. Quod diffinitio, vt aiunt Philoſophi, maxime abſtrahitur ab his, in quibus eſſe rei diffiniendæ conſiſtit. Cum igitur ſanitatis eſſe in duobus conſiſtat, in quorum vno eſt velut in priori ſecundum naturam, in alio verò velut in poſteriori natura, ideo de ſanitate duas à duobus abſtrahemus diffinitiones, vnam à priori, alteram verò à poſteriori. Quòd ſi vtramque in vnam redigemus, fiet ſanitatis tertia diffinitio clarior, & expreſsior. Eſt igitur ſanitas à priori conueniens complexio, vel compoſitio, vel vnitas, eſſe enim ſanitatis eſt in prædictis, velut in cauſis, & prioribus ſecundum naturam, & hac diffinitione vtuntur inquirentes rerum cauſas, vt Ariſtoteles ſeptimo Phyſicorum textu commenti decimi ſeptimi dicens, ſicut ſanitas quidem calidorum & frigidorum commenſuratio quædam eſt &c.
A poſteriori autem ſanitatem diffiniemus per perfectionem operationum, ſunt enim operationes nobis notiores diſpoſitionibus, à quibus procedunt. Et hanc diffinitionem videtur innuere Galenus primo de Ingenio ſanitatis, cap. quinto dicens, ſed nos videmus homines ſe ſanos eſſe dicentes, dum actio eorum ab omnibus membris ſine impedimento fit, neque vllam de Medicis habent neceſsitatem.
D Idem quoque innuit Galenus primo de Accidenti, & morbo, cap. primo dicens. Dico ergo, quod vnuſquiſque dicit ſe ſanum eſſe dum ſolitas præter vllum impedimentum faciat actiones. Scias tamen, quod cum eſſe rei magis conſiſtat in his, quæ natura ſunt poſteriora ex tertio Metaphyſicæ, ideo eſſe ſanitatis magis conſiſtet in complexione, compoſitione, & vnitate, quàm in actione: eſt enim ſanitas natura prior actione, poſterior verò prædictis. Quapropter diffinitio ſanitatis magis proprie ex conuenienti complexione, vel compoſitione, vel vnitate, quàm ex perfectione actionum. Et huic atteſtatur dictum Galeni primo de Accidenti, & morbo cap. primo dicentis: Sanitas igitur & morbus aut erunt in actione naturali, aut in membro compoſito, per quod actio naturalis efficitur, ſed in aliquo dormiente, iacente ſeu quieſcente quandoque nullum membrum mouetur: Sanitas tamen ab eo non ob hoc dicitur priuata. Sanitas ergo vocatur, cum mem-

bra ſuas actiones facere poſſunt, poſſe autem iſtud fit ex naturali membrorum compoſitione. Sanitas igitur non eſt niſi naturalis compoſitio, naturalis autem compoſitio eſt cauſa naturalis actionis, ſanitas igitur, ſeu naturalis vocetur compoſitio, ſeu cauſa naturalis actionis intentio erit vna, licet in nominibus ſit diuerſitas, hæc Galenus. Et ex his verbis videtur verificari poſitio pluſquam Commentatoris ſecundo Tegni, commento ſecundo aſſerentis actiones nullo modo eſſe de eſſe ſanitatis, cum ſint poſteriores ipſa, & ſit membrum ſanum abſque quod agat, vel operetur, & ſic non neceſſario opus debet poni in diffinitione ſanitatis, cum ſit accidens corporis ſani. Quòd ſi quandoque à Galeno, & ab aliis reperiatur opus ipſum poni in diffinitione ſanitatis, hoc eſt, ſicut accidentalis differentia non faciens ad eſſe diffiniti, ſed ad magis explicandum. Tum quia multotiens differentiæ eſſentiales ſunt ignotæ. Tum quoniam accidentia magnam conferunt vim ad cognoſcendum quod quid eſt ex Ariſtotele in libro de Anima. A


B Quod ſi communiorem viam ſequi voluerimus non longe à verbis Galeni, dicemus actiones eo quidem modo eſſe de eſſe ſanitatis, quomodo ſunt de diffinitione eiuſdem. Cum igitur actiones compleant diffinitionem ſanitatis dictam à poſteriori, ſic & ipſas eſſe in poſteriori eſſe ſanitatis concedimus, quæ poſteriora medicus cum ſit artifex ſenſualis, ex Haly primo Tegni ſuperaddit prioribus, recolligendo ipſius ſanitatis tertiam, & clariorem diffinitionem. Quam in duxit Galenus primo de accidenti, & morbo, & primo de Regimine ſanitatis dicens, ſanitatem eſſe compoſitionem ſecundum naturam perficientem actiones, & Auicenna prima primi, cap. primo ſanitas eſt diſpoſitio, vel habitus, ex qua operationes ſubiecti ſanè perueniunt, & ſecunda Fen. cap. ſecundo ſanitas eſt diſpoſitio, per quam corpus hominis in ſua complexione, & compoſitione exiſtens eſt tale, vt ex eo omnes operationes eius proueniant incolumes, vt Auerroes ſecundo Colliget, cap. primo: ſanitas eſt bona diſpoſitio in membro cum qua ipſa operatur operationem, quam habet operari ſecundum naturam, aut patitur paſsionem, quam ſecundum naturam habet pati. Et hæc de diffinitione ſanitatis dicta ſint.

C Quoniam autem ex diuerſitate modorum, quibus ſanitas dicitur, determinat ſibi diuerſos gradus ſuæ latitudinis ſecundum magis, & minus differentes, iuxta illud Galeni ſecundo Tegni textu, commenti ſeptimi. Et diuidetur totius ſanitatis latitudo &c. ideo modos illos, quibus ſanitas diuerſimode dicitur notificando, vt res clariori luce videatur figurabo totius ſanitatis latitudinem illius diuerſos ordines continentem ſub hac figura difformi, cuius duæ medietates ſunt vni formiter difformes ſecundum lapſum, ab optime verè ſano ex vtroque latere, ex vno quidem per lapſum ab optime ſano verſus calorem, ex altero verò verſus frigus.

A

B

C



Latitudo totius ſanitatis, & eſt latitudo corporum naturæ.

DIVIDATVR igitur ſanitas quemadmodum placuit Galeno primo Tegni textu commenti vndecimi. In ſanitatem ſimpliciter, & ſanitatem vt nunc, vel alicui, tanquam in modos, quibus ſanitas primo coarctatur in intentione medici, & dicatur ſanitas ſimpliciter priuatione illius generis rei quod accidit ſignificari per contra poſitam determinationem ſcilicet, quo, vel nunc, vel vbi, vel alicui, & ſic temperies in actiuis, & paſsiuis qualitatibus à primua generatione connata, dicitur verè ſanitas ſimpliciter, quoniam dicitur talis priuatione temporis determinati, & loci, & determinati indiuidui humani, & determinati membri illius, ex quo enim eſt à generatione naturali quadam aptitudine apta eſt omnibus temporibus durare & in omni loco, & in quolibet indiuiduo, & eius quocumque membro, & propter hæc, nuncupamus ſanitatem ſimpliciter optimam ſanitatem, ipſamque locauimus in medio totius latitudinis ſanitatis, æqualiter diſtantem ab extremis diſtemperatis, vel diſtemperantia naturali, vel præter naturam, & quia ſeparatior eſt à ſuo oppoſito, non inclinatur in alterum extremorum, propter quod difficulter paſsibilis eſt ab extrinſecis alterantibus. Attentione igitur dignum eſt, quod ſanitas ſimpliciter, quæ dicitur optima ſanitas à generatione debet contrahi, non ſicut diſpoſitio, ſed velut habitus connaturalis de difficili mobilis, & de difficili paſsibilis ab extrinſecus accidentibus, & ſolo iſto reſpectu dicitur ſimpliciter ſanitas. Quòd ſi quid nominis huius dictionis ſimpliciter conſiderabimus, cum ſimpliciter tale ſit id, quod abſolute tale, erit ſanitas ſimpliciter, ſanitas abſoluta, abſoluta quidem à permiſtione cuiuſcumque conditionis attinen-

D

tis morbo, ſicut enim dicitur abſolute bonum, quoniam illi nihil mali commiſce- A
tur ita dicetur abſolute, vel ſimpliciter ſanitas, quoniam illi nihil morbi commiſcetur. Iterum attende, quod optimam ſanitatem merito in latitudine ſanitatis locauimus mediam, quoniam ipſa duarum ægritudinum eſt vere media, eſt enim optima ſanitas temperies caliditatis, & frigiditatis ex Ariſtotele ſeptimo Phyſicorum textu commenti decimi ſeptimi, & Galeno primo de Accidenti, & morbo, cap. quarto. Quare erit media diſtemperantiæ, quæ eſt in calido, & eius, quæ eſt in frigido, iuxta illud Galeni vt ſupra. Quòd ſi fuerit medium inter has extremitates, & ſit prout oportet, dicetur ſanum, ad quas extremitates cum egreditur, vt iam aſſumpſimus ex Ariſtotele, ſubito egreditur, ex Galeno verò paulatino quodam decurſu, ad quamlibet illarum poterit egredi. Obiiciet autem quiſpiam, tunc vnum duobus contrarium eſſe, & non vni tantùm. Conſequens noluit Ariſtoteles primo Perihermenias, & ſequela manifeſta eſt, ſi optima ſanitas, quæ eſt temperamentum eſt media duarum ægritudinum. Cui dicitur optimam ſanitatem eo modo duabus ægritudinibus contrariari, quomodo medium duobus extremis contrarium dicitur, ipſum enim non in ratione vnius tantum, ſed in ratione duorum contrariatur duobus extremis, vt ex quinto Phyſicorum habetur, ita optima ſanitas, non in ratione vnius ſanitatis, ſed in ratione duarum contrariatur diſtemperantiæ, quæ eſt in calido, & ei, quæ eſt in frigido. Iterum attende, quod licet ſanitas ſimpliciter contradiſtinguatur prius ſanitati vt nunc, non neglexit tamen Galenus eandem contradiſtingui ſanitati alicui, quæ non cuilibet, ſed habenti tantum dicitur ſanitas. Et propter hoc ſanitas ſimpliciter ſecundum quod opponitur ſanitati vt nunc, & ſanitati alicui eſt eadem ſecundum rem, diuerſa tamen ratione, vt enim opponitur ſanitati alicui eius ratio eſt, quod nullius comparatione, ſed vere & ſecundum ſe, & non ſolum habenti eſt ſanitas, vt verò opponitur ſanitati, vt nunc, eſt eius ratio, quod eſt ſanitas priuatione additionis temporis determinati aptitudinaliter in omni, vel multo tempore perdurans. Quæ autem ſanitas eſt talis nullius comparatione &c. Et quæ eſt ſanitas pri- C
uatione determinati temporis &c. vna res eſt, quoniam eſt illa optima ſanitas, quam in medio extremorum latitudinis ſanitatis poſuimus, quia enim optima ſanitas eſt ſine permiſtione conditionis morbi, ideo eſt abſoluta ſanitas, & per conſequens nullius comparatione eſt ſanitas. Et quia eadem eſt veriſſima temperies calidi, & frigidi ideo per ſe ipſa eſt ſanitas, ergo cuilibet eſt ſanitas. & non habenti tantum, hoc enim ipſum per ſe eſt de omni, ex poſterioribus Analyticis, & iterum quoniam ſanitas optima eſt, verè in medio extremorum diſtantior ab ipſis non inclinata in alterum illorum, ideo cum difficultate videtur poſſe pati ab extrinſecis nocentibus, quapropter videtur apta omni, vel multo tempore durare, & non ſecundum præſens tempus tantum, eadem igitur eſt ſanitas, quæ nullius compatione eſt ſanitas, & quæ priuatione temporis determinati eſt ſanitas. Iterum attende, quod ſanitas alicui, & ſanitas, vt nunc contradiſtinctę ſanitati ſimpliciter, licet diuerſantur ratione, ſunt tamen eadem re, ſanitas namque alicui cum non ſit ſanitas ſimpliciter, erit lapſa ab ea, & per conſequens non erit ſanitas per ſe, & cuilibet, ſed habenti tantum. Et quia vergit in alterum extremorum D
diſtemperantiæ, in quod magis inclinatur, ideo ab eo videtur faciliter poſſe alterari, & conſequentur non omni, vel multo tempore durare, quare quæ eſt ſanitas habenti tantum non longè duratura, dicetur ſanitas, vt nunc. Et hanc ſanitatem alicui, vel vt nunc, locauimus in ſecundo ordine totali latitudinis ſanitatis verſus illius non gradum propter magis vergere ad oppoſitum ſanitatis, quod eſt ægritudo, vt nunc, in quam magis inclinatur, & in eam facilius poteſt corpus ſanum vt nunc, cadere propter eſſe magis paſsibile ab extrinſecis nocentibus. Erit igitur ſanitas alicui quæ lapſa eſt ab optima ſanitate verſus alterum extremorum participans permiſtionem contradictionis oppoſitæ, & ob hoc non eſt cuilibet ſanitas, quoniam non abſolute ſanitas, ſed habenti tamen. Sanitas verò vt nunc eſt, quæ lapſa eſt ab optima ſanitate verſus aliquod extremorum de facili mutabilis in alterum ipſorum merito cuius dicetur non longe duratura, ob quod dicitur ſanitas apta durare ad determinatam temporis differentiam, vt inde dicatur ſanitas

vt nunc

A vt nunc. Attentione tamen dignum eſt, iuxta Galenum, quòd ſanitas, vt nunc eſt etiam diſpoſitio congenita, & non dicitur vt nunc, quoniam acquiritur ſecundum tempus præſens, ſed quoniam mutabilis eſt in alterum extremorum propter magis vergere in illum, non eſt apta ſemper durare, ſed ſecundum determinatam temporis differentiam, connaſcitur igitur quælibet ſanitas, quoniam ipſa eſt diſpoſitio ſecundum naturam, & ſignum ſuper hoc adduxit Galenus, quoniam naturaliter redit corpus ad eam cum perditur ſi dimiſſum fuerit corpus ſuæ naturæ. Scias igitur, quoniam ſanitas eſt diſpoſitio ſecundum naturam connata erit, connaſcetur autem vel ſicut habitus naturalis cum difficultate mutabilis, & erit ſanitas ſimpliciter dicta, vel connaſcetur ſicut diſpoſitio quædam naturalis de facili mutabilis, & erit ſanitas vt nunc, vel habenti tantùm. Et ex hoc iterum attende in quo ſanitas ſimpliciter & ſanitas vt nunc conueniant, & in quo differant: conueniunt enim, quoniam ambæ ſunt diſpoſitiones ſecundum B naturam, differunt autem ſicut habitus, & diſpoſitio, eſt enim earum differentia in eſſe magis, & minus ſanitas, & quia magis, & minus variant ſpeciem, erit ſanitas ſimpliciter eiuſdem ſpeciei cum ſanitate vt nunc, gradualiter ſolum differentes. Et ob hoc locauimus eas in eadem latitudine ſub diuerſis tamen gradibus totalibus eiuſdem ſub primo tenente extremum intenſius latitudinis ſanitatis ſanitatem ſimpliciter, ſub ſecundo terminato ad non gradum eiuſdem, ſanitatem vt nunc ordinauimus, ex vno quidem latere per lapſum à temperamento verſus calidum, ex alio verò per lapſum à temperamento verſus frigidum. Iterum attende, quoniám, vt teſtantur logici, ſimpliciter tale dicitur, vel quod apud omnes vere eſt tale, vel quod omnibus videtur tale, ideo ſanitatem ſimpliciter diuidemus in ſanitatem, quæ apud omnes verè eſt talis, & in ſanitatem, quæ omnibus videtur talis, quarum primam, ſanitatem ſimpliciter ſemper nominauit Galenus primo Tegni, & ſanitatem optimam ſecundum veritatem, eam dixit Pluſquamcom C mentator. Secundam verò voluit Galenus ſanitatem vt multum, vel ſanitatem optimam ſecundum apparentiam tantùm, & propter hoc duos gradus, vel ordines partiales in latitudine ſanitatis diſpoſuimus complentes totam latitudinem ſanitatis ſimpliciter, vel optime, in quorum primo qui eſt, intenſiſsimus totius latitudinis ſanitatis locauimus optimam ſanitatem ſecundum veritatem: in ſecundo verò cuius extremum remiſsiſsimum latitudinis ſanitatis vt nunc poſuimus ſanitatem optimam ſecundum ſenſum tantùm, quæ ſanitas ſimpliciter vt multũ dicitur, & in vtroque latere, in vno quidem per lapſum à ſanitate ſemper, verſus calidum, in altero verò per lapſum à ſanitate ſemper, verſus frigidum. Et debes ſcire, quòd ſanitas dicitur ſemper talis, non à ſempiterna eius duratione, quoniam morte corrumpitur, neque quia ſuſceptiuum ſub ea ſemper duret, actionibus perfectiſsimis vtendo, ſed quoniam merito naturalis inclinationis, quam habet ſuſceptiuum in eam, aptum eſt omni tempore durare ſub ea, perfectiſsimas exercendo operationes. Quapropter dictio hæc, ſemper, iuncta ſanitati non dicit circumſtantiam temporis, ſub actu operationis habitæ, ſed ſub aptitudine naturali operationis exercendæ, ſimiliter ſanitas vt multum non dicitur, quoniam plurimo tempore duret, ſed quoniam apta eſt merito naturalis inclinationis &c. plurimo tempore durare, D cum quibus tamen ſtat, quòd vtrumque corpus, ſanum ſcilicet ſemper, & ſanum vt multum, merito paſsibilitatis ab extrinſecis maxime alterantibus duret ſub oppoſito ſanitatis ſimpliciter. Quid igitur ſanitas ſit, & quot modis dicatur, manifeſtum ſit hoc modo.

Caput ſeptimum ſoluit dubitationes contingentes ſanitati ſimpliciter dictæ, & ſanitati ut nunc.

CVM ſoluere non ſit ignorantis vinculum, ex tertio ſapientiæ textu commenti primi, ideo ne præcedentium dictorum ſcientia ſub velamento ignorantiæ lateat, duxi ſoluendum que ambigunt Doctores circa ſanitatem ſimpliciter & vt nunc dictam. Petamus igitur primo, ſi ſanitas ſimpliciter ſit diſpoſitio con-

genita, & videtur quod ſic, iuxta illud Galeni primo Tegni textu commenti decimi quinti. Sanum eſt ſimpliciter corpus ex generatione quidem eucraton &c. A
Ad oppoſitum verò arguitur, cuius ſunt cauſæ effectiuæ à medico quidem operabiles, non eſt à generatione tale, ſed ſanitatis ſimpliciter ſunt cauſæ effectiuæ à medico operabiles, ex Galeno tertio Tegni: ergò ſanitas ſimpliciter non eſt à generatione talis. Huic ſunt plures modi dicendi. Primus eſt quorundam putantium quòd ſanitati ſimpliciter accidit, vt dicatur talis, à generatione, id eſt à principio generationis, quoniam quod per ſe, & eſſentialiter non comitatur alicui, accidit illi, ſed à generatione id eſt à principio generationis non comitatur per ſe, & eſſentialiter ſanitati, ſimpliciter, ideo accidit illi. Poteſt igitur iuxta eos ſimpliciter ſanitas à principio generationis contrahi, & ex tempore haberi, cum vtrumque ſcilicet à generatione eſſe, & ex tempore eſſe, ſanitati ſimpliciter accidat. Duobus igitur dictis, ſoluam ad quæſitum. Primum non oppugnat ſanitatem ſimpliciter eſſe diſpoſitionem à generatione innatam. Secundum non oppugnat ſanitatem ſimpliciter eſſe ex tempore contractam. Probatur primum ſupponendo dictionem hanc a generatione eſſe notam intenſionis, & fixionis, vt ſcilicet illud dicatur tale à generatione, quod eſt intenſiue tale, per reſpectum ad ea, quæ ſunt eiuſdem denominationis non intenſiſsime, & fixe talia, tunc arguitur, à principio generationis Socratis potuerunt cauſæ productiuæ ipſius, ita fortiter, & ſub temperamento tali concurrere, vt diſpoſitionem quandam maximè fixam, & intenſiſsimam producerent, qua Socrate, in omni decurſu ætatiuo, optimarũ operationum foret perfectiuus. Sed illa diſpoſitio eſt ſanitas ſimpliciter dicta, iuxta Galenum in primo de Morbis, & accidentibus, cap. quarto: ergo ſanitas ſimpliciter ex tempore erit. Secundum verò probatur, quoniam Socr. cholericus poteſt reduci ad temperamentum, ergo tunc erit factus ſanus ſimpliciter, & non à principio generationis, vt patet. Ergo ſanus ſimpliciter talis erit ex tempore. Iterum ſanum ſimpliciter leuiter dolens artis beneficio reducetur ad optimam ſanitatem, ergo optima illa ſanitas ad quam reducitur, eſt ex tempore contracta. Palam eſt conſequentia, quoniam non eſt illa, quæ prius fuit, quoniam ſemel corruptum amplius redire non poteſt idem numero. Licet hic modus reſpondendi poſsit tolerari, nil minus vt iuuenum excitentur ingenia in ipſum duas adducam rationes. Prima, quod ſecundum naturam eſt, neceſſario eſt, temperatum, primo de accidenti, & morbo, cap. primo. Quod autem ſecundum naturam eſt in ſpermatibus tale eſt, iuxta illud Galeni vt ſupra, in ſpermatibus quoque &c. Ergo quod temperatum eſt, in ſpermatibus tale eſt, tunc arguitur ſic. Sanitas ſimpliciter eſt temperamentum, ergo ſanitas ſimpliciter eſt in ſpermatibus talis, antecedens eſt Galeni primo de Morbo, cap. quarto, & ex conſequente arguatur ſic, ſanitas ſimpliciter eſt in ſpermatibus talis. Quod autem tale eſt in ſpermatibus congenitum eſt, ergo ſanitas ſimpliciter congenita eſt. Secunda ratio eſt, ſanitas ſimpliciter, quæ eſt perfecta ſanitas, eſt temperies quædam, iuxta illud Galeni loco vt ſupra, ſicut enim temperamentum, quod eſt perfecta ſanitas &c. Ergo ab eo eſt ſanitas ſimpliciter à quo eſt temperies ipſa. Sed temperies eſt à prima rei generatione, ergo & ſanitas ſimpliciter erit à prima rei generatione, & aſſumptum arguitur, quoniam temperies, & inde ſanitas eſt ab elementis temperate commiſtis, ſed commiſtio temperata ipſorum elementorum eſt à prima rei generatione, ergo temperies, & ſanitas perfecta erunt à prima generatione rei: minor eſt Ariſtotelis in primo de Generatione circa finem, & maior patet, iuxta illud Galeni primo de Morbis, cap. quarto. Et concedamus, quod prima elementa ſunt quatuor ſcilicet calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, quibus quidem temperate commiſtis corpus erit ſanum &c. Propter hæc igitur eſt alius modus dicendi, quem puto magis ad mentem Galeni, concedit enim ipſe, vt ex proximo præcedenti capite apparuit, ſanitatem quamlibet à primæua generatione haberi. Quod ſi velut habitus quidam connaturalis habeatur comitans corpus per omne, vel plurimum temporis, dicetur ſanitas ſimpliciter, Si verò velut diſpoſitio quædam de facili mutabilis in oppoſitum, dicetur ſanitas vt nunc. Munitur quidem portio hæc & ratio tribus aliis. Prima, connaſcitur vita, in de Morte, & vita, ergo connaſcetur & ſanitas,

A nitas,cōſequentia eſt Auicennæ prima primi doctrina tertia de Complexionibus, dicentis, quod omnia corpora à generatione contraxerunt ſibi aliquam complexionem æqualem, ſub qua ſunt ſana, & viua. Iterum toti latitudini ſanitatis ægritudo vt nunc eſt oppoſita, tum iuxta Galenum ſecundo Tegni textu commenti ſexti, tum etiam quoniam non eſt aliqua ſanitas, quam non contingat corrumpi in ægritudinem vt nunc, ſed ægritudo vt nunc, eſt accidentalis, & aduentitia, ergo quælibet ſanitas eſt naturalis, & ab intra inchoata, valida eſt conſequentia per hoc: quoniam ſi duorum contrariorum vnum eſt corpori innaturale, & aduentitium, reliquum eſt eidem naturale,& verificamus minorem ſic, quoniam ægritudinis vt nunc principium eſt ab extra, quia à ſex rebus non naturalibus immoderate ipſi corpori oblatis ex tertio Tegni. Iterum quodlibet corpus ſanum eſt eucraton, & coæquale ſecundum propriam naturam, palam autem eſt hoc de ſano corpore ſimpliciter, de ſano autem vt nunc,id conceſsit Galenus primo Tegni textu cōmenti decimi quinti, ergo cuiuſlibet corporis ſani natura eſt principium,
B conſequentia eſt Ariſt. ſecundo Naturalium textu,comm. quinti dicentis, quod ſecundum naturam ſunt hæc ſcilicet ſubſtantia,& quæcunque inſunt his ſecundum ipſam,vt igniferi ſurſum,ſi ergo cuiuſlibet eucraſiæ principium eſt natura, videtur quamlibet eucraſiam à natura à generatione eſſe talem. Iterum ſanitas connata eſt corpori,ergo naturalis,probatio aſſumpti eſt, id enim connatum eſt,in quod corpus derelictum ſuæ naturæ inclinatur ex primo Cœli,eſt enim frigiditas connaturalis aquæ,quoniam aqua ſuæ naturę derelicta in eam inclinatur,ex primo Cœli, eſt enim frigiditas cōnaturalis aquæ, quoniā aqua ſuæ naturæ derelicta inclinatur in frigiditatem, ſed corpus ſanum factum ægrum vt nunc, ſuæ naturæ derelictum inclinatur in ſanitatem,& ad ipſam redit. Ergo ſanitas eſt illi connaturalis,minor vera eſt per hoc,quoniam ſi corpus ſuæ naturę derelinquatur,non inuenitur in eo diſpoſitio aliqua præter naturam operans in ipſum,vt redeat ad oppoſitum ſanitatis,neq.vt ſub ægritudine conſeruetur cū diſpoſitio faciens,vel conſeruans ægritu
C dinem ſit præter naturam ex tertio Tegni & primo de Morbis. Iterum ſanitas eſt naturalis compoſitio membrorum faciens actiones primo de Accidenti,& morbo,cap.primo naturalis autem compoſitio eſt à prima elementorum commiſtione, cap. quarto ergo à prima elementorum commiſtione eſt ſanitas. Iterum optima compoſitio eſt talis ſecundum naturam, & ipſa eſt ſanitas ſimpliciter,ergo ſanitas ſimpliciter eſt talis ſecundū naturam antecedens notum eſt,iuxta illud Gal. tertio Tegni textu comm. XVI. Et mouent corpora ab ea, quæ ſecundum naturam conſiſtentia. Iterum dixit Gal.primo Tegni textu comm.decimi quinti corpus ſimpliciter ſanum,eſſe corpus à generatione eucraton, & coæquale. Quod ſi intelligant à generatione, id eſt intenſiſsime, & maxime fixe tale. Contra, tunc ſanum ſimpliciter, & vt nunc, in idem coirent, quod eſt impoſsibile, quoniam contraponuntur, quæ in eadem diuiſione diuidenda aſſumuntur, & conſequentia probatur, quoniam ſanum vt nunc, formaliter completur per eſſe tale in hac hora, iuxta illud Galeni vt ſupra. Sanum verò vt nunc, eſt corpus, quod ſecun-
D dum tempus præſens ſanum eſt, cum igitur in hac hora corpori poſsit acquiri diſpoſitio aliqua intenſiſsima, & maxime fixa, qua tale corpus ſuas perficiet actiones, ergo corpus effectum ſanum vt nunc, quoniam in hac hora efficitur ſanum ſimpliciter, quoniam à generatione, id eſt intenſiſsime, & maxime fixe tale. Verius igitur dicamus, dictionem hanc à generatione, tum merito ſuæ principalis ſignificationis, tum merito eorum, quibus additur, dicere ſecundum naturam intenſe, & maxime fixe tale, eſt enim generatio naturæ actus, quo res primo eſt, ex primo de Generatione,ea etiam, quibus additur ſunt diſpoſitiones ſecundum naturam, vt ſanitas, vel ægritudo, & neutralitas ſimpliciter. Ex his igitur confiteamur iuxta viam hanc duo hæc dicta. Primum quælibet ſanitas eſt diſpoſitio ſecundum naturam, ſecundum,quælibet diſpoſitio à principio generationis habita eſt ſecundum naturam talis, primum voluit Galenus primo de Accidenti, & morbo,cap.primo:ſecundum verò voluit Ariſtoteles ſecundo Phyſicorum textu commenti quinti & vndecimi. Conati ſunt autem quidam modum hunc dicendi redarguere. Primo quoniam non minus repugnat caliditas frigiditati,quàm

diſpoſitio naturalis diſpoſitioni præter naturam. Sed caliditas frigiditati à generatione coniungitur, ergo & diſpoſitio præter naturam diſpoſitioni naturali à generatione coniungetur. Adhuc non plus repugnat caliditas formæ aquæ, & eius frigiditati, quàm diſpoſitio præter naturam formæ Socratis & eius ſanitati, ſed à generatione poteſt acquiri caliditas aquæ, vt patet de aquis balneorum, ergo diſpoſitio præter naturam à generatione poteſt acquiri formæ Socratis. Adhuc ſit materia generationis Socratis ſub diſpoſitione optima ſecundum compoſitionem, & non adhuc ſecundum complexionem, & per aliquod agens diminuens, vel condenſans, vel rarefaciens, labatur ſecundum optimam cõpoſitionem, & diſponatur ſecundum complexionem, & quæratur ſi ille lapſus compoſitionalis ſit naturalis, vel præter naturam, ſi præter naturam habetur intentum, ſi naturalis, quæratur tunc quare hæc materia ſecundum compoſitionem poteſt naturaliter labi, & non præter naturam, corpus tamen optime ſanum non poteſt naturaliter labi, ſed ſolum præternaturaliter per poſitionem, & patet, quod nulla eſt dabilis reſponſio, niſi voluntaria. Latrant iſti, & parum ſuis rationibus Galenum mordent, & ideo ad eas non erit difficile reſpondere. Ad primam igitur dicatur, maiorem propoſitionem eſſe impoſsibilem, quoniam caliditatis ad frigiditatem eſt repugnantia ab oppoſitione contradictionis, quæ oppoſitionum eſt maxima, ex primo Poſteriorum, cap. ſecundo. Vel aliter dicatur, quòd ſi caliditas repugnat frigiditati, tunc impoſsibile eſt, quod pro minore aſſumunt, ſcilicet caliditatem à generatione frigiditati coniungi, quæ enim ad inuicem coniunguntur eidem ſunt compoſsibilia, & per conſequens non oppugnantia ex Ariſtotele in poſtprædicamentis ſermone in oppoſitis, quapropter ſi repugnabunt non coniungentur aliquo modo, & ſi coniungentur non erunt ad inuicem oppoſita. Patefecimus equidem alias, cum ſcripſimus de intenſione qualitatis, & eius remiſsione, ſecundum quos gradus ad inuicem ſunt contraria compoſsibilia. Quòd ſi caliditas ſub intenſiſsimo gradu ſuæ latitudinis aſſumatur, cuilibet gradui frigiditatis eſt incompoſsilis, cui neque à generatione, neque ex tempore poteſt coniungi, quod ſi à generatione caliditas coniungatur frigiditati, vt in miſtis genitis ex elementis, hoc erit in gradibus non ſub ſummo ſuarum latitudinum exiſtentibus, à quibus nulla oppoſitio, ſed omnino compoſsibilitas eorum ad inuicem originabitur, nulla tamen diſpoſitio naturalis à generatione poteſt coniungi diſpoſitioni præter naturam ex eo: quoniam quod aduentitium, & non ſecundum naturam eſt, efficeretur naturale, & congenitum, nunquid autem diſpoſitioni naturali ex tempore poſsit coniungi diſpoſitio præter naturam, velut non eidem contrariam dicemus poſtea. Ad ſecundam rationem dicatur minorem eſſe impoſsibilem. Pro ſigno autem de aquis balneorum aſſumpto, Annotatione dignum eſt, quod ipſæ non ſunt genitæ calidæ, ſed merito locorum ſuæ generationis contraxerunt ſibi quandam caliditatem accidentalem, & aduentitiam, & quia caliditas eſt connaturalis loco generationis aquæ, putarunt nonnulli & ipſius aquæ caliditatem illam fore congenitam, quod non admittimus. Sed contra obiiciet aliquis, quàm primo aqua huiuſmodi eſt genita, ipſa eſt calida, ergo caliditas eſt ei congenita. Huic dicatur negando aſſumptum, pro quo iterum attentione dignum eſt, quod cum caliditas ſit de numero permanentium, cuius fieri eſt ſucceſsiuum, per viam ſuæ inceptionis non dabitur illi primum eſſe, ſed vltimũ non eſſe, vt ſcripſimus in opere de inſtanti, aqua autem quoniam permanens eſt, cuius eſſe non eſt dependens ab aliquo ſucceſsiuo, in inceptione ſui dabitur vltimum non eſſe, quapropter hæc propoſitio eſt falſa, quàm primum aqua eſt genita ipſa eſt calida, quoniam ex illa ſequitur, quod cum in inſtanti quod eſt primum eſſe aquæ aqua ſit genita, quod in eodem ſit calida, & quia ante illud nunquam fuit calida, quoniam adhuc non genita, tunc caliditati in aqua daretur per viam ſuæ inchoationis primum eſſe, quod eſt falſum. Scias igitur. Quod in generatione aquæ balneorum primum inſtans eſſe aquæ eſt vltimum non eſſe caliditatis eiuſdem, cum enim dicimus nunc eſt aqua, & immediate ante hoc non fuit aqua, tunc verum eſt dicere nunc non eſt calida, & immediate poſt hoc erit calida, neſcientes autem hoc diſtinguere errarunt, aſſerentes caliditatem eſſe congenitam aquæ balneorum

A neorum. Ad tertiam rationem, ſcias,quod per materiam generationis Socratis nó intelligo ſolam materiam primam omnium generabilium vnam & ingenitam, ſed volo ipſam cum quibuſdam diſpoſitionib.ita facientib.ad generation em Socratis, quod merito illarum per nullam potentiam poſſet indiuiduũ eiuſdem, vel alterius ſpeciei generari,tunc admiſſo caſu dicatur,quod ille lapſus eſt præternat uralis materiæ,ex qua Socra. inde generandus eſt.Eſt autem naturalis Socra.qui ex illa materia debet gigni.Primum lucide claret,quoniam cum huiuſmodi materia labitur ab optima compoſitione, hoc eſt ab agente in ipſam iam genitam,& actuatã ſecundũ cõpoſitionem ad generationẽ Socratis,quapropter lapſus ille accidentalis,& aduentitius eſt,ipſi materię priori tempore,actione agentis in ipſam,diminuendo,cõdenſando, vel rarefaciendo,& ſic palam eſt nõ eſſe lapſum præter naturã congenitum, ſed vltra genitum.Secundum verò lucèclarũ eſt,quoniam illo lapſu ab optima cõpoſitione vnà cũ cremento perfectionis complexionis Socratis,Socrates generabitur.
B Quapropter,omnis diſpoſitio tunc ſibi acquiſita eſt illi naturalis,& cõgenita.Quod ſi ab illo lapſu materiæ ab optima cõpoſitione Socr.lædatur,ne ſolitas actiones corporis optime ſani ſecundũ compoſitionẽ poſsit perficere, ab eodem lapſu ponetur in latitudine neutralitatis ſimpliciter vel ęgritudinis ſimpliciter quarũ quęlibet eſt lapſus naturalis. Dubitamus ſecundo ſi corpus ęgrum artis beneficio poſsit fieri ſanũ ſimpliciter,& videtur quod nõ,quoniã naturale & cõgenitum efficeretur accidẽtale,& aduentitium,dictũ eſt.n.iam ſanum ſimpliciter eſſe à generatione eucraton, & coęquale. Oppoſitum autem voluit Gal.tertio Tegni. Huic moderni reſpondentes duo pronunciant,primum, partem affirmatiuam dubii,ſecundum inuehunt in Pluſquam cõmentatorem ipſumvacilantem in hoc, & ſibimet contradicentẽ fuiſſe, primũ relinquunt notũ ex tertio Tegni, ſecundũ autẽ oſtendunt ex verbis illius, quoniam primo Tegni,comm.XV. digreſsione quarta concludit poſt generationẽ contingere corpus eſſe ſimpliciter ſanum, inquiens, quod non ideo dicitur corpus ſimpliciter ſanũ,quoniam ſit à generatione tale,ſed quoniam optime,& maxime ta
C le,quantumcumq. poſt generationem, & oppoſitum huius dixit eodem comm.Digreſsione ſecunda inquiens,quia diſpoſitio ſimpliciter talis,qua corpus eſt ſimpliciter tale eſt vt habitus quidam ſolummodo congenitus. Quos nos proteruientes, & male mentis iudicamus, attendentes ſolummodo verbis, vt illi contradicant, & non radici poſitionis. Quapropter annotabis tria,& poſitio hęc fiet clarior.Primũ quod dictio hæc ſimpliciter dicitur priuatione cuiuſcunque additionis auferentis totalitatem, vt id dicatur ſimpliciter tale,quod abſolutum eſt tale,abſolutum quidem, quoniam purum, & impermiſtum contrario, & quia id, quod eſt purum, & contrario impermiſtum non eſt de facili alterabile,id eo neque à ſubiecto de facili remouibile, vt inde ſequatur, quod id,quod eſt ſimpliciter tale,ſit habituale quoddam,ſiue habitus ille fuerit à prima generatione innatus,ſiue poſt acquiſitus,per ſe igitur eſt ipſius ſimpliciter eſſe habituale,accidit autem ei eſſe connatum, vel poſt generationem acquiſitum. Noto ſecundo tria eſſe corporum genera,quæ contingunt diſpoſitionib. ſanitate,videlicet ægritudine,vel neutralitate, primũ genus
D eſt corporum naturæ, & ſunt talia per diſpoſitionem congenitam eiſdem connaturalẽ, & ſunt omnia corpora in latitudine ſanitatis ordinata,merito quorũ latitudo ſanitatis diciturlatitudo entium ſecundum naturam,ſecundũ eſt genus corporũ defectus naturę,& ſunt talia per diſpoſitionẽ aduentitiam eiſdem pręter naturam, & ſunt omnia corpora extra latitudinẽ ſanitatis exiſtentia, ordinata in latitudine neutralitatis,vt nunc, & in latitudine ægritudinis vt nunc,merito quorũ dicta ſunt illę latitudines corporũ præternaturam. Tertium eſt genus corporũ profectus naturę ab arte, & ſunt corpora beneficio artis reducta, & ſunt imagines,& ſimulachra corporum naturæ,ſecundum quod ars naturæ eſt imitatrix ex ſecundo Phyſico. Noto tertio,quod ſcientiæ medicinæ ſolummodo eſt diſtinguere vel corpora naturæ, vel corpora defectus naturę,quoniam cũ ſcientia ſit eorũ,quę ſunt ſecundum naturam ex ſecundo Phyſic. non ſubterfugiunt eam,quæ ſunt contraria naturæ.Senſus .n.& ſcietia videntur eſſe contrariorũ,nõ autem diſtinguit corpora profectus naturæ ab arte,quoniam per hoc diſtinguitur ſcientia ab arte,& econtra.Ars igitur medicinæ non eſt de corporib.naturę,vel defectus naturę,quoniam opera artis nõ ingrediun

tur diſtinctionem ſcientiæ neque proprie eſt de corporibus profectus naturæ ab arte, ſed eſt ad illa, quoniam ars non proprie eſt de obiecto, ſed ad illud, ſecundum quod habitus in intellectu ſpeculatiuo quandoque dirigit ad habitum intellectus practici, qui eſt ars medicatiua, cuius eſt diſtinguere corpora profectus naturæ ab arte, & dirigere ad actum in corpus. Ex his igitur colligo, quæ diſſoluunt dubium. Et dico primo nullum corpus ægrum, vt nunc, vel neutrum vt nunc artis beneficio poſſe fieri corpus ſimpliciter ſanum naturæ, quoniam quod eſt congenitum aduentitium efficeretur. Et quod per ſe eſt, ipſius accidentis per accidens naturam ſaperet, Quinimo quod ſecundum naturam tale eſt, præter naturam dicendum eſſet tale, quæ omnia impoſsibilia ſunt, ſunt enim ægritudo vt nunc, & neutralitas vt nunc præternaturales, & aduentitiæ diſpoſitiones, ſicut & omnis ſanitas eſt naturalis, & congenita diſpoſitio. Et intelligo, quod non poſsit fieri ſanum corpus ſimpliciter naturæ, tanquam id, quod poſt generationem acquiritur. Et ob hoc dicatur, quod corpus ægrum vt nunc, vel neutrum vt nunc, effectum tale ex corpore ſano ſimpliciter naturæ, velut ex termino à quo, artis beneficio poteſt fieri ſanum ſimpliciter naturæ, non quod aliquid habituale ei de nouo acquiratur, quod non præfuerit, ſed quod artis beneficio redit ad actum illius, quod ex aptitudine quadam naturali latens erat ſub accidentali, & aduentitia diſpoſitione, cum enim ægritudo vt nunc, & neutralitas vt nunc adueniunt corpori ſimpliciter tali, non permutant omnem naturam, & potentiam illius, ſed ſolum dominium actualitatis ſuæ connatæ diſpoſitionis, ſicut poſt apparebit. A B

Et ex hoc patens eſt, quod vbi etiam concurreret beneficium artis, tale poterit dici corpus naturæ, licet enim ſoli naturæ derelictum ad priſtinam diſpoſitionem poſsit redire, quia tamen aliquando beneficio artis iuuantis opus naturæ, & ipſum perficientis redit, non minus dicetur corpus naturæ. Quapropter dico ſecundo, quòd corpus naturaliter lapſum arte reductiua, contingit fieri corpus ſanum ſimpliciter, non quidem naturæ, quoniam non eſt tale effectum à generatione, ſed profectus naturæ ab arte, quoniam in quibuſcumque corporibus, quæ natura ipſa exhibet medico, eſt complexio, compoſitio, coæqualitas, & inæqualitas, ſicut habitus quidam congenitus, quo corpus dicitur ſimpliciter aliquale, quod ſi huiuſmodi corpora beneficio medici fuerint reducta, tunc non erunt corpora naturæ, quoniam natura non ſunt reducta, ſed quia arte reducente facta eſt ſubſtantialis conuerſio in ipſis, vt inde non inſit eis natura reuocans in amiſſum, ideo dicentur corpora ſimpliciter ſana profectus naturæ ab arte. Et ex hoc dico tertio non inconuenire poſt generationem eſſe corpus ſimpliciter ſanum, patet, quoniam aliquo cooperãte poteſt effici ſanitas, vt quoddam habituale. Et iam diximus id eſſe ſimpliciter tale, quod eſt habituale, vel congenitum tale. Neque hoc contradicit nobis alias dicentib. corpora ſimpliciter talia eſſe à generatione huiuſmodi, quoniam tunc & nos, & alii ſic dicentes intellexerunt de corporibus naturæ, in quibus à natura eſt diſpoſitio, velut quidam habitus congenitus, quo dicuntur ſimpliciter talia nunc autem loquimur de corporib. reductis, quæ ſunt corpora profectus naturæ ab arte, quibus poſt generationem arte reducẽte poteſt acquiri aliqua diſpoſitio, ſicut habitus, & non ſunt corpora naturæ, ſed aſsimilantur illis, ſicut ars aſsimilatur naturæ & habitus acquiſitus habitui naturali. Et hoc eſt, quod ſoluit apparentẽ contradictionem in verbis Pluſquamcommentatoris, male equidem penſitatam à Modernis, & hoc poſtea melius apparebit. Sed ambiget quiſpiam, in quo corpora ſcilicet naturæ, & profectus naturæ ab arte diſtinguantur, Dicendum, quoniam illa à generatione ſunt, hæc verò ab arte, licet vtraq. dicatur ſimpliciter talia. Et ſic voluit ea diſtinguere Gal. primo Tegni textu, comm. decimi quinti, cum dixit corpus ſimpliciter ſanum eſſe à generatione eucraton, & coequale. Iterum quoniam illa ſunt verè talia, hæc verò non ſunt vere talia, ſed imagines, & ſimulachra illorum, quemadmodum effectus artis non eſt vere talis, ſed imago illius. C D

Iterum dubitabit aliquis, ſi corpora profectus naturæ ab arte ſint ordinanda in latitudine ſanitatis, quam diuiſit Galenus in tres partes ſecundo Tegni textu commenti ſeptimi. Huic dicatur, quòd non, quoniam cum Galenus illic ſit docens ſcientiam medicinæ, habet diſtinguere ſolummodo corpora naturæ, quæ à ſola

ſcientia

A ſcientia diſtinguenda ſunt, vt iam dictum eſt. Quapropter ſub gradibus latitudinis ſanitatis diuiſæ ab eo non ordinabuntur niſi corpora naturæ, quæ ſunt talia à diſpoſitione connata, & non corpora profectus naturæ ab arte, quoniam à ſola arte medicatiua diſtinguenda ſunt, quam vnam ex mechanicis appellarunt Ariſtoteles, & Auerroës primo de Anima. Annotatione tamen dignum eſt, quod ſi cut ars aſsimilatur naturæ, & habitus acquiſitus habitui naturali, quemadmodum in his, quæ ſunt ſecundum naturam ſcientia medicinæ ſtatuit latitudinem diuiſam per diuerſos ordines, ſub quibus aliæ, & aliæ diſpoſitiones naturales continentur, ita & in his, quæ ſunt profectus naturæ ab arte, poterit ars medicatiua ſtatuere latitudinem diuerſorum ordinum, ſub quibus acquiſiti habitus continebuntur, ſimilem quidem latitudini entium ſecundum naturam, cuius equidem latitudinis corpora in vno quoque illius ordine ſituata, ſtatum proportionatiſsimum habebunt, vnicuique ſtatui eorum, quæ diſponebantur in latitudine corporum naturæ: ſecundum quod ars aſsimilatrix eſt naturæ, & habitus acquiſitus habitui natu B rali. Volo dicere, quod ſi beneficio artis reductiuæ corpus naturaliter lapſum efficiatur ſanum ſimpliciter, non erit tale reductum, in latitudine ſanitatis diuiſæ à Galeno, quoniam non eſt corpus naturæ, ſed in aſsimilata illi latitudine, quæ eſt corporum profectus naturæ ab arte, & habebit ſtatum proportionatiſsimum ſtatui corporis ſimpliciter ſani naturę ſecundum quod illi aſsimilatur per habitum acquiſitum. Dubitatur tertio ſi corpus ſanum vt nunc ſit à generatione, vel ſecundum præſens tempus tale. Huic dicemus, vt opinamur fuiſſe mentem Gentilis, per tria aſſumpta, & tres concluſiones. Aſſumitur etenim primo latitudinem totius ſanitatis ſolummodo triplici ordine, vel gradu diuiſam eſſe, ſub quibus ponitur ſanitas tribus his differentiis coarctata ſcilicet ſemper vt multum, & vt nunc, & quoniam quod eſt ſemper tale magis eſt eo, quod eſt, vt multum, vel vt nunc tale, & quod eſt vt multum, magis eſt eo quod eſt vt nunc, ideo ſanitas, cui additur hæc differentia ſemper, ſignificatur eſſe in primo ordine, ſeu ſub C extremo intenſiſsimo latitudinis ſanitatis, cui vero additur vt multum denotatur eſſe ſecundi ordinis latitudinis ſanitatis, cui autem vt nunc tertii ordinis, ſeu gradus remiſsi latitudinis ſanitatis terminati ad latitudinem neutralitatis mediam cuiuſcumque modi neutralitatis. Aſſumitur ſecundo differentias illas tres non denotare temporales menſuras, cum adduntur ſanitati, ægritudini, vel neutralitati, vt ſcilicet illud dicatur ſemper ſanum, quod omni tempore permanet ſanum, vel vt multum, quod plurimo tempore ſic permaneat, quoniam, ſanitas ſimpliciter cum in hac hora poſsit acquiri, & per hanc horam poterit ſolummodo permanere. Et per idem non dicitur ſanum vt nunc quoniam in hac hora ſolum poſsit permanere ſanum, cum enim ſanitas vt nunc à generatione poſsit acquiri, ita non oppugnat eam per omnem decurſum ætatiuum poſſe permanere talem. Aſſumitur tertio differentias illas additas ſanitati, ægritudini, vel neutralitati denotare gradum perfectionis, fixionis, intentionis, & reſiſtentiæ cauſis ægrotare facientibus; maioris quidem, vel minoris, ſecundum D naturam diſpoſitionis, cui altera illarum differentiarum, vt ſcilicet illa dicatur ſanitas ſemper, quę perfecte, fixe, & intenſiſsime ſanitas eſt, maxime quidem reſiſtens cauſis deducentib. ad ægritudinem, & propter hoc vendicauit ſibi ſupremum gradum latitudinis ſanitatis, ſiue talis fuerit connata ſiue ex tempore acquiſita, ſiue in omni decurſu ętatiuo, ſiue per horam hanc permanſura, non minus dicetur ſemper ſanitas. Dicetur quoq. ſanitas ut multum, quoniam multum perfecta, & fixa, & multum reſiſtens cauſis permutantibus ſanitatem, non ita tamen ſicut ſanitas ſemper, ſed parum derelinquens ab ea iuxta illud verbum Galeni primo Tegni textu, commenti decimi quinti vt multum ab optima compoſitione derelictum, non tamen multum. Cui equidem ſanitati vt multum accidit, vt à prima generatione acquiratur, vel in hac hora, conſimiliter dicatur, ſanitas vt nunc, quoniam remiſſe perfecta, & minus reſiſtens cauſis permutantibus ad ægritudinem, propter eſſe magis propinquam extremo ægro cuiuſcumque modi ægritudinis, vel medio neutro cuiuſcumque modi neutralitatis, & propter eam eſſe maxime variabilem, & ſuſceptiuum ab ea eſſe maxime mobile videtur dici ſanitas vt nunc quaſi duratura ſecun-

dum præſens tempus tantum, licet hoc illi accidat, eſt enim ei per ſe,eſſe remiſsiſsi A mi gradus latitudinis ſanitatis, accidit autem eidem durare ad determinatum tempus, vel ad omnem decurſum ætatiuum, quemadmodum illi accidit à prima generatione, vel poſt. Ex his igitur penes poſitionem hanc, concludimus tria. Primum non inconuenit corpus ſanum vt nunc eſſe tale à generatione, quoniam à generatione poteſt acquiri corpori ſanitas remiſsiſsimi gradus latitudinis ſanitatis. Secundum, Non inconuenit corpus ſanum vt nunc eſſe tale ex tempore, per idem tibi patefiat. Tertium impoſsibile eſt vt nunc tale, & ſimpliciter tale in idem coire, quoniam ex oppoſito diuiduntur. Nos autem ſubtilius inquirentes, & mentem Galeni magis enarrantes aliter propoſitæ dubitationi enunciabimus. Primo igitur annotatione dignum eſt, quamlibet ſanitatem quæ verè talis eſt à primis ſpermatibus ortam eſſe, quoniam ſanitas eſt primum,& immediatum principium operationum naturalium corporis humani ex Galeno in de Morbis,& accidentibus, ab his igitur orietur ſanitas, à quibus incipit humanum corpus ope B rari naturaliter, incipit autem operari naturaliter à primis ſpermatibus, ergo & ab ipſis orta eſt ſanitas. Et hoc idem voluit, verbum illud Auicennæ prima, primi in aſsignatione quinti modi æqualitatis, & eſt complexio, quam debet habere indiuiduum deſignatum qua viuum, & ſanum reperitur. Iterum ſanitas eſt æqualitas complexionis in calido, frigido, humido, & ſicco ex ſeptimo naturalium textu, commenti decimi ſeptimi, & primo de Morbis, cap. ſecundo, eſt autem æqualitas illa ſolius naturæ effectus iuxta illud Gal. vt ſupra ſanitas autem non eſt, niſi naturalis compoſitio, ergo ſolius naturæ ſanitas erit effectus. Connata eſt igitur quælibet ſanitas, quod ſi velut habitus quidam naturalis oriatur cum difficultate mutabilis ab accidentibus extrinſecis, erit ſanitas ſimpliciter dicta. Si verò velut naturalis quædam diſpoſitio oriatur de facili mutabilis propter vergere magis ad alterum extremorum oppoſitorum erit ſanitas vt nunc dicta. Defecerunt igitur aliqui ex modernis, putantes omnem ſanitatem à pri- C mis ſpermatibus habitam eſſe, vt nunc dictam, prohibitum etenim tunc eſſet naturæ, vel cauſis operantibus ſecundum ipſam, extremum intenſius latitudinis ſanitatis procreare, vel habitum naturalem de difficili ab extrinſecis alterabilem, quod non admittit Galenus primo & tertio Tegni. Adhuc quoniam ars imitatrix naturæ ducit corpus vel ad ſimpliciter ſanum, vel ad ſtatum proportionatiſſimum ſimpliciter ſano, ex tertio Tegni, ergo natura dirigens artem poterit ducere corpus vere ſimpliciter ſanum. Secundo principaliter attende,quod licet quælibet ſanitas ſit connata, eius tamen actualitas ab extrinſecis alterantibus poterit corrumpi, iuxta illud verbum Galeni primo de Morbis,cap. quarto,ſi autem temperamentum mutetur, membra mutabuntur à ſanitate. Et per hoc idem aptitudo etiam illa naturalis, qua corpus naturaliter inclinatur in reditum actualitatis ſanitatis corrumpi poteſt, licet ſit corpori eſſentialis, neceſſario comitans naturam illius, dum viuit ſub regimine debito ſex rerum non naturalium. Et ex hoc attende tertio quod quidam putarunt, quod medicus ſuæ artis beneficio operans in corpus humanum, nullam nouam ſanitatem inducat, eſt enim quælibet ſanitas connata, ſed ſolum, vt aiunt, ad reditum actualis ſanitatis iam deperditæ, in quam corpus naturaliter inclinatur, merito naturalis aptitudinis reſeruatæ, latentis ſub diſpoſitione accidentali, & aduentitia, & hanc volunt fuiſſe men- D tem Galeni. Sed iſti ad pauca reſpicientes falſum pronunciarunt, propter quod attentione dignum eſt, mentem Galeni fuiſſe ſanitatem duplicem inuentam eſſe. Quædam enim eſt,quæ verè ſanitas eſt,& eſt quam contraxit ſibi corpus à primis ſpermatibus; & eſt ſecundum quam corpora ordinata ſunt in latitudine ſanitatis diſtincta à Galeno in libris Tegni, & eſt ſecundum quam corpora dicuntur talia ſecundum naturam, & quemadmodum ſanitas hæc eſt effectus naturæ, ita corpus ab ea diſpoſitum, dicetur naturæ effectus. Alia eſt, quæ non eſt vere talis, & eſt, quæ arte reductiua acquiritur corpori, & eſt ſecundum quam corpora ordinantur in latitudine ſanitatis diſtincta ab arte medicatiua, & eſt ſecundum quam corpora dicuntur talia profectus naturæ ab arte, & ſicut ſanitas hæc effectus artis, ita & corpus ab ea diſpoſitum dicetur artis effectus. Adhuc attende, quod

medicum

A medicum operari in corpus humanum contingit dupliciter, vel ipſum curando, & maxime cum fuerit factum ægrum vt nunc, vel ipſum ad meliorem diſpoſitionem reducendo, & maxime cum fuerit naturaliter lapſum in latitudine ſanitatis ab optimè vere ſano. Ex his dico primò. Quòd ſi medicus operetur in corpus humanum ipſum curando quantum ad habituale nihil noui inducitur, quoniam habituale illud connatum eſt, & non permutatur corpus ab eo, quoniam tranſitus, qui quodammodo eſt ſubitus corporis ſani in ægritudinem vt nunc, non poteſt permutare naturam, & potentiam corporis ſani ad reditum in amiſſam diſpoſitionem: quantum verò ad actuale, aliquid noui inducitur, quoniam ægritudo vt nunc potens eſt permutare dominum actus complexionis naturalis. Quapropter medicus cooperando iuuabit naturam ad inductionem noui actus, conſimilis quidem ſpecie priori actui. Aegritudo enim vt nunc, licet corrumpat actum naturalis complexionis, quia tamen in corpore ſano non ponit ſubſtantialem conuer B ſionem, quin immo remanet in eo natura prima reuocans in amiſſum, ideo eſt, quod medico operante in corpus ægrotans iuuante naturam, reuocabit natura ipſum ad actum ſanitatis iam abſentatum, per aptitudinem reſeruatam in eo latentem ſub ægritudine vt nunc, tanquam ſub accidentali diſpoſitione, & præter naturam. Dico ſecundò, quod medico operante in corpus humanum ipſum reducendo, noua ſanitas inducitur, & quo ad actum, & quo ad habitum, quoniam regimen reductiuum paulatim fit transferendo ad melius, iuxta illud verbum Galeni tertio Tegni textu vigeſimo tertio, corrigere quidem multo ſtudio paulatim transferentes ad melius, propter quod regimine reductiuo ſic paulatim exhibito ipſi corpori reducendo, permutatur non ſolum actus complexionis eius naturalis, ſed omnis eius potentia, & natura, iuxta illud Galeni ſecunda Aphoriſmorum, commento quinquageſimo: Cibus, & potus naturam acquiſibilem operantur. Et ſecundo Tegni textu, commenti ſexageſimi noni. Idem voluit Galenus dicens, C quod humiditas nutrimentalis, quam medici rorem appellant in mediis regionibus ſimilium membrorum contenta ſecundum multitudinem, & paucitatem ſui, & tenuitatem, & ſpiſsitudinem demonſtrat partem eſſe humidam, vel ſiccam, & facit etiam eſſe talem, quapropter medico reducente corpus naturaliter lapſum ad ſimpliciter ſanum corpus, gradata fit nouæ diſpoſitionis inductio, quæ facit eam quaſi naturaliter haberetur. Et quoniam fit totalis priſtinæ abſentatio ipſo reducente noua ſanitas, & quo ad actum, & habitum inducetur. Dico tertiò. Quod tale corpus reductum non eſt corpus naturæ propter non eſſe tale à generatione, neque eius ſanitas eſt naturalis, ſed accidentalis, & aduentitia, neque eſt verè ſanitas, ſed imago illius, ſicut effectus artis eſt ſimilitudo, & imago effectus naturæ, neque tale eſt in latitudine ſanitatis diſtincta à Galeno, cum non ſit tale à diſpoſitione connata, ſed poſt acquiſita. Eſt tamen corpus artis, ſeu profectus naturæ ab arte, quoniam non eſt tale niſi arte reducente, & eſt in latitudine corporum profectus naturæ ab arte, quam diſtinguere habet ars medicatiua, & in ea habet ſtatum proportionatiſsimum ſtatui, quem habet corpus optime ſanum in latitudine corporum naturæ, ſed de hoc magis poſtea dicemus. Sed nunc redeamus ad id, in quo fuimus, & videamus ſi corpus ſanum vt nunc ſit tale à generatione, & cum ante habitis iterum dicamus, quod corpus ſanum vt nunc dicitur D dupliciter, quoddam enim eſt corpus ſanum vt nunc naturæ, & eſt tale à diſpoſitione connata, quæ eſt ſibi ſanitas, connaſcitur autem ei talis ſanitas non ſicut habitus, ſed velut diſpoſitio quædam de facili alterabilis ab extrinſecus alterantibus propter eſſe magis propinquam ægritudini vt nunc, & in eam vergere, vt iam dictum eſt. Attende tamen, quod corpus non dicitur ſanum vt nunc, quoniam ſit tale in tempore præſenti, tanquam in initiante, eſt enim ipſum tale à generatione, neque dicitur ſanum vt nunc, quia ſit tale in tempore præſenti, tanquàm in menſurante actum eius durationis, quoniam corpus ſub ſanitate vt nunc, poteſt omnem decurſum ætatiuum decurrere, neque dicitur tale, quoniam ſit à tempore præſenti tanquam à cauſante, illius enim ſanitas à primis ſpermatibus habetur, & non ab vſu ſex rerum non naturalium modo exhibitarum, ſed dicitur corpus ſanum vt nunc, quia tale ſecundum tempus præſens tanquam ſecundum menſuram


aptitudinis ſuæ durationis, quoniam enim in latitudine ſanitatis tenet locum pro A
pinquum magis ægritudini vt nunc, quam ſanum ſemper, & vt multum, ideo ma
gis inclinatur, in ipſam, propter quod euenit illi non omni,vel multo tempore eſ-
ſe aptum durare, ſed ſolum ſecundum tempus præſens, intelligendo per tempus
præſens, non in quo modo loquimur, ſed quodcumque tempus de temporis infi
nita latitudine dicatur præſens reſpectu ſanitatis tunc exiſtentis. Attende ite
rum differentiam hanc vt nunc; non ſolum denotare gradum debilis fixionis di-
ſpoſitionis ad ſuſceptiuum, vt voluit Gentilis, ſed etiam menſuram temporalem
ad modum iam declaratum, eſt igitur ſanitas vt nunc diſpoſitio naturaliter debi-
liter affixa ſuſceptiuo propter eſſe magis inclinatam in morbum, propter quod cō
tingit ipſam non omni, vel multo tempore duraturam, ſed ad tempus determina
tum modo dicto. Quoddam verò eſt corpus ſanum vt nunc artis, & eſt ad
quod deuenire poteſt corpus optime ſanum, per vſum praui regiminis paulatine
exhibiti, tunc enim fit gradata nouæ diſpoſitionis inductio, quaſi ſecundum natu B
ram eidem haberetur. Et ſicut ars eſt imago naturæ,ita hoc corpus eſt imago cor
poris ſani vt nunc naturæ, tenens in latitudine corporum artis ſtatum proportio-
natiſsimum ſtatui corporum ſanorum vt nunc in latitudine corporum naturæ.
Et ex his dico ad dubium per duo dicta, primum corpus ſanum vt nunc naturæ,
non poteſt eſſe tale, niſi à generatione, patet quoniam, quælibet talis ſanitas eſt
diſpoſitio connata, hoc ſupra, vt proditum eſt dico ſecundo quod corpus ſanum
vt nunc artis, eſt effectum tale per generationem, quoniam tale eſt ex vſu parui
regiminis, qui non fit, niſi poſt habitam generationem. Dubitatur quarto ſi ſa
nitas illa, quam vere optimam appellant, à qua corpus dicitur ſemper ſanum lo-
cum teneat in latitudine ſanitatis, quam diuiſit Galenus in tres partes ſecundo
Tegni textu commenti ſeptimi. Reſponſio erit per duos articulos. Quorum
primus quid ſuper quæſito ſenſerit Galenus manifeſtabit. Secundus verò quid
ſuper idem voluerit Pluſquamcommentator tanquam poſitioni ſuæ maxime op-
portunum declarabit. Pro primo igitur ſcire debes, quod aliquid in latitudi- C
ne ſanitatis contineri contingit dupliciter eſſe dictum,vel quia continetur in ea ſi-
cut pars in toto,vel quoniam in eadem continetur,ſicut principium inchoatorium
omnium lapſuum naturalium in ea exiſtentium, quemadmodum hoc idem con-
tingit dici de linea, in qua eſt aliquid, ſicut pars illius, vt partes illius, aliquid ve
rò vt principium inchoatorium partium ſui, vt punctus. Iterum debes ſcire,
quod latitudo ſanitatis poſt vno duorum modorum ſummi, vel vt idem ſit, quod
ſanitas lata; ſicut dicere quandoque conſueuimus latitudinem albedinis eſſe latam
albedinem, & hac latitudinis ſumptione vtuntur illi, qui qualitates menſurant
ex quantitate ſubiectorum in quibus ſunt, iuxta illud Ariſtotelis in Prædicamen-
tis, tantam enim albedinem eſſe dicimus, quantam ſuperficiem eſſe dicimus. Vel
ſumitur latitudo ſanitatis, vt idem ſit, quod menſura perfectionum cuiuſcumque
gradus ſanitatis, quemadmodum latitudinem ſumunt, qui intenſionem quali-
tatum, & perfectionem entium menſurant. Iterum debes ſcire, quod ſecus
eſt aliquid eſſe in latitudine, & ipſum eſſe tale ſecundum latitudinem, illud enim
dicimus eſſe in latitudine, quod eſt in ea, vel ſicut pars in toto, vel ſicut punctus D
inchoatorius partium illius, illud verò eſt tale ſecundum latitudinem, quod eſt
tale latum, ſicut albedo ſecundum latitudinem dicitur, quoniam eſt lata albe-
do. Iterum debes ſcire, quod ſanitas alia eſt optima, & perfecta, & ſum
ma, alia verò eſt defectiua, non certa, & non perfecta: defectiuæ verò ſanitatis
ad huc duæ ſunt ſpecies. Vna quidem eſt eucrata, & ſine querela, vt ad ſen-
ſum. Alia verò, in qua amplius, quàm oportet corpora ſunt calida, frigida,
humida, vel ſicca. Diſtinctio hæc eſt Galeni primo de Regimine ſanita-
tis. Iterum debes ſcire, quod optimæ craſi duæ poſſunt aduenire mutatio
nes. Prima ſcilicet & ſecunda, vt teſtatur Galenus vt ſupra. Prima igitur optimæ
craſis mutatio eſt ſecundum ætates, quæ ſemper ad ſenectutem tendunt. Secun-
da verò eſt ſecundum vigilias & ſomnum, & motum, & quietem, & famem, & ſi
tim, & commeſtionem, & potum, & plenitudinem cibi, & indigentiam potus,
& balnea, & iram, & ſolicitudinem, & triſtitiam, quæ omnia ſemper mutant cra
ſim.

A ſim. Ex his igitur dicamus ad dubium cum Galeno, Et dico primo, quod ſanitas, quod optima, perfecta, & ſumma eſt, qua corpus dicitur ſemper ſanum, non eſt in latitudine ſanitatis, velut pars in toto, patet, quoniam latitudo ſanitatis multæ amplitudinis eſt, ex tertio Tegni textu, commenti ſeptimi,& primo de Morbis, cap. quarto: ſanitas,autem, quæ optima, & perfecta eſt punctualis ex primo regiminis ſanitatis. Quod autem latum eſt,partem ſui punctuale non obtinet, ex ſexto Phyſicorum Ariſtoteles. Ergo ſanitas, quæ optima, & ſumma eſt, non continetur in latitudine ſanitatis, velut illius pars. Dico ſecundo. Quod latitudo ſanitatis primo modo dicta, vt ſcilicet idem ſit, quod ſanitas lata, non continet ſanitatem optimam, & ſummam, qua corpus dicitur ſemper ſanum: patet, quoniam ſumma, & perfecta ſanitas, non eſt ſanitas lata, ſed punctualis, & indiuiſibiliter conſiſtens, iuxta illud Galeni primo de regimine ſanitatis, ſimplex ſanitas, & perfecta, quæ certiſsimam habet eucraſiam, vel nunquam fuit in anima-
B lis corpore, vel ſi vnquam fuit, neque puſillo, neque in inſtanti temporis permanſit, in ictu oculi, in vnoquoque momento alterata, & non eodem modo ſe habens. Adhuc quod optimum eſt, & perfectum minime videtur dici latum, quoniam perfectio indiuiſibilis eſt, ex Auerroë ſeptimo naturalium, commento decimo ſeptimo. Dico tertio. Quòd ſanitas, quæ optimam habet eucraſiam non eſt talis ſecundum latitudinem: patet, non enim ipſa eſt ſanitas lata. Dico quarto. Quòd ſanitas, quæ ſumma eſt, & perfecta, eſt in latitudine ſanitatis ordinanda, quoniam id, à quo exit corpus pertranſeundo multos gradus ſanitatis,vel ſanitati proportionatos,antequam incidat in morbum,eſt in latitudine ſanitatis ordinandum, ſed ab optima ſanitate ſit exitus corporis per multos gradus ſanitatis, antequam incidat in morbum, ergo optima ſanitas, & perfecta, eſt in latitudine ſanitatis ordinanda, & minor propoſitio luce clara apparet primo iuxta illud Galeni primo de Morbis, & accidentibus, cap. quarto ſed quia corruptio,
C quæ omni temperamento contingit, non eſt, niſi duplex ſcilicet aut vltra ire, aut citra deſcendere, non contingit autem corpus a temperamento citra deſcendere, deſcribendo alios gradus latitudinis ſanitatis,niſi temperamentum illis coëxiſtat, ergo &c. adhuc dixit, à temperamento tamen adeo parum exiens quod nondum quid nocumenti appareat, non vocabitur morbus,exire namque temperamentum vſque dum in mortem incidat, multæ diuerſitatis eſt ſecundum plus & minus, quia ab exitu temperamenti vſque dum in morbum incidat quis, multi gradus exiſtunt, adhuc dixit Galenus paulo poſt,ſic & ab exitu temperamenti vſque ad morbum, magnum eſt ſpacium &c. Et primo Tegni textu, commenti quarti dixit. Eorum verò quæ deficiunt quidem ab hac ſana verò ſunt &c. & textu commenti ſexti dixit, ab optima verò compoſitione deficientia corpora breue quidem lapſa ſunt &c. Et ex his palam eſt mentem Galeni fuiſſe,ſanitatem, quæ optima, & perfecta eſt, eſſe in latitudine ſanitatis ordinandam. Sed contra obiiciet quiſpiam, quod omnino irreperibile eſt, non videtur ordinari poſſe in latitudine ſanitatis, ſed Galenus primo de Regimine ſanitatis videtur opinari, ſanitatem optimam habentem eucraſiam irreperibilem eſſe, ergo &c. Cui dicitur, quòd aliqui hac ratione coacti aſſeuerant Galenum, ſanitatem, quæ optima eſt, &
D perfecta, abſentaſſe à latitudine ſanitatis, quam ipſe diuiſit, ſecundo Tegni textu commento ſeptimo,ſed iſti ad pauca reſpicientes de facili pronunciant. Quapropter debes ſcire nõ fuiſſe mentem Galeni,ſanitatem perfectam irreperibilem eſſe, illius enim eſt ſcientia, quam nobis tradidit Galenus in libris Tegni, & cap.quarto primi de Accidenti, & morbo, & ſcientia eſt eorum,quæ ſunt, ex poſterioribus Analyticis. Quod autem dicitur Galenum in primo Regiminis ſanitatis,aſſentire, eam irreperibilem eſſe, iſtud non concedimus propter id, quod ſub diſiunctionis modo ſubiunxit, dicens, vel nunquam fuit in animalis corpore,vel ſi vnquam fuit neque puſillo, & ictu oculi duraturo. Dico igitur cum Galenus perfectam ſanitatem poſſe inueniri, per tempus tamen in animali durare non poſſe, propter duo genera mutationum, quæ ipſa patitur, quæ craſim mutant, & hoc placuit Galeno, primo de Regimine ſanitatis, vt iam diximus. Iterum obiiciet aliquis Galenum omnino ſeparaſſe optimam, & perfectam ſanitatem à latitudine ſanitatis,

cum dixit ſecundoTegni textu commenti decimi: optimæ ergo compoſitionis corporis dictæ ſunt cognitiones,deficientium verò ab hac,æqualia ſunt numero quidem genera eis & minus diuidi potentibus,& ſeparatis in tres latitudines,quaſi velit dicere latitudinem ſanitatis,quam diuiſit in tres partes textu commento ſeptimo non eſſe,niſi eorum,quæ deficiunt ab optima compoſitione, vt inde optimam ipſam compoſitionem,ab eadem latitudine ſeparari putet. Cui dicemus Galenum in textu illo innuiſſe,quòd & nos primo diximus,optimam ſcilicet ſanitatem non eſſe in latitudine totius ſanitatis,velut pars eſt in ſuo toto,quoniam quælibet pars latitudinis,latitudinem habet magnam,cum non componatur continuũ ex indiuiſibilibus. Iterum dubitabit aliquis,ſi optima ſanitas per tempus in animalis corpore durare non poteſt,cur igitur egit Galenus in tertio Tegni, & in libro de Conſeruatione ſanitatis de cõſeruatione illius & de reductione corporis naturaliter lapſi ad eam? Cui dicemus optimã ſanitatem,quæ vere talis eſt,neq. beneficio artis, neque ipſa natura, notabili tempore conſeruari poſſe,propter id, B quod de duabus mutationibus iam diximus,quibus contingit continue poſt generationem,corpus optime ſanum mutari,docuit autem Galenus modum conſeruationis illius,& reductionis ad eam intentione conditionata,vt ſcilicet ſi ipſa notabili tempore in animalis corpore perduraret,modus illius conſeruationis eſſet per applicationem ſimilium,reductionis verò ad eam modus perficeretur,exhibitione diſsimilium,vt apparet ex tertio Tegni. Iterum dubitabit aliquis, ſi optima ſanitas diu permanere non poteſt in animalis corpore, quomodo ab ea dicetur corpus ſanum ſemper? Cui dicemus,corpus ſemper ſanum, ab optima, & perfecta ſanitate eſſe dictum tale,non quia ſub illa habeat ſemper permanere, ſed quoniam merito aptitudinis naturalis, quam habuit à prima elementorum commiſtione aptum eſt ſub ea ſemper ſtare, ſed quoniam poſt generationem corpori humano immediate adueniunt mutationes iam dictæ,optimam craſim mutantes. Ideo eſt, quod notabili tempore non poteſt corpus ſub ea durare. Sed in ictu oculi, & in vnoquoque momento alterata, & non eodem modo ſe habens, C vt dixit Galenus primo de regimine ſanitatis. Redeamus modo ad id, in quo fuimus, & dicamus quinto, quòd optima, & perfecta ſanitas eſt in latidine ſanitatis,ſecundo modo dicta,patet, quoniam quemadmodum in vnoquoque genere vnum eſt,quod eſt metrum,& menſura omnium eorum, quæ ſunt illo genere:ita in latitudine perfectionem graduum ſanitatis metiente debet eſſe vnũ quod ſit metrum, & menſura perfectionis omnium aliorum graduum ſanitatis in ea exiſtentium,hoc autem eſt optima,& perfecta ſanitas,quoniam per comparationem ad ipſam, omnes aliæ ſanitates ſecundum plus, & minus,videntur metiri,vt Gal. fecit primo Tegni textu commenti X V. Dicens vt multum ab optima compoſitione derelictum,non tamen multum,& ſecundo Tegni textu,commenti ſexti dicens. Ab optima verò compoſitione deficientia corpora &c. & alibi pluries. Dico ſexto, quòd optima, & perfecta ſanitas, eſt in latitudine ſanitatis in medio exiſtens,velut punctus inchoatorius omnium lapſuum naturalium in ea exiſtentium prima pars iam patuit,ſecunda verò ſic verificatur,quoniã corpus per lapſum D ſui ab optime ſano incidit in ægritudinem,vel in lapſum proportionatum lapſui ſecundum naturam.Aegritudo autem diſtemperies quædam eſt vel in calido, vel in frigido ex primo de Morbis,& ſeptimo Naturalium textu decimoſeptimo:contraria autem ex eodem latere minime eſſe poſſunt,quia maxime diſtant, ex poſtprædicamentis; diſtemperies igitur in calido, & ea, quæ eſt in frigido ex eodem latere eſſe non poſſunt, quia corpus ab optime ſano lapſum,ſimul laberetur ad duas diſpoſitiones contrarias. Quare relinquitur diſtemperantias illas contrarias ad duo eſſe diſpoſita latera,quoniam autem nihil ad duo oppoſita latera poteſt labi, niſi à à medio labendo,non poterit corpus optime ſanum labi lapſu verſus calidum, vel lapſu verſus frigidum,niſi à medio labatur, & quia labitur ab optima ſanitate, ipſa erit vere in medio exiſtens duarum extremitatum latitudinis ſanitatis, & tertia pars clara eſt quoniam cum ſit in medio, & non ſit ſicut pars latitudinis, quoniam non eſt ſicut ſanitas lata, erit ſicut punctus, inchoatorius quidem, quoniam ab ea eſt initium cuiuſcunque lapſus,vel naturalis in eadem latitudine exiſtentis,vel præ

A ter naturam in diuerſa latitudine poſiti. Et ex his debes ſcire, quoniam opti-
ma,& perfecta ſanitas non eſt in latitudine ſanitatis, velut illius pars,& per primã
partem latitudinis ſanitatis,non debemus intelligere niſi latitudinem corporum
ſanorum, vt multum , oportet enim quamlibet partem latitudinis ſanitatis mul-
tam habere latitudinem , quam non habet optima , & perfecta ſanitas, cum pun-
ctualis ſit. Iterum debes ſcire, quòd licet optima ſanitas, & perfecta non ſit
pars latitudinis ſanitatis , ipſa tum in ea tenet primum ordinem, à quo omnes alii
ordines latæ ſanitatis ſecundum plus,& minus metiuntur. Iterum debes ſci-
re,quoniam ſanitas ſemper punctualis eſt non potens per tempus durare in anima
lis corpore,non erit reperire corpus vnum ſanum ſemper,ſanius alio corpore ſem-
per ſano,& ſic comparatio,quam habet ſanitas ſemper ſecundum magis vel minus
non eſt ad ordinem ſui , ſed ad ea , quæ in aliis ordinibus latæ ſanitatis continen-
tur. Iterum debes ſcire,quod licet omnia corpora in natura durãtia, ſint lapſa
B ab optima ſanitate,non tamen neceſſariũ eſt ſempiterna paſsionis irrepere dogma,
quoniam quæ ab optima,& perfecta ſanitate labuntur, lapſu naturali labi poſſunt,
à quo dicentur ſana , & non ægra ſi enim corpora omnia lapſa ab optima ſanitate
eſſent præternaturaliter lapſa , neceſſarium eſſet ſempiternæ paſsionis irrepere
dogma , vt voluit Galenus primo Tegni textu commenti octaui, & tertio Tegni
textu commenti trigeſimiprimi. Sed ambiget quiſpiam, quoniam ſanitatem
perfectam eſſe punctualem videtur contradicere Galeno primo de Accidenti , &
morbo cap.quarto dicenti.Sicut enim temperamentum,quod perfecta ſanitas dici
tur magnæ diuerſitatis eſt, ſecundum quam diuerſitatem corpora diuerſa ſunt in
ſanitate ſic &c. Et arguitur ſic,perfecta ſanitas eſt magnæ diuerſitatis &c. ergo eſt
magnæ latitudinis,valida eſt conſequentia, quoniam cum re punctualiter exiſten-
te non ſtat magna diuerſitas in ſe, & in his,quæ per rem illam denominantur .
C Cui nos dicemus,Galenum per ſanitatem perfectam quandoque alterum duorum
intelligere, vel optime,& ſumme perfectam, quæ omnium comparatione perfecta
dicitur,& ſic de ſanitate perfecta loquutus eſt in primo de Regimine ſanitatis, cũ
ipſam dixit eſſe punctualem,& in corpore animalis non duraturam,& hæc nullius
diuerſitatis eſt,neque per eam corpora ſunt diuerſa in ſanitate,& hæc eſt,qua cor-
pus dicitur ſanum ſemper , quandoque verò nomine ſanitatis perfectæ Galenus
intelligit,ſanitatem totius latitudinis ſanitatis, quæ cõparatione ad ægritudinem
vt nunc eſt perfecta,& temperamẽtum, quoniam ipſa eſt naturalis diſpoſitio perfi
ciens actiones,illa vero præter naturam eas imperficiens,& ſic de ſanitate perfecta
loquutus eſt Galenus primo de Morbis, & accidentibus cap. quarto hæc enim ma
gnæ diuerſitatis eſt,quoniam quædam eſt ſemper talis , quædam vt multum talis,
quædam verò vt nunc,& ab ea corpora ſunt diuerſa in ſanitate,quoniam quædam
ſunt ſemper talia &c. Iterum petet aliquis, quot , & quibus compleuit Gale-
nus latitudinem ſanitatis. Cui dicemus,quòd tribus partibus,& ſeptem ordi
nibus totius ſanitatis latitudinem Galenus adimpleuit,eſt enim illius prima pars
ſanitas vt multum,quam eucratam,& ſine querela, vt ad ſenſum appellauit Gale-
nus primo de Regimine ſanitatis, & dico,vt ad ſenſum, quoniam ſanitas vt multũ
lapſa quidem eſt,& defectiua ab optima vere craſi , iuxta illud primi Tegni ab op-
D tima vero compoſitione deficientia corpora quidem breue,lapſa ſunt &c.Sed quo
niam non taliter lapſa eſt,vt aliqualiter contingat animal per eam contriſtari, ideo
eucratam,& ſine querela, vt ad ſenſum,Galenus eam nuncupauit,non enim ſenſu
ipſo vergente ſupra operationes corporis vt multum ſani ſcirent quis diſtinguere
ſanum vt multum à ſemper ſano,cum vtriuſque operationes ſenſu videantur æque
perfectè , licet perfectiores ſint corporis optime ſemper ſani, ſi duraret notabili
tempore.Secunda verò pars latitudinis ſanitatis eſt neutralitas ſimpliciter , quæ eſt
lapſus naturalis ab optime ſano ſe habens ad ſanitatẽ vt multum , quemadmodum
ſanitas vt multum, ſe habet ad ſanitatem punctualem . Tertia verò eſt ægritudo
ſimpliciter,quæ ſimiliter lapſus naturalis eſt tenens extremum remiſsius totius la
titudinis ſanitatis,propter elongationem,quam habet ab optima ſanitate,& maio
iorem inclinationem in morbum,vtraque autem pars ſcilicet ſecunda & tertia di
cetur ſanitas vt nunc propter rationem poſt dicendam. Ordines autem ſitua

torum in latitudine ſanitatis hi ſunt. Primus eſt punctualis ſanitatis in medio totius exiſtens propter rationem dictum, ſecundus ex vtroque latere eſt ordo ſanitatis vt multum, ab vno quidem per lapſum verſus calorem, ex alio verò verſus frigus. Tertius ex vtroque latere eſt neutralitatis, vt multum, quæ eſt propinqua ſanitati, vt multum, & eſt lapſus naturalis minoris malitiæ neutralitate ſemper tali, vt poſt narrabimus, quartus ex vtroque latere eſt neutralitatis ſimpliciter ſemper, quæ vere media eſt ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, vt patebit poſt. Quintus ex vtroque latere eſt neutralitatis vt multum propinquioris ægritudini ſimpliciter, & eſt deterior lapſus naturalis neutralitate ſemper tali, & aliqua data neutralitate vt multum, propter maiorem inclinationem, quam habet in morbum. Sextus ex vtroque latere eſt ægritudinis vt multum. Septimus verò eſt ægritudinis ſemper talis, neceſsitatem autem ordinationis huiuſmodi dictorum in latitune ſanitatis poſt dicemus. Et vt ea, quæ dicta ſunt nobis ſenſu magis pateſiant, figuraui totius ſanitatis latitudinem ad mentem Galeni ſub hac figura ſequenti. B




Latitudo totius ſanitatis, quam diuiſit Galenus ſecundo Tegni, & eſt latitudo corporum naturæ.

QVANTVM ad ſecundum articulum, perſcrutandum eſt quid de quæſito ſenſerit Pluſquamcommentator, cum non in omnibus videatur aſſentire intentioni Galeni. Et dico primo optimam ſanitatem reperibilem eſſe, ipſamque in animalis corpore per tempus duraturam, & hoc ſuadeo ratione, & auctoritatibus. Ratio hæc eſt, complexio, quæ ſub eſſe poteſt ſpeciei humanæ, multæ latitudinis eſt, iuxta illud Auicennæ prima, primi doctrina tertia. Huic verò æqualitati, quæ ſecundum humana attenditur corpora &c. quæ tota latitudo æqualis eſt, comparatione ad complexionem omnium aliarum rerum, hoc clarum eſt quoniam

A niam totius complexionis humanæ latitudo vicinatur magis æqualitati ponderis, complexione aliarum rerum, iuxta illud Auicennæ vt ſupra, neque habent propin quitatem æqualitati,quam prius nominauimus, quam homo habet. Ergo quemadmodum tota hæc latitudo æqualis eſt comparatione ad complexionem aliarum rerum in ea, cum ſit multæ amplitudinis erit comparatione ad complexionem alia rum, quæ ſunt in eadem latitudine, quam optimam, & perfectam in medio illius latitudinis exiſtentem appellauimus. Prima auctoritas,eſt Galeni primo Com plexionum damnantis quoſdam,qui dimiſerunt ponere complexionem æqualem, ac ſi ipſa irreperibilis eſſet. Et dixit, quod ipſi dimiſerunt & meliorem, & antiquiorem in natura, reſpectu cuius dicitur omnis alia complexio calida, frigida,hu mida, vel ſicca. Secunda auctoritas eſt Galeni in ſecundo de Regimine ſanita tis, dicentis quod eucratiſsimum corpus, & quod in conſtitutione ſui ſit ſine que rela non inuenitur in diſtemperatis regionibus. Tertia auctoritas eſt Galeni eodem libro dicentis, quòd optima multa corpora inueniuntur in noſtra velut
B eucrata regione, ſed maxime valde eucratiſsima in patria Hippocratis. Atten tione hic dignum eſt,quod quis non immerito poterit admirari de Pluſquamcom mentatore, quoniam habendo dicta hæc Galeni, opinatus eſt mentem illius fuiſſe optimam vere ſanitatem, à qua corpus dicitur ſemper ſanum, non eſſe in latitudi ne totius ſanitatis; propter ipſam eſſe irreperibilem, & hoc teſtatur ſecundo Tegni, commento decimo. Quapropter dico, quod adductæ auctoritates conuincunt, quod & nos ex præcedenti articulo confitebamur eſſe mentem Galeni.
Et licet earum tertia videatur innuere optimam vere ſanitatem notabili tempore duraturam, quod contrarium eſt Galeno vt diximus iam. Dicemus nos Gale num ibi ponere diuerſum modum generationis corporis optimè ſani propter diuerſitatem diſpoſitionum,& influxuum ſuperiorũ,quæ ipſis locis adueniunt,& di xit, quod in noſtra, velut eucrata regione optima multa corpora inueniuntur, & intelligit per optima corpora, corpora ſana vt multum, quoniam dixit velut eucra
C ta regione,ſicut enim regio eſt velut eucrata propter diſpoſitiones,& influxus ſibi datos velut eucratos,ideſt ſanos vt multum, ita corpora, quorum generationes di ſponuntur in regione illa à diſpoſitionibus velut eucratis tanquam a cauſis ſanis vt multum inueniuntur velut eucrata ideſt ſana vt multum, deinde cum dixit, quod maxime valde eucratiſsima inueniuntur in patria Hippocratis. Dico,quod per corpora valde eucratiſsima vtique voluit optime verè ſana, quæ in patria Hip pocratis maxime inueniuntur, propter diſpoſitiones loco influxas conformes generationi corporis ſemper ſani, ſed quoniam influxus vniuerſales ad conſeruationem genti facile poſſunt impediri à mutationibus particularibus poſt generationem immediate, & continue mutantibus optimam craſim, vt placuit Galeno in primo de Regimine ſanitatis, ideo eſt, quod licet optima vere ſanitas maxime inueniatur in patria Hippocratis, in ea tamen notabili tempore durare non poteſt.
Voluit tamen Doctor ille ſanitatem illam, qua eſt corpus ſemper ſanum reperibilem eſſe, & diu duraturam,cum ſibi videatur conueniens,quòd à diſpoſitione non
D reperibili vel ſtatim tranſeunte poſsit corpus dici ſemper ſanum. Pro quo dico ſecundo quod nomine optimæ ſanitatis poſſumus alterum duorum intelligere vel optimam omnium actionum moderationem abſolute, ſi ſanitas moderatio quædam eſt, & quoniam impoſsibile eſt reperire aliquod corpus omnes eius operatio nes abſolute optimas, & moderatas habens propter verbum Galeni primo de Regimine ſanitatis, & ſexto de Morbis accidentibus. Ideo eſt, quod corpus optime ſanum ſic ſtrictè ſumpta optima ſanitate vel irreperibile eſt, vel ſtatim tranſiens, & per tempus non durans, ſicut recte dixit Galenus,& quoniam iſtud corpus non ſubiicitur conſiderationi medici, propter ipſum non poſſe operari in illud,ideo ta le non ordinabimus in latitudine ſanitatis,niſi ſicut punctum inchoatorium in me dio omnium ſanitatum deficientium ab hac punctuali,& ſtatim tranſeunte ſanita te. Alio modo poſſumus largius loqui de optima ſanitate, vt ſcilicet optima ſanitatis ſit moderatio operationum inuenta, quantum poſsibile eſt naturæ,vt illud dicatur optime ſanum corpus, quod ex optima eucraſia, & coæqualitate à generatione habita eſt ſemper ſanum ſecundum quod melius eſt naturæ, id eſt,quod tale

in omni ætate habet operationes decentiori modo, qui poſsibilis eſt naturæ ſibi inuicem correſpondentes, ſcilicet vt proportionetur digeſtio attractioni ſecundum quod melius poſsibile eſt, & ita de aliis, vt ſit dicere, quod vnaquæque, eius operatio perficiatur in vna ætate meliori modo quo poſsibile eſt naturæ per comparationem ad ſubſequentes operationes, & debes ſcire, quod quamuis contingat digeſtiones melius perfici in membris talis corporis in vna ætate, quam in alia, propter adeptionem temperamenti in illa ſibi magis competentis, nihilo minus tale corpus optime ſanum dicetur, quoniam ex debito ætatis cõtingit illud in quod corpus neceſſaria mutatione mutatur, ſic igitur ſumpta optima ſanitate non erit incoueniens corpus optime ſanum reperiri, conſideratum quidem à medicis, ipſum quę in prima parte latitudinis ſanitatis exiſtens, vere in medio omniũ ſanitatũ dificientium ab ea, quæ ſanitas eſt magnę latitudinis, quia non eſt vnius modi coæqualitas corporis optime ſani, ſicut nec eius cõplexio. Sed ſunt habentes latitudiné inter duas extremitates, vt prima, primi Doctrina tertia. Et hoc voluit doctor primo Tegni, comm. decimo quinto. Et hæc eſt ſanitas, à qua corpus dicitur ſemper ſanum. Dico tertio, quod ordines latitudinis ſanitatis ad mentem doctoris diſponuntur ſecundum diuerſas acceptiones ſanitatis ex diuiſione. Erit igitur ſanitas primo alia punctualis latitudine carens, alia verò citra punctualem latitudiné habens. Punctualis quidem, quia indiuiſibilis eſt, ſi reperiatur, erit in latitudine ſanitatis non ſecundum latitudinem, ſed in medio exiſtens, velut punctus inchoatorius omnium lapſuum naturalium latitudinis totius ſanitatis, ſicut iam diximus. Sanitas vero citra punctualem, latitudinem habens, eſt dupliciter dicta, quoniam quædam eſt ſimpliciter ſemper talis, quædam verò vt multum talis, quæ ad ſanitatem ſimpliciter ſemper ſic ſe habet, quemadmodum ſanitas ſimpliciter ſemper ad punctualem ſe habet: erunt igitur tres partes latitudinis ſanitatis latitudinem habentes multam, prima corporum ſimpliciter ſanorum, cuiuis prima pars eſt corporum ſanorum, ſecunda verò totius latitudinis pars eſt corporũ neutrorum ſimpliciter, tertia verò eſt corporum ſimpliciter ægrorum cuius latitudinis totius ſanitatis ordines ſunt octo, de mente Doctoris primus punctualis ſanitatis in medio totius exiſtentis, velut puncti inchoatorii omnium ſanitatum ab ea deficientium, ſecundus, ſanitatis ſimpliciter ſemper, & eſt prima pars latitudinis ſanitatis in medio exiſtens omnium ſanitatum latitudinem habentium recedentium ab ea, quodam modo, velut à puncto inchoatorio, ſicut & ſanitas ſemper recedebat à punctuali, & ſtatim tranſeunte ſanitate, & alii ſex particulares ordines eodem præciſe modo diſponatur, ſicut in latitudine ſanitatis apud Galenum eoſdem diſpoſuimus, & vt mens Doctoris facilius hebeatur diſpoſui gradus ſanitatis in latitudinem ſecundum modum figuræ ſequentis.



Latitudo totius ſanitatis, ad mentem Pluſquamcommentatoris, & eſt latitudo corporum naturæ.

POSSET autem ſuper his, quæ diximus, aliquis de nobis non immerito admirari. Poſuimus etenim optimam ſanitatem medium inter extrema latitudinis ſanitatis, cum Galenus eam poſuerit extremum eiuſdem latitudinis, vt ſecundo Tegni textu commenti noni dicens. Nobis ponentibus extremos terminos contrarios alterutrum ſcilicet optimam compoſitionem, & nunc factam ægritudinem. Cui dicemus aliquid duplici reſpectu medium dici poſſe, primo ad perſectum, & imprefectum, quemadmodum non dicemus optimam ſanitatem eſſe medium, ſed extremum, eſt enim perfectio quædam, quoniam ſumma ſanitas, & ſolo iſto reſpectu eam dixit Galenus extremum ſecundo Tegni, & primo de Morbis, cap. quarto. Secundo reſpectu, aliquid poteſt dici medium ſcilicet ad magis, & minus, quemadmodum non dicemus optimam ſanitatem eſſe extremum, non ſuperfluit enim per magis, neque diminuit per minus, ſed quoniam temperies eſt, mediabit inter extrema ſe habentia in ſuperfluo magis, & in diminuto minus, & ſolo iſto reſpectu eam poſuimus medium latitudinis ſanitatis. Vel aliter, dicemus non longè ab his, quæ dicuntur ab Ariſtotele quinto Phyſicorum, cum loquitur de medio, quod medium ad quodlibet extremum opponitur, vt extremum, poſitis enim ægritudine calida, & frigida pro extremis, & temperamento pro medio erit ponere inter ipſum, & vtrumq. extremorum latitudinem ſanitatis diuiſam in tres partes ſe

cundum modum Gal.ſecundo Tegni,optima igitur ſanitas vt opponitur ægritudini,ex vtroque latitudinis latere,extremum eſt,vt autem ipſa temperies quędam eſt calidorum, frigidorum &c. eam poſuimus medium vt diximus. Iterum dubitabit aliquis,ſi optima ſanitas, à qua corpus dicitur ſemper ſanum ſit coæqualitas,de ſecundo modo modorum æqualitatis,quos poſuit Princeps prima primi Doctrina tertia. Huic dicunt aliqui quod nõ, mouentur & ipſi hac tatione,quoniam ſub ſanitateſemper poteſt indiuiduũ decurrere per omnes ſui ætates, & nõ ſub æqualitate ſecundi modi,ergo &c. Probant minorem iuxta illud Auicennæ vt ſupra,& æqualitas,& hæc inuenitur in ætate, in qua augmentum ad ſuum peruenit finem. Iterum arguunt, quoniam ſanitas ſemper dicitur cum quadam latitudine, & æqualitas ſecundi modi punctualis eſt, non habens eſſe,niſi in inſtanti. Sed iſti multipliciter defecerunt, primo quoniam putarunt, mentem Galeni fuiſſe, indiuiduum per omnem ſui decurſum ætatiuum poſſe inueniri ſanum ſemper,& hoc falſum eſt.Eſt .n. ſanitas ſemper habitus congenitus ex primo Tegni,& ipſi in primo ortu nati, continunantur duo genera mutationum optimam craſim continue mutantium, vt primo de Regimine ſanitatis voluit Galenus quod non eſſet, ſi corpus ſemper ſanum poſſet omnes ſui ætates decurrere. Sed contra, dixit Galenus primo Tegni textu, commenti decimi octaui. Et ſemper quidem tale eſt ſecundum omnes ætates manens ſimile. Reſponſio eſt. Quod corpus ſemper tale merito naturalis aptitudinis, quam habuit à primis ſpermatibus aptum eſt ſecundum omnes ſui ætates permanere ſimile, & ſic voluit Galenus, ſed propter illa mutationum genera ſibi continue contingentia, permutatur dominium actualitatis ſanitatis ſemper, propter quod ſecundum nullam ætatem manet ſimile. Iterum defecerunt putantes mentem Auicennæ fuiſſe, indiuiduum non poſſe omnes ſui ætates decurrere ſub æqualitate ſecundi modi. Quoniam coæqualitas ſecundi modi eſt æquatio contrariorum, in complexione ſecundum menſuram quantitatis, & qualitatis, quam humana natura debet habere ſecundum meliorem proportionis, & diuiſionis æquitatem, non ſolum ad formam, ſed ad omne opus formæ, vt voluit Princeps, ſed in complexione humana potuit eſſe talis contrariorum proportio ſuorum ſeminum ad inuicem, quod in prima ætate corporis generati ex illis ſeminibus reſultauit complexio eius optime adæquata ad opus, Et ſimiliter in ſecunda, & tertia, & quarta ætatibus, ſicut competit naturæ ætatis,ſicut igitur in ætatibus non eſt par complexio, ita neque par opus, pariter ergo in ætatibus, ſicut immutabitur complexio, immutabitur & opus in priori quidem proportione, quæ fuerit inter ipſa ſaluata, erit igitur complexio corporis in ætate puerili æqualis de ſecundo modo, per comparationem ad omne aliud corpus in eadem ætate, & ſimiliter in iuuentute, & cæteris ætatibus. Sed contra dixit Auicenna prima primi,Doctrina tertia coæqualitatem ſecundi modi reperibilem eſſe in ætate, in qua augumentum ad ſuum peruenit finem, quæ eſt ætas iuuentutis. Reſponſio eſt, Principem loqui per excellentiam tantum, cum enim ætas iuuentutis perfectior ſit aliis ætatibus, vt illi placuit in cap. de Complexionibus ætatum, ideo & æqualitas ſecundi modi maxime,& perfectiſsimè inuenitur in ea, minus verò perfecte in aliis, erit igitur indiuiduum æquale de ſecundo modo, in ætate iuuentutis perfectius ſanum, indiuiduo æquali de ſecundo modo in aliis ætatibus, & hoc eſt, quod voluit princeps.Iterum defecerunt credentes æqualitatem ſecundi modi iuxtaAuicennam nõ habere latitudinem, ſed ipſam punctualem eſſe,& in inſtanti duraturam,quoniam cũ ipſa inueniatur in ætate, inqua augmentum ad ſuum peruenit finem,non negaſſet Auicenna. Indiuiduum ſub illa notabili tempore poſſe permanere, & maxime cũ oſtendat hominem ſub illa exiſtentem non qualitercumque ęqualitati ponderali appropinquare,& quo ad habitudinem totius, & quo ad habitudinem partium. Ex his igitur nos aliter dicemus, ſanitatem ſcilicet qua corpus dicitur ſanum ſemper eſſe coæqualitatem ſecundi modi modorum diſtinctorum à Principe. Quod ſi ſanitatem illam velimus punctualem eſſe, atque in ictu oculi, & in vnoquoque momento alteratam, vt placuit Galeno in primo de Regimine ſanitatis, erit & qualitas ſecundi modi punctualis,& in inſtanti ſolum perdurans, ſi verò ſanitatem eandem puta-

mus

A mus cum quadam latitudine dici,ſic & coęqualitas ſecundi modi cum conformi latitudine dicetur ad modum, quem narrauimus,iuxta Pluſquamcommentatorem. Sed forte obiiciet quiſpiam, indiuiduum per omnes ſui ætates non decurrere ſemper ſanum quoniam per omnes ætates coæqualitatis ſecundi modi alteratur, ſicut & complexio, cui inhæret, alteratur, ergo & ſanitas, qua corpus dicitur ſemper ſanum, cum ſit eadem coæqualitati ſecundi modi, alterabitur. Et per conſequens non manebit corpus per omnes ſui ætates ſub ſanitate ſemper. Cui dicemus, quod cum alteratio coæqualitatis ſecundi modi, & per conſequens complexionis, cui inhæret illa æqualitas ſecundum decurſum ętatum ſit ſecundum naturam,non minus faciet debere eſſe corpus ſemper ſanum, & hoc ideo contingit, quoniam alteratio complexionis in ſuis ætatibus non poteſt abſcindere coæqualitatem, quæ complexioni naturaliter debetur, & per conſequens neque ſanitatem ipſam ſemper, licet eam poſsit alterare ſecundum magis, & minus, & hoc ideo quoniam illa B coæqualitas comitatur omnes ætates, vna ſecundum ſpeciem, vel vna ſecundum ambitum ſuæ latitudinis, licet ipſa ſecundum partes, vel gradus, ſuæ latitudinis ſit non vna,ſolum tamen variata ſecundum magis,& minus,quoniam gradus eiuſdem latitudinis diuerſantur ſolum ſecundum magis, & minus. Iterum obiiciet aliquis, nullum corpus poſſe omnes ſui ætates decurrere ſemper ſanum, primo quoniam pueri cadunt in ſolutionem continui in emiſsione dentium, & inde dolent, Iterum mulier quantuncumque ſana, non eſt ſana ſemper, incurrit enim in partu dolores, & ſenſibiles operationum læſiones, quod non eſſet,ſi optime ſanum corpus permaneret ſanum à principio vſque ad ſenium. Cui nos dicemus, corpus dici ſemper ſanum non ab actualitate ſtandi ſemper ſanum per omnes ſui ætates, ſed ab aptitudine naturali, quam habuit in ſuis ſeminibus, aptum eſt per omnes ſui ætates ſtare ſanum, & quoniam naturalis aptitudo, & congenita latens eſt quandoq. ſub actu accidentali, & aduentitio, ideo ſtat corpus ſemper ſanum dici per omnes ſui ætates, quoniam aptum ſic ſtare ſanum, licet actu ægrotet, & hoc magis apparebit, in cap. de Aegro. C Iterum dubitamus, ſi latitudo totius humanæ complexionis æquatur latitudini totius ſanitatis eiuſdem, & arguitur quod ſic, quoniam ſanitas,quæ eſt æqualitas, eſt in complexione,velut menſuratum in ſui menſura, ſed quælibet menſura ſuo æquatur menſurato ex ſexto Phyſicorum, ergo & ſanitas complexioni æquabitur. Oppoſitum autem arguitur, quoniam cum latitudine humanæ complexionis ſtat ægritudo, vel neutralitas vt nunc, quæ non ſtant cum latitudine ſanitatis, ergo maior eſt latitudo totius humanæ complexionis, latitudine ſanitatis eiuſdem, & per conſequens non illi æquatur. Huic dicemus, attendendo primo. Quod cum humana complexio declinet ab æquali ponderali per calidum, & humidum, iuxta Principem, prima primi doctrina tertia. Ideo dabilis erit aliqua caliditas, cum qua poteſt ſtare complexio humana, & aliqua, cum qua non poteſt ſtare: & ſimiliter de humiditate dicatur, conſequentia valida eſt iuxta illud Principis vt ſupra. Sed inter multitudinem, & paucitatem duas obtinet extremitates, à quarum vna, cum egreſſa fuerit, non poterit eſſe humana complexio. D Attende ſecundo vt dicunt logici. Quòd ſi reſpectu alicuius potentiæ verificentur duo ſubcontraria, & ſubcontrarium negatiuum verificetur pro maiore, tunc fiet diuiſio reſpectu potentiæ actiuæ, & ſequetur diſiunctiua ex affirmatione maximi, & negatione minimi conſtituta, ſi vero negatiuum ſubcontrarium verificetur pro minore fiet tunc diuiſio reſpectu potentiæ paſsiuæ, & ſequetur diſiunctiua per affirmationem minimi, & negationem maximi, quod ſi ſubcontrarium negatiuum indifferenter verificetur & pro maiore, & pro minore fiet tunc diuiſio reſpectu vtriuſque potentiæ, & ambæ, diſiunctiuæ poterunt ſequi, quoniam igitur ſub contrarium hoc negatiuum, cum aliqua caliditate non ſtat complexio humana poteſt verificari pro maiore, quoniam non cum caliditate æqualis ponderalis, neque cum caliditate citra illam,ideo poterit indifferenter fieri diuiſio reſpectu potentiæ actiuæ, & ſequetur diſiunctiua hæc. Quòd ſcilicet dabitur maxima caliditas, cum quæ poteſt ſtare complexio humana, vel minima, cum qua non poteſt, vel reſpectu potentiæ paſsiuæ, & ſequetur diſiunctiua hæc, ſcilicet quod dabitur maxima caliditas cum qua non

poteſt ſtare complexio humana, vel minima, cum qua poteſt. Et ex his di A
co quatuor: primò quod ſi fiat diuiſio reſpectu potentiæ actiuæ, ita quòd ſub-
contrarium negatiuum verificetur pro maiore, tunc non eſt dabilis maxima
caliditas, cum qua poſsit ſtare humana complexio, aliter enim potentia actiua ab-
ſolute terminaretur ad maximum, quod ſic, cuius oppoſitum probauimus in his,
quæ ſcripſimus de proportionibus. Iterum quoniam qualibet caliditate da-
ta, cum qua poteſt ſtare, humana complexio, adhuc cum maiore illa poterit ſta-
re, ergo non dabitur maxima &c. conſequentia vt per quid nominis maximi af-
firmatiue, dignoſcitur & aſſumptum probo, quoniam ſi cum hac poteſt ſtare, er-
go cum illa poterit in effectum aliquante perfectum, ſed quocunque effectu da-
to in quem poteſt complexio, vel forma humana per illam complexionem cum
hac caliditate, poteſt in perfectiorem illo, & hoc non poteſt eſſe, niſi cum inten-
ſiore caliditate, ergo qualibet caliditate data, cum qua poteſt ſtare, adhuc cum in-
tenſiore poterit ſtare. Et minor arguitur, ſi enim poteſt potentia in effectum, er-
go actiuitas illius excedet reſtitiuam eiuſdem & non niſi exceſſu diuiſibili, ergo B
per medietatem illius exceſſus adhuc poterit in illud: quoniam quilibet exceſſus
quo potentia excedit reſiſtentiam ſufficit pro inchoatione motus, vt aliàs probaui
mus, ergo per totum illum exceſſum poterit in maiorem effectum ipſo, quoniam
aucta potentia, ſtante reſiſtentia, maioratur effectus ex ſexto Phyſicorũ. Quod autẽ
hoc eſſe nõ poſsit, niſi cum intenſiore caliditate, certum eſt: quoniam cũ caliditas
ſit agens, ageret tunc vltra gradum ſuæ potentiæ, quod eſt falſum. Dico ſecun
do. Quod facta diuiſione reſpectu potentiæ actiuæ, dabilis eſt minima caliditas,
cum qua non poteſt humana complexio ſtare, ergo dabitur minima, cum qua non
poterit ſtare, quoniam terminus potentiæ actiuæ, eſt diſiunctiua cõpoſita ex affir-
matiua maximi, & negatiua minimi. Et debes ſcire, quòd minima caliditas, cum
qua non poteſt ſtare humana complexio, eſt illa, ad quàm excluſiue terminatur ver
ſus extremum intenſius latitudo totius complexionis humanæ, quoniam ipſa eſt C
remiſsiſsima caliditas, cum qua non poteſt ſtare propter eius intenſionem.
Dico tertio, Quod facta diuiſione reſpectu potentiæ paſsiuæ, quod dignoſcitur
ſub contrario negatiuo verificato pro minore, non eſt dabilis minima caliditas,
cum qua poſsit ſtare humana complexio, quoniam terminaretur potentia paſsiua
per minimum quod ſic, quod eſt falſum, ſi enim aliquid ab alio pati poteſt, adhuc
& à minore illo poterit pati, per rationem dictam de potentia actiua. Dico
quarto, quod facta diuiſione reſpectu potentiæ paſsiuæ dabilis eſt maxima calidi-
tas, cum qua non ſtabit humana complexio, quoniam non ſtat cum minima, quæ
ſic, ergo ſtabit cum maxima quæ nõ, eſt enim terminus paſsiuæ potentiæ, diſiuncti
ua vna ex affirmatione minimi, & negatione maximi cõſtituta. Et debes ſcire, quòd
maxima caliditas, cum qua non ſtat humana cõplexio, eſt illa, ad quam in extremo
remiſsione excluſiue terminatur totius humanæ complexionis latitudo, & eſt in-
tenſiſsima caliditas, cum qua non ſtat propter eius remiſsionem. Sed forte
obiiciet quiſpiam, Auicennam terminaſſe humanam complexionem in actiuis qui
dem ad maximum quod ſic, in paſsiuis verò ad minimum quod ſic, quoniam dixit
prima primi, Doctrina tertia, ſed inter multitudinem, & paucitatem duas obtinet
extremitates ab vna quarum cum egreſſa fuerit, non poterit eſſe humana comple-
xio, tunc arguatur ſic, humana complexio inter multitudinem, & paucitatem, ſtat D
duabus extremitatibus, quia duas obtinet extremitates, & non cum maiore vna
neque cum minore alia, quoniam cum ab vna earum fuerit egreſſa, non poterit eſſe
humana complexio, ergo illius terminus in actiuis erit affirmatiua de maximo, in
paſsiuis vero affirmatiua de minimo. Cui nos dicemus, ſequelam hanc nul-
lam eſſe, humana complexio duas obtinet extremitates, à quarum vna cum exierit
non ſtabit, ergo humana complexio cum illis duabus ſtabit extremitatibus, quo-
niam non infertur affirmatiua ex negatiua. Vel aliter dicatur humanam com
plexionem obtinere duas extremitates contingit dupliciter intelligi, vel illas obti-
nere tanquam terminum incluſum, & hoc noluit Princeps, procederet enim tunc
ratio facta, vel illas obtinere tanquam terminum excluſum, & hoc voluit Princeps
cum enim ab vna earum extremitatum, ad quos excluſiue terminatur latitudo,
egreſſa

A egreſſa fuerit,nō ſtabit humana complexio,quinimo neque cum illis,quoniā quod excluſiue terminat aliquid,improprie dicitur ab eo cōtineri.Conſimiliter dicendū puto de latitudine totius ſanitatis humanæ,cuius duæ ſunt extremitates,à quarum vna cum egreſſa fuerit,non ſtabit humana ſanitas,quoniam enim eſt aliqua caliditas,cum qua non poteſt ſtare ſanitas humana,propter illius remiſsionem,ideò pro termino in paſsiuis,vel eſt dare maximam caliditatem,cum qua non ſtabit humana ſanitas, vel minima,cum qua ſtabit,& eligibilis eſt pars negatiua,& quia eſt aliqua caliditas,cum qua non poteſt humana ſanitas ſtare propter eius intenſionem, ideo pro termino in actiuis vel eſt dare maximam caliditatem,cum qua poteſt ſtare,vel minimam,cum qua non,& eligibilis eſt pars negatiua,ad modum iam à nobis dictum. Ex his tamen annotatione dignum eſt, quòd licet detur minima caliditas,cum qua non poteſt ſtare humana complexio,& minima,cum qua nō poteſt ſtare humana ſanitas,propter earum caliditatum intenſionem , minus tamen
B intenſa eſt caliditas minima , cum qua non ſtabit ſanitas humana quàm minima, cū qua non ſtabit humana complexio, & licet detur maxima caliditas,cum qua nō poteſt ſtare humana complexio,& maxima,cum qua non poteſt ſtare ſanitas huma na propter earum remiſsionem , minus tamen remiſſa eſt maxima caliditas , cum qua non ſtabit ſanitas humana quàm maxima caliditas, cum qua non ſtabit humana complexio, & hæc patent exercitatis in hac materia. Et ex his dicemus ad dubium,latitudinem ſcilicet ſanitatis humanæ multo minorem eſſe latitudine humanæ complexionis , quoniam verſus extremum intenſius qualitatum , quas ſibi determinat humana ſanitas , terminatur ad gradum qualitatis , minus intenſum gradu,ad quem in extremo intenſiori ſuæ latitudinis terminatur humana complexio,& verſus extremum remiſsius terminatur ſanitas humana ad gradum qualitatis minus remiſſum gradu,ad quem in extremo remiſsiori ſuæ latitudinis terminatur humana complexio. Adhuc quoniam cum latitudine complexionis huma
C næ ſtat ægritudo vt nunc,& neutralitas vt nunc,quæ tamen non ſtant cum latitudine ſanitatis,amplior igitur erit latitudo humanæ complexionis latitudine ſanitatis humanæ. Et ad rationem ante oppoſitum dicemus ſanitatem eſſe in complexione,ſicut perfectio in ſuo perfectibili , & non ſicut menſura in menſurato , ſicut enim complexio ægritudine imperficitur,ita & hæc eadem ſanitate perficitur.

Caput octauum eſt de ægritudine ſimpliciter & de modis quibus ipſa dicitur.

CVM compleuimus ſermonem noſtrum ſupra ſanitatem ſimpliciter dictam,& ſupra modos eius,cumque ſtatuimus ordinem , quem ipſa tenet in latitudine totius ſanitatis in ſe,& in ſuis modis,& cum loquuti ſumus de ſanitate vt nunc,tenente extremum remiſsiſsimum latitudinis ſanitatis , percurramus nunc modos illius,quorum vnus eſt ægritudo ſimpliciter,alter verò neutralitas ſimpliciter , & quoniam neutrum corpus medium eſt ſaniſsimi,& ægerrimi corporis,vt voluit Galenus primo Tegni textu commenti decimiſeptimi.Et medium cognoſci non poteſt,niſi relatione extremorum,ex quinto Phyſicorum. Ideo cum egimus de pri
D mo extremo agamus de ſecundo,quod eſt ægritudo,& quoniam quod eſt ſimpliciter,prius eſt eo,quod eſt ſecundum quid, & conditione coarctatum , ideo prius à nobis dicendum erit de ægritudine ſimpliciter,& de modis eius . Deinceps verò de ægritudine vt nunc. Eſt igitur ægritudo ſimpliciter habitus quidam naturalis vltime lapſus ab optima ſanitate propter quod euenit,vt per ipſum ſit corpus naturaliter vltime diſtemperatum,aut in complexione conſimilium, aut in quantitate organicorum,aut in cōmuni vtrorumque natura,& hoc eſt , quod dixit Galenus primo Tegni textu commenti decimiſexti.Aegrum verò corpus ſimpliciter ex generatione,aut diſtemperatum in his,quæ ſimiles habent partes, aut non æquale in organis,aut vtriuſque &c. Et hic attentione dignum eſt, ægritudinem ſimpliciter à nobis dictam eſſe habitum quendam naturalem , quoniam ipſa quædam ſanitas eſt , quælibet autem ſanitas eſt, ex Galeno primo de Morbis cap. primo &

quia eſt habitus quidam naturalis, eam ſtatuimus in latitudine totius ſanitatis, A
quæ erit latitudo habituum,vel diſpoſitionum à natura habitarum & hoc eſt,quod
voluit Galenus per illud verbum ex generatione diſtemperatum &c.
Sed ambiget quiſpiam nullam ægritudinem poſſe à natura haberi, quoniam in ſuo
opere natura ſemper tentat quod melius eſt, & ægritudo diſpoſitio peior eſt ſani-
tate, ergo &c. Huic dicemus dupliciter, vel quoniam natura in opere ſuo intendit
quod melius eſt,ſi quandoque diſpoſitionem ægritudinalem inducat, eam ſub ra-
tione melioris diſpoſitionis inducit, & hoc ideo nominauimus neutralitatem ſim
pliciter, & ægritudinem ſimpliciter, ſanitates quaſdam, quæ cum à natura produ
cuntur ipſis corpus dicendum eſt ſanum. Vel aliter dicatur. Quod aliquid
eſſe à natura contingit dupliciter dici, vel quoniam eſt ab intentione regentis na-
turæ, vel quia eſt accidens corpori ante natiuitatem in ventre matris, tunc dice-
mus duo, primum, nulla ægritudo eſt à natura, primo modo patet, quoniam & ſi
connata ſit, cum tamen ſi præter intentionem naturæ regentis, continue ad me- B
lius intentendentis, non dicetur talis à natura. Dico ſecundo. Quod aliqua
poteſt eſſe ægritudo à natura ſecundo modo, quoniam licet talis ſit extra intentio
nem naturæ regentis, quia tamen potuit accidere corpori ante natiuitatem in ven
trem matris, ideo potuit ſic dici à natura. Volumus igitur nos neutralitatem ſim-
pliciter, & ægritudinem ſimpliciter eſſe habitus naturales,ſumpto naturali pro eo,
quod eſt connatum, etſi ſint præter naturam, ideſt præter intentum naturæ ope-
rantis. Iterum attende, quoniam quæ ſunt in eadem latitudine differunt ſo-
lum ſecundum magis, & minus, cum ægritudo ſimpliciter ſit in latitudine ſanita-
tis à ſanitate ipſa differens erit ſolum ſecundum magis,& minus. Quapropter con
gruentius ægritudinem ſimpliciter cõſueuimus dicere peſsimam ſanitatem, quam
ægritudinem aliquam. Sed contra, eam dixit Galenus ægritudinem, ergo
vel non eſt in latitudine ſanitatis, vel quæ ſunt eiuſdem latitudinis differunt non
ſolum ſecundum magis, & minus. Huic dicemus, ideo Galenum eam dixiſſe
ægritudinem,quoniam eſt lapſus naturalis ſenſibilis læſionis ab optime ſano,quia C
tamen ipſa eſt ſanitas quædam appropriata exiſtens in vltimo latitudinis ſanitatis
vltime diſtans ab optima ſanitate, inter diſpoſitiones naturales, ideo conuenien-
tius dicetur peſsima ſanitas. Sed ambiget quiſpiam, ſi egritudo ſimpliciter
ſit vltime diſtans ab optima ſanitate, ergo illi magis opponitur, conſequentia eſt
Ariſtotelis, in poſt prædicamentis, cap. in oppoſitis, & conſequens contradixit
Galeno ſecundo Tegni textu, commenti noni dicenti. Nobis ponentibus extre-
mos terminos contrarios, alterutrum optimam ſcilicet compoſitionem, & nunc
factam ægritudinem. Huic nos dicemus, Quòd ſi ægritudo ideo dicatur ſim
pliciter, quoniam ſit peſsima ægritudo, vt voluerunt Haly, & Gentilis, putantes
dictionem hanc,ſimpliciter dicere gradum intenſionis,& fixionis diſpoſitionis ha
bitæ, ſic ægritudo ſimpliciter maxime opponetur optimæ ſanitati, quoniam ab-
ea maxime diſtabit propter ipſam eſſe in extremo intenſiore latitudinis ægritudi-
nis. Si verò dictio hæc, ſimpliciter, dicat gradum intenſionis, & fixionis diſpoſi
tionis naturaliter habitæ, vt eſt mens Pluſquamcommentatoris, ſic ægritudo ſim
pliciter non maxime opponetur optimæ ſanitati, tum quia ſunt eiuſdem latitudi- D
nis,tum quia nullum corpus præternaturale moritur niſi cadat in ægritudinem vt
nunc, tanquam in deteriorem lapſum, cum igitur dicimus nos ægritudinem ſim
pliciter vltime diſtare ab optima ſanitate, volumus diſtantiam inter diſpoſitiones
naturales, inter quas non eſt maior oppoſitio, immo minor, quàm ipſarum ad di-
ſpoſitiones præter naturam. Iterum attende. Quòd ægritudo ſimpliciter eſt
ſanitas appropriata, exiſtens ſanitas vt nunc iuxta illud Galeni ſecundo Tegni te
xtu, commenti ſeptimi dicentis. Diuiditur autem totius ſanitatis latitudo in tres
partes latitudinem habentes,& ipſas multam ſcilicet ſanorum, ægrotorum, & neu
trorum, cum igitur ægra ſint in latitudine ſanitatis, & non talia vt nunc, quo-
niam ſunt vltime contraria ſanitati optimæ, ex ſecundo Tegni textu, commenti
noni. Ergo ægra ſimpliciter ſunt, quæ partem latitudinis ſanitatis deſcribunt, &
per conſequens hæc eadem ſana erunt, & non ſimpliciter,quoniam naturaliter la
buntur ab ea ergo vt nunc, cum quælibet ſanitas talis, ſit ſimpliciter, vel vt nunc,
ex primo

A ex primo Tegni textu commenti decimiquinti. Sed ambiget quiſpiam,ſi ægri
tudo vno reſpectu,quo dicitur talis ſimpliciter,dicatur ſanitas vt nunc. Huic
nos dicemus,quòd inæqualitas complexionis,vel compoſitionis connata,qua cor-
pus dicitur ſimpliciter ægrum, diuerſis reſpectibus, & non vno tantum dicitur
ægritudo ſimpliciter,& ſanitas vt nunc,comparata enim optimæ ſanitati,à qua na-
turaliter lapſa eſt,eſt velut habitus,ſimpliciter exiſtens ægritudo,de difficili mobi
lis,& alterabilis, propter ipſum enim corpus difficile mutabile eſt in optimam ſa-
nitatem,vel in gradū proportionatiſsimum optimæ ſanitati,vt poſt dicemus,com
parata autem ad corpus,cui ineſt quædam ſanitas, ſub qua viuit, iuxta Principem
prima primi,in aſsignatione quinti modi æqualis complexionis,agitabilis quidem
& non ſemper,vel multum duratura,propter inclinationem,quam habet in mor-
bum,eſt vt diſpoſitio quædam,exiſtens ſanitas vt nunc. Inæqualitas igitur con-
nata complexionis, vel compoſitionis, per reſpectum ad optimam ſanitatem,in
B quam cum difficultate mutabile eſt, corpus dicitur ſimpliciter talis, per reſpe-
ctum verò ad habentem eam, quifacile ſub ea agitabilis eſt, vel per reſpectum ad
ægritudinem vt nunc, in quam corpus ſub ea poteſt facile cadere,dicetur ſanitas
vt nunc. Et ex his igitur iterum attende,quòd diuerſis intentionibus inæqua
litas illa dicitur ægritudo ſimpliciter,& ſanitas vt nunc,in quãtum enim eſt diſpo
ſitio cōgenita plurimum quidem lapſa ab optima ſanitate dicetur ſimpliciter ægri
tudo,& ſic per collationem ſui connati lapſus ab optima ſanitate, dicetur ſimplici
ter ægritudo,in quantū autem hæc eadē inæqualitas eſt corpori melior diſpoſitio,
quæ acquiri potuit ex ſuis principiis, qua corpus meliori modo, quo poteſt, ſuas
perficit operationes,dicetur ei appropriata ſanitas,quæ quoniā non eſt firma,neq.
omni, vel plurimo tempore duratura,propter magis vergere in morbū, dicetur vt
nunc talis,& ita ex comparatione ſui cōnatilapſus ad ſeipſum,vel ad habentem vel
ad ægritudinem,vt nunc,dicetur ſanitas vt nunc. Iterum attende,quod licet cor
C pus ægrum ſimpliciter à nobis appellandum ſit ægrotatiuum,hoc euenit,non vna
intentione,ſed diuerſis,ſecundum enim quod conſideratur,vt vltime diſtempera-
tum in genere lapſuum naturalium ab optime ſano,dicetur ægrum Simpliciter,ſe-
cundum verò quod cōſideratur ab aptitudine,quam habuit à primis ſpermatibus
ægrotandi omnibus,vel pluribus temporibus ſuæ vitæ,dicetur corpus ægrotatiuū
eſt enim paſsibiliſsimum corpus omnium ab extrinſecis omnibus accidentibus,&
propter hoc remiſsiſsimum gradū latitudinis ſanitatis ſibi diſpoſuit,propter faci-
le pati ab extrinſecis ægrotare facientibus,aliis omnibus corporibus in latitudine
ſanitatis exiſtentibus. Iterum attende,quòd licet ægrum ſimpliciter ſit à no-
bis dictum ægrotatiuum,ſimpliciter tamen ægritudo non eſt dicenda ægrotatiui
tas, quoniam ægritudo ſimpliciter, cum per eam corpus diſponatur,eſt in prima
ſpecie qualitatis, aptitudo autem ad facile pati ab extrinſecis accidentibus, quæ
ægrotatiuitas dicitur,eſt in ſecunda ſpecie,& per eam corpus non proprie diſponi
tur, ſed eſt inhærens illi, per ægritudinem ſimpliciter, ſicut propria paſsio in ſub
iecto, inhærens quidem per priorem conſiderationem, ſicut aptitudo ad ridere,
quæ dicitur riſibilitas, inhæret homini per priorem conſiderationē rationalitatis.
Et ex hoc iterum attende, quòd neque ſanatiuitas,neque ægrotatiuitas ordinari
habent in latitudine ſanitatis,ſicut aliqui putarunt,quoniam latitudo ſanitatis eſt
D eorum,à quibus corpus naturaliter proprie diſponitur,ab his autem non proprie
diſponitur corpus, niſi reddi aptum ad ſuſcepturam diſpoſitionem,quod eſt im-
proprie dictum. Adhuc quoniam latitudo ſanitatis eſt eorum,quæ primo ſunt
à natura:ſanatiuitas autem,vel ægrotatiuitas,non eſt eorum,quæ primo inſunt ſu-
ſceptiuo à natura, ipſi enim inſunt per priorem cōſiderationem illius,quod prius
ineſt corpori à natura,vt ſanitatis ſimpliciter, ſanatiuitas, & ægritudinis ſimplici-
ter ægrotatiuitas. Adhuc quoniam latitudo ſanitatis plures haberet partes,
quàm tres,conſequens noluit Galenus ſecundo Tegni textu commenti ſeptimi,&
conſequentia oſtenditurquoniam ſi in parte latitudinis ſanitatis eſſet ſanatiui-
tas, vel ægrotatiuitas cum non ſit in parte latitudinis ſanitatis ſimpliciter,vel neu
tralitatis ſimpliciter, vel ægritudinis ſimpliciter, eſſet in alia latitudinis parte ab
illis tribus,quod autem in nulla trium ſit,oſtenditur per hoc,quoniam verificare

tur hæc propoſitio, ſanatiuitas eſt ſanitas, vel hæc ægrotatiuitas eſt ægritudo A
quod iam negauimus. Et conſequentia valida eſt quoniam ſanitas ſicut ſuperius, verificari habet de omnibus his, quæ in latitudine ſanitatis reponuntur, velut de ſibi inferioribus, non admirentur igitur de nobis aliqui ex modernis, ſi in imagine latitudinis ſanitatis figurata non inuenerint, ægrotatiuitatem, vel ſanatiuitatem ſicut & ipſi figurauerunt, nos enim cum Galeno factum ipſum in latitudine locauimus, & non de facto, quod futurum eſt fieri ſicut ipſi. Iterum attende, Quod Galenus in notificatione ægritudinis ſimpliciter, vſus eſt conditione diſiunctionis, cum dixit ipſam eſſe lapſum naturalem, aut in conſimilibus, aut organicis &c. Et hoc ideo, quoniam inter diſpoſitiones naturales, ęgritudo ſimpliciter eſt vltimè oppoſita ſanitati optimæ, & quia optima ſanitas integratur perfectione in omnibus naturis. Ergo ægritudo ſimpliciter dicetur talis priuatione perfectionis in vna natura tantum, & additione lapſus in eadem, conſequentiam voluerunt logici per hoc, quoniam ſi vnum oppoſitorum formaliter copulatiuè concipitur, alterum diſiunctiue explicari habet. Iterum attende, quod ægritudo B
ſimpliciter ſecundum quod eſt actualis, & naturalis, quidam habitus corporis ſimpliciter ægri, non ſubdiuiditur in ægritudinem ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter vt multum, quoniam corpus ægrum vt multum, dicendum eſſet ſemper ægrum, per hoc, quia lapſus proprius corporis ægri vt multum, per connaſci vt habitus quidam, eſt ſemper concomitans ipſum vſque in finem vitæ. Quapropter, ſi ægritudo ſimpliciter vt multum, eſſet actualis ille habitus, cum ſit ſemper concomitans, propter ipſum connaſci, corpus per eam diceretur ſemper ægrum, ſed merito aptitudinis, quam habet, corpus ægrum ſimpliciter ad ægrotandum ægritudine, quæ eſt lapſus præter naturam, omnibus, vel pluribus temporibus ſuæ vitæ, ſubdiuiditur in ægritudinem ſimpliciter ſemper vt multum, putamus igitur ægritudinem ſimpliciter in latitudine ſanitatis exiſtentem poſſe ad duo comparari, vel ad optimam ſanitatem, à qua labitur lapſu quodam naturali, & ſic dicitur ægritudo ſimpliciter, & indiuiſa, vel ad ægritudinem vt nunc, in quam C
de facili ægrum ſimpliciter corpus poteſt cadere, propter ipſum eſſe paſsibilius ab extrinſecis alterantibus omnibus, corporibus latitudinis ſanitatis, & ſic hac collatione ipſius ad ęgritudinem vt nunc, diuiditur in ægritudinem ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter vt multum, erit igitur ægritudo ſimpliciter ſemper, qua corpus aptum eſt aptitudine naturali à primis ſpermatibus habita omnibus temporibus vitæ ſuæ ægrotare, ægritudo verò ſimpliciter vt multum eſt, qua corpus aptum eſt pluribus temporibus ſuæ vitæ ægrum, eſſe ægritudine alterius ſpeciei ab ea, quæ eſt ægritudo ſimpliciter. Sed forte obiiciet Vgo Senenſis, ægrum ſimpliciter diſtingui ſecundum rationem ægri ſimpliciter tantum, & non ab aptitudine ægrotandi, quoniam quod eſt ægrum naturaliter, & maxime fixe in relatione ad ſimpliciter ſanum eſt ægrum ſemper, & illud, quod modicum deficit ab iſto, & eſt ægrũ naturaliter, dicitur ægrum vt multum, ergo videtur, quod ægrum ſimpliciter diuidatur ſecundum relationem ad ſimpliciter ſanum, ſecundum quam etiam aſſumitur ratio ſimpliciter ægri. Cui nos dicimus, Quod in formali ratione ſimpliciter ægri non includit per ſe primo aliquid, quo corpus dicatur ſemper ægrum, D
vel vt multum ęgrum, & per conſequens ſecundum rationem ægri ſimpliciter non diuidetur in ægrum ſemper, & ægrum vt multum, quoniam formalis ratio ſimpliciter ægri eſt ab actuali, & naturali ægritudine, qua corpus eſt ægrum ſimpliciter, & contrà poſitum ſimpliciter ſano, iuxta illud Galeni primo Tegni textu, commenti decimi ſexti, ægrum verò corpus ſimpliciter ex generatione aut diſtemperatum &c. ab actuali autem, & naturali ægritudine, quam habet corpus reſpectu corporis optimè ſani, non diuiditur ægrum ſimpliciter in ægrum ſemper, & ægrum vt multum, quoniam tunc illo eodem reſpectu ægrum vt multum, eſſet ægrum ſemper, vt diximus, ſcilicet ab aptitudine incurrendi ægritudinem vt nunc, diuiditur in ſemper, & multum ægrum, quæ aptitudo primo non eſt de formali ratione ægri ſimpliciter, & ideo dicitur ægrum ſemper ab aptitudine incurrendi ægritudinem, quæ eſt præter naturam, in omnibus temporibus vitæ ſuæ, & dicitur ægrum vt multum ab aptitudine incurrendi in eam in pluribus temporibus ſuæ

vitæ

A vitæ. Quod autem dicitur,quod illud corpus quod eſt ægrum naturaliter,& maxime fixe reſpectu ſimpliciter ſani,eſt ægrum ſemper,dicimus, quod illud eſt ęgrum ſemper,non ab actuali, & naturali ægritudine, à qua dicitur corpus ægrum ſimpliciter, ſed ab aptitudine incurrendi ægritudinem vt nunc, vt dicatur illud corpus quod eſt naturaliter ægrum, & maxime fixè, reſpectu corporis ſani ſimpliciter, eſſe ſemper ægrum, ideſt aptum incurrere ægritudinem omnibus temporibus ſuæ vitæ & idem dicatur de ſano vt multum. Sed iterum obiiciet,rationem formalem ægri ſemper non eſſe aptum ægrotare ægritudine vt nunc in omni parte ſuæ ætatis, vel ægri vt multum,eſſe aptum ægrotare ægritudine vt nunc,pluribus temporibus ſuæ vitæ, quoniam ſtat .a. eſſe ægrum aptum ſemper, & in omni parte ſuæ ætatis ægrotare ægritudine vt nunc, & .b. aptum tantum quibuſdam temporibus ægrotare ægritudine vt nunc, & tamen .a. eſſe ægrum vt multum, & .b. ægrum ſemper, & huius inductio apud eum eſt, poſito quod .a. ſit corpus aptum
B naturaliter ex humiditate oſsis naſi cadere in algarab, & iam ceciderit cum perforatione in oſſe .b. verò ſit corpus aptum ex diſcraſia hepatis cadere in hydropem, quam non ſubito incurreret. Et arguitur ſic .a. eſt ægrum vt multum,& ipſum eſt aptum omni tempore ſuæ vitæ ægrotare ægritudine vt nunc, ergo formalis ratio ægri vt multum non eſt eſſe aptum ægrotare &c. Et inducitur maior ſic, quoniam .a. non eſt maxime naturaliter ægrum, ergo non eſt ægrum ſemper,conſequentia bona iuxta illud Galeni primo Tegni & ſemper quidem ægrum eſt quodcumque ex generatione, aut diſtemperatum ſatis exiſtens &c. Et ipſum eſt naturaliter ægrum, ex caſu ergo eſt ægrum vt multum quod autem non ſit maxime naturaliter ægrum apparet, quoniam .b. eſt magis naturaliter ægrum propter priorem lapſum, quem ſibi naturaliter determinat .b.& minor inductionis primæ vera eſt: quoniam cum .a.merito ſui lapſus naturalis iam ceciderit in ægritudinem vt nunc, videtur eſſe aptum omni tempore ſuæ vitæ cadere in ægritudinem, vt nunc. Et
C iterum arguitur .b. eſt ægrum ſemper,& ipſum eſt aptum tantum quibuſdam temporibus ſuæ vitæ ægrotare ergo &c. maior quidem eſt vera: quoniam .b. eſt maxime naturaliter lapſum, minor verò probatur, quoniam merito ſui lapſus non eſt aptum cadere in ægritudinem,niſi plurib.temporibus ſuæ vitæ,quoniam non ſubito caderet in eam. Huic nos dicemus, quod ægrum ſemper, & ægrum vt multũ licet differant ſecundum gradus malitiæ diſpoſitionis, à qua dicitur ægrum ſimpliciter, iuxta illud verbum Galeni primo Tegni textu, commenti decimi ſexti: vt multum verò ægrum eſt corpus ab huiuſmodi malitia derelictum, completa tamen, & vltima differentia differunt per eſſe aptum omni, vel primo tempore ægrotare, ſiluit autem differentiam illam vltimatam Gal. in deſcriptione ægri ſemper, & vt multum, putans eam ſubintelligi, cum dixit in deſcriptione ægri ſemper, diſtemperatum ſatis exiſtens, propter quod aptum eſt omni tempore ægrotare, & cum dixit in deſcriptione ægri vt multum, ab huiuſmodi malitia derelictum,propter quod ipſum non eſt aptum ægrotare in omnibus temporibus ſed in pluribus vitæ ſuæ,& miror de Vgone putante ſemper tale,& vt multum tale differre ſolum modo collatione ad malitiam diſpoſitionis,à qua dicitur ſimpliciter tale,quoniam hoc contradicit Galeno primo Tegni textu commenti decimi ſeptimi dicenti. Eius verò, quod ſimpliciter eſt, hoc quidem ſemper tale,quoniam in omnibus æta
D tibus ſemper maxime permanet tale, & textu, commenti decimi octaui dicenti. Et ſemper quidem tale, ſecundum omnes ætates manens ſimile, quod autem arguitur .a. eſſe ægrotum vt multum aptum, tamen omni tempore ægrotare, & .b. eſſe ægrum ſemper aptum tantum plurimo tempore ægrotare putamus impoſsibile, & dicimus vtrumque corpus .a. ſcilicet, & .b. eſſe ægrum ſemper, & ex aptitudine in vtroque ægrotandi in omnibus temporibus ſuæ vitæ, quam contraxerunt ſibi merito malitiæ lapſus habiti à generatione, & cum arguitur .b. eſt magis naturaliter ægrum ipſo .a. ergo .a. non eſt ægrum ſemper,negabitur à nobis conſequentia, & dicemus, quod ægrum ſemper habet latitudinem graduum differentium ſecundum magis, & minus, ſecundum quos aliquod ægrum ſemper eſt magis ægrũ alio ægro ſemper. Quod igitur corpus fuerit naturaliter aptum omni tempore ægrotare ægritudine vt nunc deteriore, erit magis ægrum ſemper corpore apto

omni tempore ægrotare ægritudine vt nunc minus mala, licet igitur ægrum ſemper formaliter, & complete differat ab ægro, vt multum per eſſe aptum omni tempore ægrotare, ipſum tamen ab alio ſemper ægro differet ſecundum malitiam diſpoſitionis præter naturam, in quam aptum eſt omni tempore cadere: duo igitur complent formalem rationem ſemper ægri, primum quod ſit aptum omni tempore ægrotare ægritudine vt nunc, ſecundum omne tempus ſuæ vitæ, & per hoc differt eſſentialiter, & complete a. b. vt multum ægro. Secundum eſt. Quod ſit ſatis diſtemperatum, & per hoc non ſolum differt a. b. vt multum ægro, ſed etiam à quolibet exiſtente in latitudine ſanitatis inter ipſum, & optime ſanum: & debes ſcire quod hic gradus ſupremitatis, ſatis habet locum in ægro ſemper collatione ad omnia, quæ ſunt in latitudine ſanitatis alia ab ægro ſemper, & vt ſic dicit indiuiſibilem conſiſtentiam, ipſum enim maxime diſtemperatum eſt naturaliter, comparatione ad ea: comparatione tamen ad ea ſolum, quæ ſunt in latitudine ægritudinis ſemper, non habet locum, quoniam non omne corpus ægrum ſemper eſt naturaliter maximè diſtemperatum, quoniam .a. eſt naturaliter minus diſtemperatum .b. vtroque exiſtente ægro ſemper. B Iterum attende latitudinem ægritudinis ſimpliciter, quæ eſt pars latitudinis ſanitatis, diuidi in duas partes, quarum vna eſt terminata ad non gradum latitudinis ſanitatis per exitum illius in neutralitatem vt nunc: alia vero eſt terminata ad latitudinem neutralitatis ſimpliciter. prima, quæ terminatur ad non gradum latitudinis ſanitatis eſt latitudo ægritudinis ſimpliciter ſemper, quæ propter magis vergere in diſpoſitionem præter naturam, quæ eſt ægritudo vt nunc ab ea corpus eſt exiſtens naturaliter ſatis diſtemperatum, propter quod aptum eſt omni tempore ſuæ vitæ ægrotare, & hoc ideo dicitur corpus ægrum ſemper, ſecunda verò pars terminata ad latitudinem neutralitatis ſimpliciter eſt latitudo ægritudinis vt multum, quæ propter eſſe diminutam diſpoſitionis malitiam ab optime ſano, corpus ſub ea aptum eſt tamen pluribus temporibus ægrotare, hoc ideo dicitur ægrum vt multum, & debes ſcire, quod licet ægritudo vt multum non ſit ita mala diſpoſitio, ſicut ægritudo ſemper, ipſa tamen C merito ſui lapſus naturalis non eſt in medio totius latitudinis ſanitatis exiſtens, & hoc ideo eſt, quoniam corpus ſub ea comparatione ad optime ſanum, eſt extremaliter naturaliter diſtemperatum, & hoc voluit illud verbum Galeni primo Tegni textu, commenti decimi ſexti: nondum verò in medio conſtitutum &c. Iterum attende, quoniam ægrum ſimpliciter eſt in latitudine ſanitatis iuxta illud verbum Galeni ſecundo Tegni textu commenti ſeptimi. Et diuidetur totius ſanitatis latitudo in tres partes latitudinem habentes, & ipſas multam ſcilicet ſanorum ſimpliciter, ægrorum ſimpliciter, & neutrorum ſimpliciter, & quæcumque ſunt in latitudine ſanitatis ſana ſunt, relinquitur ergo ægrum ſimpliciter, ſanum eſſe, & non ſanum ſimpliciter, quoniam extremaliter naturaliter opponuntur, ergo erit ſanum vt nunc. Iterum arguitur, non omne corpus à generatione ſanum eſt, ſanum ſimpliciter, quoniam non omnis ſanitas connata, eſt ſemper, vel multum duratura, ergo aliquod corpus eſt à generatione ſanum, quod eſt lapſum ab optime ſano, ſed ægrum ſimpliciter eſt à generatione lapſum ab optime ſano, ergo ægrum ſimpliciter eſt ſanum lapſum ſic à generatione, & non eſt ſanum ſimpliciter, erit D igitur ſanum vt nunc, omne igitur ægrum ſimpliciter eſt ſanum vt nunc, & res non conuertitur. Sed contra obiiciet aliquis, aliquid tunc connaſci alicui & velut habitus de difficili alterabilis, & velut diſpoſitio de facili mutabilis, quod non concedit Ariſtotiles in Prædicamentis. Cui nos dicemus non inconuenire idem connaſci alicui per modum habitus, & diſpoſitionis, non quidem vno, ſed diuerſis reſpectibus, cholericitas enim connata Socrati collationem ad optimam ſanitatem, in quam non poteſt permutari, niſi maxime difficulter, eſt illius, velut habitus quidam exiſtens ægritudo ſimpliciter, comparatione tamen ad ægritudinem vt nunc, in quam Socrates faciliter poteſt cadere, propter magis vergere in eam, erit illius velut diſpoſitio quædam exiſtens ſanitas vt nunc. Sed contra obiicit vnus ex modernis probans ęgrum ſimpliciter nō poſſe dici ſanum vt nunc, quoniam tunc Socrates pro eodem inſtanti diceretur ſanus, & non ſanus, & huius deductio eſt, poſito Socrate à generatione cholericiſsimo febriente nunc febre hectica, &

A cã, & arguitur:Socr. nunc non eſt ſanus, vt patet, quoniam hecticus præter naturam, & quod ſit ſanus, arguitur, quoniam omne ſimpliciter ægrum, eſt ſanum vt nunc: Socrates eſt ſimpliciter æger, quoniam naturaliter ſatis diſtemperatus, ergo Socrates eſt ſanus vt nunc, quare Socrates idem ſanus erit, & non ſanus pro eodem inſtanti, quod eſt contradictio. Iterum arguit omne ægrum ſimpliciter eſt ſanum vt nunc, aliquod ægrum vt nunc, eſt ægrum ſimpliciter, ergo aliquod ægrum vt nunc eſt ſanum vt nunc, conſequens eſt impoſsibile, ergo & antecedens, non minor, vt probatum eſt, ergo maior. Iterum nullum ſanum vt nunc eſt maxime præternaturaliter diſtemperatum, ſed ægrum ſimpliciter eſt maxime præternaturaliter diſtemperatum, ergo nullum ſanum vt nunc, eſt ægrum ſimpliciter. Iterum ægritudo ex primo Tegni diuiditur in ægritudinem ſimpliciter, & ægritudinem vt nunc, ergo ſi ægritudo ſimpliciter eſt ſanitas vt nunc, erit diuiſio ægritudinis in ſanitatem vt nunc, & ægritudinem vt nunc, & hoc eſt ſa-
B tis inconueniens. Cui nos dicemus, quod malus intellectus verborum Galeni fecit eum deficere, pro quo annotatione dignum eſt, quod cum idem dicatur ægrum ſimpliciter, & ſanum vt nunc, non vno quidem reſpectu, ſed diuerſis, vt iam diximus, reſpectibus, ideo idem poteſt deperdere rationem, à qua dicebatur ſanum, vt nunc, retenta tamen ratione, à qua dicebatur, ægrum ſimpliciter, ſicut cum corpus ægrum ſimpliciter iam ceciderit in ægritudinem, vt nunc, quæ eſt diſpoſitio præter naturam, quoniam enim dicebatur ſanum vt nunc, in quantum ſua diſpoſitio erat ei melior, quæ acquiri potuit ex ſuis principiis, quæ ſuo modo perficiebat operationes, quæ diſpoſitio, quoniam non erat firma, neque perdurans dicebatur ſanitas vt nunc: adueniente igitur ægritudine præter naturam, quia corrumpitur dominium actus operationum, quas non poteſt ſuo modo perficere ideo aufertur ratio, qua dicebatur ſanum vt nunc, & quia à diſpoſitione præter naturam ſubito adueniente, non poteſt naturalis corporis complexio corrumpi, vt poſt dicemus, ideo eſt, quod adueniente ægritudine vt nunc corpori ſimpliciter ægro
C non corrumpitur diſpoſitio, qua eſt ſimpliciter ægrum, quoniam igitur ægritudo ſimpliciter congenita eſt, non corrupta a diſpoſitione aduentitia, ideo manet reſpectus ſui plurimum connati lapſus ab optima ſanitate, & per conſequens accidente ægritudine vt nunc, non aufertur ratio, qua dicebatur aliquod ægrum ſimpliciter. Et ad rationem primam concedimus, caſu poſito Socratem non eſſe ſanum, & cum dicitur omne ægrum ſimpliciter, eſt ſanum vt nunc, interimendum eſt illud, neque dictum hoc eſt poſitio Galeni, niſi moderatione intelligatur ſic, omne corpus ægrum ſimpliciter, dum ſcilicet manet ſecundum naturam operans operationes, quas ſuo modo habet perficere eſt ſanum vt nunc, & certum eſt Socratem non manere ſic ſecundum naturam, quoniam merito aduenientis hecticæ ponitur in latitudine diſpoſitionum præternaturam. Et ad ſecundam rationem palam maiorem falſam eſſe, quod ſi ipſa verificetur apud Pluſquamcommentatorem ſic, omne corpus ſimpliciter, dum manet ſecundum naturam eſt ſanum vt nunc, cum oporteat inde ſic argui, aliquod ægrum vt nunc, eſt ægrum ſimpliciter, dum manet ſecundum naturam, ergo aliquod ægrum vt nunc, eſt ſanum vt nunc, & patet minorem impoſsibilem eſſe. Et ad tertiam rationem, quid dicendum ſit, apparet, non enim putamus quemadmodum Gentilis voluit, egritudinem ſimpliciter menſurandam eſſe à malitia diſpoſitionis præter naturam, vt ſcilicet
D illud dicatur ægrum ſimpliciter, quod eſt maxime præternaturaliter diſtemperatum, ſed quoniam ægrum ſimpliciter poſuimus in latitudine ſanitatis, quæ eſt diſpoſitionum ſecundum naturam, ideo dicetur, ægrum ſimpliciter naturaliter maxime diſtemperatum, ad modum, quem diximum iam. Et ad rationem quartam dicemus, conſequentiam hanc nullã eſſe, ægritudo diuiditur in ægritudinem ſimpliciter & ægritudinem vt nunc, & ægritudo ſimpliciter, eſt ſanitas vt nunc. Ergo ægritudo diuiditur in ſanitatem vt nunc, & ægritudinem vt nunc, ſicut non ſequitur animal diuiditur in rationale, & irrationale, & rationale eſt ſubſtantia, ergo animal diuiditur in ſubſtantiam, & irrationale. Et hic attentione dignum eſt, quod diuiſio debet eſſe eorum, quæ primo ſub diuiſo continentur, & non eorum, ſub quib. diuiſum continetur, vt voluit Ariſt. in libro Topicorum, quia igitur

animal ſub ſubſtantia eſt, non erit diuiſio animalis in ſubſtantiam, ſic pariter dica- A
tur quoniam ſub ſanitate vt nunc,eſt ęgritudo aliqua,vt ægritudo ſimpliciter,non,
erit diuiſio ægritudinis in ſanitatem vt nunc. Quid igitur ſit ægritudo ſimpliciter
& quot modis dicatur,& quæ ſit eius poſitio in latitudine ſanitatis, hoc modo di
catur.

Caput nonum eſt de neutralitate ſimpliciter, & de modis eius.

QVONIAM medium dicitur relatione ad extrema vt quinto habetur Natura-
lium, & ſcientiam extremorum latitudinis ſanitatis expleuimus, de medio
agamus, quod communi nomine neutralitatem ſimpliciter medici appellant.
Attende igitur primo,quòd licet neutrum multipliciter dicatur iuxta illud Galeni
primo Tegni textu,commenti decimi ſeptimi. Quoniam autem & neutrum cor
pus tripliciter dicitur &c. ipſum tamen non ſecundum omnem modum ſuæ ac-
ceptionis ordinamns in latitudine ſanitatis,quoniam ſecundum illum modum tan
tum ordinabile eſt in latitudine ſanitatis, ſecundum quem eſt medium verè ſaniſ- B
ſimi, & ægerrimi corporis, medium enim, & extrema eiuſdem ſunt generis,ſed
neutrum in prima eius ſignificatione ſolummodo verè medium eſt ſaniſsimi, &
ægerrimi corporis, iuxta illud Galeni vt ſupra, ſecundum primum quidem ſignifi
catum neutrum erit corpus medium verè exiſtens ſaniſsimi,& ægerrimi corporis,
ergo neutrum in prima eius ſignificatione tantum eſt ordinabile in latitudine ſani
tatis. defecerunt igitur aliqui putantes neutrum in ſecunda, & tertia intentione
poni in latitudine ſanitatis: ipſum enim ſicut non eſt verè medium latitudinis ſani
tatis, neque proprie neutrum dicetur, cum enim quid nominis proprie neutri ſit
non poſſe dici vtrumque extremorum in eodem, vel in diuerſis temporibus, &
neutrum in ſecunda ſignificatione, poteſt dici vtrumque extremorum in eodem
tempore, & in tertia intentione in diuerſis, vt placuit Galeno primo Tegni textu,
commenti decimi octaui, & decimi noni: ideo eſt, quod neutrum ſecundæ, vel
tertiæ ſignificationis, non proprie neutrum dicetur. Iterum attende, quo- C
niam neutrum ſimpliciter eſt verè medium latitudinis ſanitatis differens ab extre-
mis ſolum ſecundum magis, & minus, lapſus eius non erit tantus ab optime ſano,
quantus eſt ſimpliciter ægri, & eſt pluſquam ſani vt multum,& hoc ideo Galenus
in diffinitione ægri ſimpliciter voluit ſubintelligi vltime naturaliter diſtempera-
tum, collatione ad neutrum ſimpliciter, quod licet ſit naturaliter diſtemperatum
ſecundum lapſum eius naturalem ab optime ſano,quia tamen vere medium eſt ſa-
niſsimi, & ægerrimi corporis, non erit vltime diſtemperatum, ſed quia medio-
criter naturaliter lapſum, mediocriter naturaliter erit diſtemperatum, & per hoc
dicemus, neutralitatem ſimpliciter eſſe habitum quendam naturalem mediocriter
lapſum ab optima ſanitate, medium vere ſaniſsimi, & ægerrimi corporis exiſtens,
& quia eſt habitus quidam connatus quantum in ipſo eſt, ſecundum naturam
omni tempore eſt concomitans, & velut habitus quidam dictus ſimpliciter talis.
Iterum attende, quoniam neutralitas ſimpliciter in latitudine ſanitatis ordinatur,
ideo à nobis dicta eſt quædam ſanitas, non vno quidem, ſed diuerſis reſpectibus,
poteſt enim vno reſpectu connaſci vt habitus, quo dicetur ſimpliciter talis,& alio
vt diſpoſitio, qua dicetur non ſimpliciter talis, neutrum igitur corpus collatione
ſui connati lapſus ad optimam ſanitatem, in quam maxime difficulter permutabi D
le eſt, dicetur ſimpliciter tale,& eius habitus connatus erit neutralitas ſimpliciter
omni tempore concomitans, quantum eſt in ipſo ſecundum naturam, collatione
verò ad ægritudinem vt nunc, in quam facilius poteſt permutari propter magis
vergere in eam, quàm corpus ſimpliciter ſanum, dicetur ſanum vt nunc, & eius
erit diſpoſitio connata exiſtens ſanitas vt nunc, quæ quoniam variabilis eſt,& cor-
pus ſub ea agitabile ab extrinſecis alterātibus nō erit omni tempore concomitans,
neque ſemper, vel multum duratiua. Sed dubitabit aliquis, cum neutralitas
ſimpliciter ſit vere medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, & medium ſit æque
faciliter permutabile, ad quodlibet extremorum, videtur neutralitatem ſimplici-
ter æquè permutabilem eſſe in optimam ſanitatem,ſicut in ægritudinem,cuius con
trarium dictum eſt. Cui nos dicemus. Quod licet neutralitas ſimpliciter me
rito ſitus, quem habet in latitudine ſanitatis ſit verè medium ſaniſsimi, & ægerri
mi

A mi corporis, merito tamen naturalis diſtemperantiæ, cum qua communicat,ergo ſimpliciter & non optime ſano non erit vere medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, ſed magis vergens in ægerrimum, propter quod minus difficulter poterit permutari in ægerrimum, quàm in ſaniſsimum, & propter eandem rationem, licet neutralitas ſimpliciter magis diſtet ab ægritudine vt nunc, quàm ab optima ſanitate, in ipſam tamen facilius poteſt corpus neutrum ſimpliciter cadere, propter ſui naturalem lapſum, quàm in ſanitatem optimam. Iterum dubitabit aliquis de veritate illius, quod dixit Galenus neutrum ſcilicet primi ſignificati eſſe verè medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis. Cui nos dicemus,veritatem illam manifeſtantes, duplici doctorum fantaſia,prima eſt Gentilis aſſumentis ſibi primo quamlibet neutralitatem à latitudine ſanitatis eſſe totaliter excluſam, ſicut & quælibet ægritudo per hoc, quoniam quæ ſunt eiuſdem latitudinis identificantur ſpecie, differentia ſolum ſecundum magis, & minus, & quia quælibet neutralitas, ſicut quælibet ægritudo ſpecie differt à quacumque ſanitate, cum quælibet talis ſit

B diſpoſitio præter naturam,igitur non erit aliqua neutralitas in latitudine ſanitatis. Secundo aſſumit ſibi neutralitatem ſimpliciter eſſe diſpoſitionem inſenſibiliter lædentem operationes, & ſubiecto affixam, propter ipſam eſſe ſimpliciter talem difficulter ad ſanitatem, & ægritudinem permutabilem reſpectu cuiuſcumque neutralitatis non ſimpliciter talis, & neutralitatem vt nunc,voluit eſſe diſpoſitionem præter naturam facile permutabilem ad ægritudinem, vel ſanitatem, propter non eſſe ſubiecto affixam, propter quod non dicitur ſimpliciter talis,ſed vt nunc. Iterum tertio aſſumit neutralitates totam latitudinem neutralitatis complentes, eſſe quinque in numero, quarum duæ ſunt neutralitates vt nunc, duæ verò vt multum, & vna in medio earum exiſtens,quam neutralitatem ſemper nominat, ſic igitur ſecundum Gentilem tota neutralitatis latitudo complebitur quinque ordinibus, vno in medio totius exiſtente, in quo eſt neutralitas ſimpliciter, Duobus verò terminatis ſecundum extremum remiſsius latitudinis neutralitatis ad extremũ

C remiſsiſsimum totius latitudinis ſanitatis,reliquis verò duob.ex oppoſito latere in extremo remiſsiore latitudinis neutralitatis terminantis ad extremum remiſsius totius latitudinis. Prima igitur neutralitas, vt nunc, ſtatuit ſibi primum ordinem verſus latitudinem ſanitatis, & dicitur neutralitas vt nunc,quia de facili poteſt permutari in ſanitatem propter magis vergere in eam. Secunda eſt neutralitas vt multum, ſtatuens ſibi ſecundum ordinem ſuæ latitudinis verſus latitudinem ſanitatis, & dicitur vt multum, quia magis fixa, & permanens, quàm prima, minus faciliter ad ſanitatẽ permutabilis. Tertia eſt neutralitas ſemper in medio ſuæ latitudinis exiſtens ęqualiter diſtans ab oppoſitis latitudinibus,& dicitur ſemper talis,quoniã maxime affixa ſubiecto, propter quod difficulter permutabilis in ſanitatẽ,vel ægritudinem,minus tamen difficulter permutabilis in alios modos neutralitatis. Quarta eſt neutralitas vt multum, quæ quartum ordinem ſuæ latitudinis ſibi determinauit verſus latitudinem ęgritudinis,quæ minus difficulter permutabilis eſt in ægritudinem,neutralitate ſemper, propter magis vergere in eam,quinta eſt neu

D tralitas vt nunc in quinto ordine ſuæ latitudinis ad latus ægri, faciliter permutabilis in ægritudinem,propter eſſe illi magis propinquam. Iterum aſſumitur quarto,quod omne corpus tranſiens à ſanitate in ęgritudinem,vel contra tranſit per huiuſmodi neutralitates medias, patet, quoniam non ſubito fit tranſitus de extremo contrario ad extremum ſibi contrarium, & ſine medio. Iterum voluit quinto.Quod etſi neutrum primi ſignificati ſit mediũ tranſitus ſaniſsimi,& ęgerrimi ſecundũ rationem dictam, ſecundum tamen aliam ſibi conuenit eſſe mediũ formæ,quoniam mediũ formæ eſt medium ſecundum gradũ ſuæ perfectionis cadens inter extrema,vt ſcilicet ſit vno perfectius,& alio imperfectius, conſtat autem neutrum cadens inter ſanum,& ægrum eſſe perfectius ægro,& imperfectius ſano. Et ex his ſatisfaciemus quęſito iuxta viam hanc duob. dictis.Primum eſt,nõ quodlibet neutrum ſimpliciter eſt vere medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, patet, quoniam maior eſt diſtantia neutri ſimpliciter in ſecundo ordine verſus latus ſani ad ægritudinem, ſecundum omnem modum acceptionis ægritudinis, quam ipſius ad latitudinem ſanitatis, vt patuit ex tertio aſſumpto, ſecundo dicit neutrum

ſimpliciter ſemper eſſe verè medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, quoniam, cum ſit in medio totius latitudinis neutralitatis æqualiter diſtans ab optimis latitudinibus, erit vere medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis. Sed quoniam voluit Galenus neutralitatem ſimpliciter conſtitutam eſſe à generatione, quæ autem diſpoſitio, à generatione habita eſt, talis dicitur ſecundum naturam, non igi tur recte putauit Gentilis omnem neutralitatem eſſe diſpoſitionem præter naturam. Iterum quoniam quod à generatione eſt in motu, via tranſitus acquiri non poteſt, cum congenitum aduentitium efficeretur. Igitur cum corpus tranſit de ſanitate in ægritudinem, vel contra, non acquiret omnes neutralitates, velut neceſſaria media, per quæ habet tranſire, & oppoſitum voluit Gentilis. Nos igitur diſſentiendo Gentili dicemus cum Galeno, quod neutrum ſimpliciter, etſi ſit medium formæ ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, intelligendo per ægerrimum peſsime ſanum, quod eſt ægrum ſimpliciter, de latitudine ſanitatis exiſtens, ipſum tamen non eſt per quod motum de ſanitate ſimpliciter in ægritudinem tranſeat, clara prima pars, quoniam neutrum ſimpliciter eſt perfectius ægro ſimpliciter, quoniam eſt minor lapſus naturalis, & imperfectius ſimpliciter ſano, quoniam labitur naturaliter ab eo, & cum ſit hæc formalis ratio medii formæ erit neutrum ſimpliciter medium formæ ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, & ſecunda pars vera eſt, quoniam non poteſt ſaniſsimum effici ægerrimum, ergo non eſt neutrum ſimpliciter, medium via tranſitus ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, & aſſumptum perlucidum eſt, quoniam ægerrimum tale eſt connatum, & habituale, quapropter per nullum motum poſt generationem acquiri poteſt, ex tempore, etenim congenitum acquireretur, quod eſt impoſsibile. Adhuc ſi motum de ſanitate in ægritudinem, neutralitatem ſimpliciter acquiret, cum neutralitas ſimpliciter ſit diſpoſiti o ſecundum naturam, tunc ſecundum naturam eſſet non ſecundum naturam, quod eſt falſum. Non igitur motum de ſanitate in ægri tudinem habet tranſire per neutralitatem ſimpliciter, tanquam per medium acqui ſibile in illo motu. Sed quod dixit Galenus neutrum ſcilicet eſſe verè medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis verificari poteſt de vtroque neutro ſcilicet ſimpliciter tali, & vt nunc tali, quod ſi velimus neutrum ſimpliciter nomine ægerrimi tunc intelligemus peſsime ſanum de latitudine ſanitatis dictum ſimpliciter ſemper ægrum, & palam eſt tot gradibus in latitudine ſanitatis, neutrum ſimpliciter diſtare ab ægro ſimpliciter ſemper, quot diſtat ab optime ſemper ſano, ab ægro etenim ſimpliciter ſemper diſtat ſolo vnico gradu, ægritudinis ſcilicet vt multum, & ab optime ſemper ſano, ſolo etiam vnico gradu, ſanitatis ſcilicet vt multum diſtanter ſe habet. Quare per hanc æqualem diſtantiam iudicabitur neutrum ſimpli citer vere medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis. Si verò velimus nomine neutri, neutrum corpus vt nunc, adhuc verificabitur neutrum eſſe verè medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, & intelligimus per ſaniſsimum à toto genere latitu dinem ſanitatis, ſeu quodlibet corpus, quod de latitudine ſanitatis exiſtens ſanum dicitur, per ægerrimùm verò intelligimus quodcumque ægrum de latitudine ægri tudinis vt nunc: & quia latitudo neutralitatis, vt nunc per æque diſtantiam media eſt inter duas latudines, ſanitatis ſcilicet totius, & totius ægritudinis, ideo vt ſic verificabimus neutrum corpus vt nunc, eſſe verè medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis, & poterit dici medium tranſitus, quoniam omnia corpora morientium ægritudine, moriuntur vt nunc, excepto naturaliter moriente, poterit quoque dici medium formæ, quoniam neutralitas vt nunc eſt perfectior ægritudine vt nunc, & imperfectior quacumque ſanitate de latitudine ſanitatis exiſten te. Iterum principaliter attende, quod latitudo neutralitatis ſimpliciter exiſtens media duarum extremitatum latitudinis ſanitatis, tribus neutralitatibus com pletur, quarum vna eſt ad latus optimæ ſanitatis, & dicitur neutralitas vt multum, corpus enim ſub ea, comparatione ad optime ſanum, quaſdam eſt accipiens mutationes ſecundum quamlibet ætatem iuxta illud Galeni primo Tegni, textu cōmen ti decimi ſeptimi. Hoc verò vt multum, & mutationes quaſdam accipiens. Et debes ſcire, quod neutrum vt multum eſt etiam medium ſaniſsimi, & ægerrimi cor poris, patet, quoniam ipſum incluſum eſt intra extrema latitudinis ſanitatis. Sed quoniam

A quoniam magis vergit vel ad latus ſani vt multum, vel ad latus ægri vt multum, ideo non vere medium dicetur quod eſt tale per æqualem diſtantiam extremorum, dicatur igitur neutrum vt multum ab aptitudine, quam habet ad ægrotandum in pluribus temporibus, per comparationem ad neutrum ſemper, ſiue declinet ad latus ſani vt multum, ſiue ad latus vt multum ægri. Quòd ſi fuerit tale declinans ad latus ſani vt multum, quia naturaliter minus labitur propter vicinitatem, quam habet ad optime ſanum, erit aptum pluribus temporibus ægrotare à cauſis quidem fortiorib. ægrotare facientibus, quam ſit aptum ægrotare neutrum vt multum, declinans ad latus ægri ſimpliciter. Et ex hoc habes neutrum vt multum declinans ad latus optime ſani eſſe lapſum naturalem minus malum, lapſu neutri ſemper, & neutri vt multum vergens ad latus ægri vt multum. Secunda neutralitas latitudinis neutralitatis eſt neutralitas ſemper, in medio totius ſuæ latitudinis & totius ſanitatis exiſtens, æqualiter diſtans ab extremis eiuſdē latitudinis, pro B pter quod dicta eſt verè medium ſaniſsimi, & ægerrimi corporis. Et dicitur ſemper neutrum ab aptitudine ſempiterna verè neutrius extremorum, quam habet ad ægrotandum, & quia verè in medio exiſtens, eius lapſus naturalis comparatione ad alia neutra, erit mediocriter malus, & ipſum neutrum ſemper propter eandem rationem à cauſis mediocriter fortioribus aptum erit aptitudine ſempiterna, ægrotare. Et ſic habes ſemper neutrum minus bene ſe habere aliquo neutro vt multum, propter magis vergere in ægritudinem vt nunc, quam neutrum vt multum, declinans ad latus optime ſani. Tertia neutralitas eſt neutralitatis vt multum declinans ad latus ægri ſimpliciter, & dicitur vt multum propter rationem dictam, quæ quoniam magis propinqua eſt ægritudini præter naturam, eius lapſus naturalis erit deterior lapſibus aliorum neutrorum, & ſic habes aliquod neutrum vt multum eſſe deterius lapſum, & neutro ſemper, & aliquo vt multum neutro, ſicut patet de neutro vt multum, declinante ad latus ægri ſimpliciter propter enim magis appropinquare ægritudini vt nunc, quam neutrum ſemper, & vt multum ad latus ſani aptum C eſt magis vinci à cauſis debilioribus ægrotare facientibus, merito cuius dicetur deterius lapſum. Propter quid autem non diffiniatur ſemper neutrum ab aptitudine ſempiterna neutrandi, ſicut ab aptitudine ægrotandi, videbis ſuper hoc Plus quamcommentatorem primo Tegni circa finem commenti decimi ſeptimi.

Iterum attende, quoniam neutralitas ſimpliciter eſt in latitudine ſanitatis, vendicauit ſibi nomen cuiuſdam ſanitatis, & dicitur ſanitas vt nunc, vel alicui. Non vno quidem, ſed diuerſis reſpectibus idem corpus dicetur neutrum ſimpliciter, & ſanum vt nunc, quemadmodum de ægro ſimpliciter, dictum eſt. Iterum attende duos illos modos neutralitatis, quos medici decidentiæ, & conualeſcentiæ nuncuparunt, non eſſe ipſius neutralitatis ſimpliciter, vt opinatus eſt Gentilis, ſed neutralitatem vt nunc ex oppoſito diſtinguunt, & eius tantum ſunt modi, & de hoc clarius dicemus infra. Quid igitur ſit neutralitas ſimpliciter, & quot modis dicatur & quis ſit eius ordo in latitudine ſanitatis, palam ſit ex dictis.

Oritur autem ex prædictis quæſtio. Vtrum corpus naturaliter lapſum in complexione ab optimè ſano, per vſum alicuius regiminis, poſsit reduci ad corpus optimè D ſanum in complexione. Cui dicunt nonnulli partem negatiuam confitentes per hoc, quoniam quilibet naturalis lapſus exiſtens de latitudine ſanitatis, eſt corporis ſic lapſi, naturalis complexio, quoniam ſibi talis lapſus connatus eſt, & eidem à primis ſpermatibus datus, & quia naturalis rei complexio permutari non poteſt, ideo neque corpus naturaliter lapſum in complexione ab optime ſano poterit reduci ad optime ſanum corpus, & minorem ſuæ rationis inducunt, primo iuxta illud Damaſceni in Aphoriſmis ſuis, complexio naturalis ſecundum vicinitatem quidem adhæret, actu tamen inſeparabilis eſt.

Adhuc iuxta illud Ariſtotelis primo Ethicorum dicentis. Quod naturale eſt, aliter non aſſueſcit. Iterum quoniam omnis naturalis complexionis permutatio, videtur inducere diſpoſitionem ægritudinalem, igitur non poterit corpus naturaliter lapſum permutari à ſui complexione naturali, & reduci ad corpus optime ſanum, aliter enim optima ſanitas eſſet illi diſpoſitio ægritudinalis, & aſſumptum huius rationis inducunt, iuxta illud Auicennæ prima, primi

doctrina tertia in aſsignatione quinti modi æqualitatis, dicentis. Quod omne A indiuiduum habet complexionem ſibi æqualem, ſub qua ſanum eſt, & viuit, cuius immutatio infirmat,& corrumpit,& idem innuens Auicenna in tertio modo æqualitatis dixit, ſi corpus Indi ſecundum complexionem Sclaui, quale fiet,aut infirmabitur, aut morietur: ergo ſi corpus naturaliter lapſum fiet æquale ſecundum complexionem corporis optime ſani, aut infirmabitur, aut morietur. His autem ſic credentibus, contradicit Galenus in pluribus locis ſuorum librorum,conceſsit enim ipſe, corpus à ſui naturali complexione permutari poſſe ſine alicuius inconuenientis cõſequutione,dixit enim primo in commento quinquageſimo ſecundæ particulæ Aphoriſ. Cibus,& potus propriam ſtomacho dãt naturam,& paulo poſt dixit. Item cibus, & potus quadam mutatione corpus in ſuam naturam mutant, quod non eſſet,niſi naturalis corporis,vel membri complexio permutari poſſet. Adhuc dixit ſecundo Tegni cap.de ſignis corporis ægri ſimpliciter ſumptis à muſculis,quod humiditas nutrimentalis:quæ continetur in mediis regionib.ſimilium membrorum ſecundum multitudinem,& paucitatem ſui,& tenuitatem,& ſpiſsitudinem demonſtrat, partem eſſe humidam vel ſiccam, & facit eam eſſe talem. B Iterum ſexto de Morbis, & accidentibus dixit,quòd principium,& cauſa accidentium,vt morpheæ,lepræ,& huiuſmodi eſt mutatio complexionis membrorum, & maxime carnis. Propter igitur Galeni dicta confiteamur corpus ipſum per vſum alicuius regiminis poſſe à ſui naturali complexione permutari, vt etiam concedamus, corpus naturaliter lapſum per vſum boni regiminis in longis quidem temporibus, vt placuit Galeno in commento illius aphoriſmi ſecundæ particulæ, Quæ ex multo tempore conſueta &c. permutatione ſuæ naturalis complexionis poſſe reduci ad æqualitatem corporis optimè ſani. Et propter hoc attentione dignum eſt, primo quod naturalis complexio corporis humani, & membrorum eius permutari poteſt, nõ ſolum quantum ad eius actum,ſed quo ad omnem illius potentiam,& naturam,quoniam humiditas nutrimentalis ipſum membrum materialiter immutat,iuxta verba Galeni vt ſupra,omnis autem membri materialis immutatio ſubſtantiæ atteſtatur,quare humiditas nutrimentalis ſubſtantialem complexionem ipſius membri poterit immutare. Iterum attende, quod naturalis complexionis immutatio ſubita & repente eſſe non poteſt, primo iuxta illud Galeni ſecunda Aphoriſmorum. Cibus,& potus quadã mutatione corpus in ſuam naturam mutant,quæ mutatio in longis temporibus augmentatur, ſecundo iuxta illud Galeni tertio Tegni textu commenti vigeſimitertii. In parte quidem corrigere ex multo ſtudio paulatim transferentes ad melius,& huius rationem attulit Galenus hanc, quoniam naturæ non ſubſtinent repentinas mutationes, quaſi velit dicere, quod omnis ſubita mutatio cuiuſcunq. complexionis inducit diſpoſitionem ægritudinalem:ſi igitur naturalis complexio indiuidui mutari habeat ſecundũ vſum alicuius regiminis,erit hoc gradata quadam mutatione ex ſucceſsiua,& tẽporali applicatione ſex rerũ non naturalium,quoniam hęc mutatio cum paulatim fiat ſecundũ quandam aſſuefactionem videtur tranſire in habitum, & facit eum quaſi naturaliter haberetur. quod ſi diſpoſitio illa gradata, & paulatim inducta ſit melior prius habita operationem meliorat,ſicut melior ſanitas,& quia hæc tempus, & ordinem requirit,difficultatem parit:ſi autem talis complexionis immutatio fiat in priorem complexionem hoc contingit dupliciter,vel quoniam ipſa eſt multi exceſſus immutatio,& tunc ſiue gradata fuerit,ſiue ſubita,quoniam operationes lædit, & eas deteriores facit,ægritudo eſt,ſed debes ſcire,quòd ęgritudo gradatim inducta differt à repente inducta, quoniam gradatim inducta habitualis eſt quodãmodo vergens in naturam rei,propter quod ferè videtur quædam ſanitas natiua, licet ſit vt nunc: ægritudo,repente autem inducta,propter naturam eam non tolerare, quia illi non aſſueſcit ac ſi naturaliter haberetur,ſicut eſt,ita ægritudo videtur. Iterum attende,quòd mutatio naturalis complexionis non eſt ſicut qualis eſt à Sole,& aëre, & febre,& huiuſmodi,ſed quoniam illæ ſunt ſolius qualitatis mutationes, hæc verò eſt in qualitate propter eam,quæ quodammodo eſt in ſubſtantia,& propter hoc ſi corpus febriens derelinqueretur ſuæ naturæ,remotis obſtaculis rediret in priſtinam naturam,propter non eſſe in eo amiſſum principium reuocatiuũ in eam,quod non

(margin letters: C beside "potentiam... mate-", D beside "complexionem hoc contingit")

A non contingit de corpore,cuius naturalis complexio permutata eſt, propter enim illius ſubſtantialem conuerſionem,non ineſt ei prima natura reuocans in amiſſum propter quod etſi relinqueretur ſuæ naturæ non rediret in priſtinum, quod habuit. Iterum attende,quod nos non obuiamus Pluſquamcommentatori, cum dixit primo Tegni,quòd corpus lapſum ſi relinquatur ſuæ naturæ redibit naturaliter in priſtinam ſanitatem : quoniam ibi ſua intentio eſt loqui tantum de corpore lapſo præter naturam,vt eſt neutrum vt nunc,vel ægrum vt nunc, quòd ſi ſuæ naturæ relinquerentur, redirent ad ſtatum primum ſibi naturalem propter in ipſis non eſſe amiſſum principium reuocatiuum in ipſum, neutralitate, vel ægritudine,vt nunc,ipſis præter naturam euenientibus, ſicut contingit de aqua buliente,propter enim caliditatem aquæ aduenientem non fit in ea ſubſtantialis conuerſio, merito cuius non inſit aquæ natura reuocans in amiſſam frigiditatem, ſed nos nunc loquimur de corpore reducto,cuius reductio ſolum eſt in his,quæ naturaliter labuntur,
B vel de corpore lapſo ad ſtatum proportionatiſsimum corporis naturaliter lapſi, velut corpus optime ſanum ex vſu praui regiminis poteſt acquirere ſtatum proportionatiſsimum alicuius corporum naturaliter lapſorũ,vt neutri ſimpliciter,vel ęgri ſimpliciter, cum enim in his facta ſit ſubſtantialis conuerſio non inerit eis natura reuocans in amiſſum,propter quod ſi corpus reductum ad temperamentum vtatur cauſis temperatis, ſicut & corpus temperatum non redibit in priſtinam ſui naturam vllo modo, ſed conſeruabitur in temperamento acquiſito, quemadmodum etiam ſi optime ſanum, ex vſu praui regiminis efficeretur ægrum ſimpliciter, vel ſub ſtatu proportionatiſsimo ægri ſimpliciter, & vteretur cauſis temperatis, vel deducentib. ad temperamentum, nunquam rediret in priſtinam naturam propter eſſe amiſſum principium reuocatiuum in eam, ex conuerſione facta quodammodo in ſubſtantia illius,licet ſi vteretur competenti regimine ſex rerum non naturaliũ, poſſet reduci ad ſtatum proportionatum corporis optimè ſani. Ex his igitur relinquitur partem dubii affirmatiuam veram eſſe,ſcilicet quod corpus naturaliter
C lapſum in complexione ab optime ſano, per vſum alicuius regiminis, poteſt reduci ad corpus optime ſanum in complexione, vel ad illi proportionatum gradum, ſecundum quod cum Galeno conuincimus non eſſe impoſsibile corpus, vel illius membra à ſui naturali complexione permutari poſſe.Et per hæc dicemus ad rationes partis oppoſitæ. Ad primam dicatur Damaſcenum fuiſſe illius poſitionis,vel aliter dicatur Damaſcenum aſſerere naturalem complexionem inſeparabilem eſſe eo præciſe modo,quo conceſsit Ariſtoteles ſecundo de Anima, aliquid inuiſibile eſſe, & debes ſcire, quod aliquod contingit dici inuiſibile dupliciter,vel quia videri nõ poteſt, vel quia cum difficultate videtur, ſic & complexionem naturalem dici inſeparabilem, dupliciter intelligitur, vel quia ſeparari non poteſt ab eo, cuius eſt naturalis complexio, vel quia cum difficultate ſeparari contingit,& verificatur pro ſecundo, quoniam enim nouæ diſpoſitionis gradata inductio,& tempus, & ordinem requirit, difficultatem parit, vt iam diximus. Ad ſecundam rationem dicitur conſequentiam hanc non tenere, quod naturale eſt aliter non aſſueſcit, ergo quod naturale eſt inſeparabile eſt, voluit enim Ariſtoteles ſuum antecedens ſic intelligi. Quod naturale eſt, ſtante ſui naturalitate non aliter aſſueſcit ſcilicet operari, quantum dirigit natura ſua. Quòd ſi à natura ſui mutaretur aliter aſſueſceret, ſicut naturalis cõplexio calida corporis, cuius eſt naturaliter, choleram generare,nõ
D aliter aſſueſcit, vt ſcilicet generet phlegma. Quòd ſi mutetur in frigidam complexionem, aliter aſſueſcit. Sic igitur dicimus naturalem complexionem aliter non aſſueſcere, quoniam ſtante ſui naturalitate non poterit non operari effectum ſibi proprium, quæ tamen ſi mutabitur vt priſtinam naturam amittat, aliter aſſueſceret. Ad tertiam rationem dicitur, quòd non omnis amotio propriæ, & naturalis complexionis ab indiuiduo eſt inducens diſpoſitionem ægritudinalem, ſed ſubita, omnis enim complexio, ad quam ita deuenitur, eſt ægritudo,propter naturam non ſuſtinere repentinas immutationes, vt iam diximus. Attentione tamen hic dignum eſt, quod corpus naturaliter lapſum cum fuerit reductum ad corpus optime ſanum, non erit de genere corporum diſtinctorum à ſcientia medicinæ, cum non ſit idẽ genere corporum naturæ, ſed erit de genere corporum artis, ſiue

profectus naturæ ab arte diſtinctorum quidem ab arte medicatiua, vt diximus ſupra. Quapropter non ſtatuet ſibi locum in latitudine ſanitatis, quam diſtinxit Galenus ſecundo Tegni ſed in aſsimilata illi latitudine, quæ eſt corporum artis, gradum obtinebit proportionatum gradui corporis, optime verè ſani, ſimiliter ſi corpus optimè ſanum ex vſu praui regiminis efficeretur neutrum ſimpliciter, vel ægrum ſimpliciter, tale effectum non eſſet de latitudine ſanitatis diſtincta à ſcientia medicinæ, ſed latitudine ſanitatis artis illi aſsimilata, ſecundum quod ars aſsimilatur naturæ, & habitus acquiſitus habitu naturali. A

Caput decimum eſt de ægritudine ut nunc.

EXPLETA latitudine totius ſanitatis ſecundum deſignatam imaginem, cum corpus in ea exiſtens, à quouis gradu illius contingat exire in mortem per ingreſſum latitudinum diſpoſitionum præter naturam, vt placuit Galeno primo de Morbis, & accidentibus, non enim eſt aliquod corpus à generatione aliquale, quod non contingat corrumpi in diſpoſitionem præter naturam, ideo à nobis deinceps diſtinguendæ ſunt duæ latitudinum imagines, in quarum vnam contingit corpus à generatione tale corrumpi, & eſt latitudo ægritudinis vt nunc, in alteram verò contingit ipſum deuenire tanquam in ſpacio viæ mediæ ad ægritudinem vt nunc, & eſt latitudo neutralitatis vt nunc, & quoniam extrema priora ſunt, quoniam ſimpliciora ſunt medio, ideo à nobis determinabitur prius de ægritudine vt nunc, velut de altero extremo, iuxta illud Galeni ſecundo Tegni textu commenti noni. Nobis ponentibus extremos terminos contrarios, alterutrum ſcilicet optimam compoſitionem, & nunc factam ægritudinem, dicamus igitur ægritudinem vt nunc eſſe diſpoſitionem præter naturam, qua corporis humani, vel illius membrorum operationes prius, quo ad ſeipſum, vel ad ſeipſa ſenſibiliter læduntur. B


Et attentione hic dignum eſt, quod ægritudo vt nunc à nobis diſpoſitio quædam dicta eſt, quoniam ipſa eſt qualitas de facili alterabilis, & à ſubiecto remouibilis, tum quoniam aduentitia eſt, tum propter ſubiectum continuè eſſe pronum ad reditum in diſpoſitionem, quæ ſibi debetur ſecundum naturam, quòd ſi qualitas illa, quæ ſubito inducitur, quam ſic ægritudinem vt nunc dicimus, gradata quadam, & ſucceſsiua mutatione corpori acquiratur, propter quod habitualis fiat, ferè videtur, ſicut quædam natiua ſanitas, non exiſtens in latitudine ægritudinis vt nunc, neque in latitudine ſanitatis corporum naturæ, ſed in latitudine ſanitatis corporum profectus naturæ ab arte, vt iam diximus. Iterum attende, quoniam diximus ægritudinem vt nunc eſſe diſpoſitionem præter naturam, quoniam cum acquiritur corpori, eſt nociua omnibus operationibus, quæ illi debentur per naturam, per eam etenim contingit corpus mortē attingere propter quod latitudinem ægritudinis vt nunc, verſus extremum intenſius terminauimus in mortem, tanquam in terminum excluſum ſuæ latitudinis, falſum igitur imaginarunt putantes ægritudinem vt nunc, poſſe à generatione haberi, quoniam enim natura in generatione operatur, quæ à generatione erunt, à natura erunt, & ægritudo vt nunc, eſt diſpoſitio præter naturam, igitur & ipſa minime à generatione erit. C D

Iterum attende, quoniam ægritudo eſt diſpoſitio præter naturam, vt placuit Galeno primo de Morbis, cap. primo, & tertio, cap. primo. Et primo de Regimine ſanitatis, ideo illi ſtatuimus latitudinem aliam longe diſtantem à tota ſanitatis latitudine, cum enim quæ in eadem latitudine ſunt, differant ſolum ſecundum magis, & minus, quemadmodum non differunt diſpoſitio naturalis, & ea quæ eſt præter naturam, ideo non erunt diſpoſitio naturalis, & præter naturam eiuſdem latitudinis, & quia ſanitas, & ægritudo vt nunc, ſunt contraria, & contraria ſunt, quæ maxime diſtant ſub eodem genere poſuimus latitudine ægritudinis vt nunc, aliam & longius diſtantem à tota latitudine ſanitatis, & ipſam voluimus eſſe vniformiter difformem ſecundum illius extremum remiſsius, latitudine neutralitatis vt nunc media, terminatam verſus latitudinem ſanitatis, ſecundum verò illius extremum intenſius in mortem, & hoc ideo, quoniam in exitu corporis à quouis gradu


A gradu latitudinis ſanitatis per ingreſſum latitudinis ægritudinis vt nunc, non vltime præternaturaliter diſponitur, quoniam ipſum ſic exiens, cum eſt in primo gradu latitudinis ægritudinis vt nunc, propter eſſe vicinius latitudini ſanitatis, minus præternaturaliter diſponitur ſeipſo exiſtente, & exiſtente in ſecundo gradu eiuſdem latitudinis, & ſic maioritas lapſus præter naturam corporis exientis latitudinem ſanitatis,& ingredientis latitudinem ægritudinis vt nunc,creſcit quouſque in mortem deuenerit, propter quod locauimus extremum remiſsius illius latitudinis verſus ſanitatem, per neutralitatem vt nunc mediam, & extremum intenſius in mortem, tanquam in vltimum lapſum præter naturam. Iterum attende, quoniam ſanitas eſt media duarum ægritudinum ſecundum rationem duplicis lapſus à tota latitudine ſanitatis, vt diximus iam,ideo vndique extremis latitudinis ſanitatis poſuimus latitudinem ægritudinis vt nunc, vtrobique intercidente latitudine neutralitatis vt nunc, in quarum vnam deuenit corpus, cum labitur à tota la-
B titudine ſanitatis verſus calidum præter naturaliter diſtemperatum, in alteram verò deueniet, cum à tota latitudine ſanitatis labetur verſus frigidum, præternaturaliter diſtemperatum. Iterum attende, quoniam, nullum corpus poteſt mori ægritudine vt nunc, niſi præcedente alteratione quadam diſponente ipſum ad latitudinem ægritudinis vt nunc, qua quidem alteratione corpus eſt exiſtens in latitudine neutralitatis, vt nunc, ideo locauimus latitudinem neutralitatis vt nunc, ſecundum omnem ſui modũ intra totam ſanitatis latitudinem ægritudinis vt nunc, ſecundum quod corpus exiens latitudinem ſanitatis non attingit latitudinem ęgritudinis vt nunc,niſi pertranſeat modum vnum latitudinis neutralitatis vt nunc, & vt euidentiora fiant, quæ diximus, & poſt dicemus figurauì ſecundum imaginem figuræ ſequentis, latitudinem omnium diſpoſitionum naturalium, & præternaturam, quibus denominatur primo genus, ſubiectum ſcientiæ medicinæ, ſecundum quemcumque lapſum ab optime vere ſano.

C Sequitur figura.


LATITVDO DISPOSITIONVM A QVIBVS PRINCIPALITER DENOMINATVR GENVS SVBIECTVM SCIENTIAE MEDICINAE.



Latitudo diſpoſitionum à quibus dicuntur corpora naturæ.



Latitudo diſpoſitionum, à quibus dicuntur corpora defectus naturæ.



Latitudo diſpoſitionum, à quibus dicuntur corpora defectus naturæ.

ITERVM attende, quoniam diximus ægritudinem vt nunc lædere operationes A
corporis primo quo ad ſeipſum, & hoc volumus per comparationem ad ægritudinem ſimpliciter, quoniam etſi ægritudine ſimpliciter lædantur operationes corporis, hoc eſt ſolum per reſpectum ad corpus optimè ſanum. Quo autem ad ſe ipſum corpus, ægritudo ſimpliciter perficit operationes, cum ſit quædam ſanitas vt nunc. primo igitur ægritudo ſimpliciter lædit operationes collatione ad ſimpliciter ſanum, ægritudo verò vt nunc vtroque reſpectu eſt operationum corporis ſenſibiliter læſiua, primo quo ad ſeipſum, ſecundo per reſpectum ad totam latitudinem ſanitatis. Iterum attende, quod ſenſibilis læſio operationum non diſtinguit, ægritudinem ſimpliciter ab ægritudine vt nunc cum vtraque ſenſibiliter operationes lædantur, vna ſcilicet relatione ad ſimpliciter ſanum, alia verò ad ſeipſum, & propter hoc ægritudo vt nunc non eſt cuilibet ægritudo, ſed habenti tantum, & hoc palam erit, ſi ponatur Socrati cholerico aduenire caliditatem pręter naturam, in duobus numeris, quæ illius erit ægritudo vt nunc, quod ſi hæc eadem Platoni phlegmatico accideret, vix për eam traheretur Plato ad neutralitatem vt B
nunc &c. Diſtinguitur autem ægritudo vt nunc, ab ægritudine ſimpliciter per hoc, quoniam hæc neutralitas fixa, illa vero præter naturam, & aduentitia, corpus igitur cæcum, vel claudum à natiuitate, quoniam eſt tale à diſpoſitione naturaliter fixa, dicetur ægrum ſimpliciter: neque obſtat, quod agruit Vgo Senenſis, quoniam licet defectus non ſint naturales, prout naturale, idem eſt quod à natura intentum, ipſi tamen naturales poſſunt dici, quoniam connati, & quia connati poſſunt effici inſtrumenta virtutis ad operationes exercendas, non reſpectu cuiuſcunq. corporis, ſed habēti tantū, per cuius reſpectum illi eidem dicentur ſanitates vt nunc, vt dictum eſt prius. Iterum attende, quod ęgrum vt nunc, & ſanū vt nunc, habent eandē diſpoſitionem huius dictionis vt nunc: nam quodlibet eorū diciturvt nunc tale, per diſpoſitionē, quæ non eſt ſimpliciter talis, reſpectu illius cuius eſt talis vt nunc, ſed alicui tantum. Iterum attende. Quod ſicut ſano vt nunc accidit non durare, C
niſi determinato quodam tempore, ſic & ęgro vt nunc, accidit tamen ſano vt nunc, non durare, propter de facili conuerti ad ægritudinem ex inclinatione, quam habet ad ipſam, ægro autem vt nunc, accidit nō durare propter ægritudinem vt nunc, quæ eſt illi accidentalis, & aduentitia diſpoſitio, & propter ipſum pronum eſſe ad reditum in amiſſam diſpoſitionem, velut de aqua calefacta demonſtratum eſt.
Iterum attende, quoniam ægritudo vt nunc, eſt accidētalis, & aduentitia diſpoſitio corpori, adueniens præter naturam, ideo non coibit in vnum, neutralitate vt nunc, reſpectu eiuſdem corporis, vel membri, quæ ſimiliter vt nunc, neutralitas eſt aduentitia, & præter naturā corpori adueniens, & quia quæ naturaliter corpori adueniunt quodāmodo inſeparabiliter ſe habent, nō oppugnabit ægritudinem vt nunc poſſe coire in unum cum omnibus his, quæ latitudinem totius ſanitatis complent. Erit igitur ægrū vt nunc ſanū ſimpliciter, vel ægrū ſimpliciter, vel neutrū ſimpliciter, & hoc non erit ab vna, & eadem diſpoſitione, ſed ægrum vt nunc erit ab aduentitia diſpoſitione, & præter naturam cōtingente, erit autem ſanū ſimpliciter, vel neutrū ſimpliciter, &c. à connata diſpoſitione latente ſub aduentitia, ſicut potentialis frigiditas aquæ latet ſub aduentitia caliditate illi præter naturam contingente.
Iterum attende, quoniā diximus ægritudinem vt nunc eſſe præter naturam, & quod tale eſt, non ſecundū naturā, à generatione tale eſſe non poteſt, non erit ęgritudo vt D
nunc talis à generatione, quoniā ęgritudine vt nunc contigunt lędi ſenſibiliter operationes viuentis, à nulla autem diſpoſitione à generatione habita læduntur operationes viuentis, ſed omni quæcunque fuerit talis, perficiuntur operationes ipſius. Ille igitur, qui natus erit cæcus, vel claudus in ſuis operationibus, vel ſuorum membrorum non habet ſenſibiliter læſionem, quoniam operationes illorum membrorum non habuit aliter à natura, & hoc per comparationem ad ſeipſum tantum, & non ad corpus optime ſanum, collatione cuius in ſuis operationibus ſenſibiliter læditur. Iterum attende, quod licet ægrum vt nunc ſit ſanum aliquo modo, non tamen per hoc credendum eſt ægrum vt nunc, & ſanum aliquo modo eſſe de eadem latitudine, quoniam illud non eſt ab una, & eadem diſpoſitione, ſed à diuerſis, à quarum vna, quæ eſt neturalis diſpoſitio latens ſub aduentitia eſt in latitudine

latitudine ſanitatis,ab altera verò,quæ eſt aduentitia,& præter naturam eſt in latitudine ægritudinis. Iterũ attende,quòd ægritudo vt nũc abſolute eſt vnius modi tantũ,quoniã quæcunq. fuerit,& cuiuſcũque corporis propter eſſe aduẽtitiam, &corpus per ipſam pronum eſſe in reditũ ad diſpoſitionẽ ſecũdũ naturã,dicitur nõ aptã eſſe multo tẽpore durare.quo tamen ad gradus ſuę intenſionis,vel affixionis, non vnius eſt modi,ſed pluribus ſecundũ quod contingit corpus pluribus modis ab ægritudine vt nũc,peruenire in mortẽ,& hoc ideo figurauimus latitudinẽ ægritudinis vt nũc,vniformiter difformẽ,verſus extremũ intenſius terminatã in mortẽ.Quid igitur ſi ægritudo vt nũc,& qualis eius latitudo,ex dictis habeatur.

Caput undecimum eſt de Neutralitate ut nunc, & de modis eius.

IAM egimus de extremis,agamus nunc de medio , quod contingit mobile prius attingere,antequam attingat extremum ex motu ab alio, vt placuit Ariſtoteli quinto Phyſicorum,Textu Commenti vigeſimiſecundi. Et dicamus ipſum eſſe neutralitatem vt nunc;non enim poteſt aliquod corpus à ſanitate in ægritudinem ſubito peruenire,vel econtra,cum non fiat ſubitus tranſitus de extremo in extremum ſine medio:vel quoniam de perfectione operationum ad ſenſibilem læſionem earum non contingit corpus peruenire,niſi per inſenſibilem læſionem operationum pertranſeundo à qua completur formalis ratio neutralitatis,vt nunc,erit igitur neutralitas vt nunc,diſpoſitio præter naturam in præſenti tempore vere media ſaniſsimi,& ægerrimi corporis operationum viuentis inſenſibiliter læſiua.
Et attentione hic dignum eſt,quoniam diximus neutralitatem vt nunc eſſe diſpoſitionem præter naturam per hoc,quoniam ipſa quoquo modo operationes imperficit comparatione,ſcilicet ad corpus neutrum vt nunc,& reſpectu cuiuſcunq.corporis exiſtentis in latitudine ſanitatis:& hoc proprium eſt diſpoſitionis non ſecundum naturam,& addo,quoniam diſpoſitio præter naturam à generatione haberi non poteſt,non erit neutralitas vt nunc,à primis ſpermatibus habita; tunc.n. per ipſam corpus ſuas perficeret operationes ad minus,collatione ad ſeipſum , & neutralitas quocumque modo eas imperficit, etſi inſenſibiliter, & addo ſecundo. Quoniam diſpoſitio præter naturam pluſquam ſecundum magis, & minus differt à diſpoſitione ſecundum naturam,non erit neutralitas vt nunc, in eadem latitudine cum neutralitate ſimpliciter,quam iam diximus diſpoſitionem naturalem,& voluimus exiſtentia in eadem latitudine differre ſolum ſecundum magis, & minus.
Iterum attende,quoniam dixi in tempore præſenti, & intelligo per tempus præſens,non tempus,in quo modo loquor,ſed quodcumque tempus de temporis infinita latitudine dicatur præſens,quia enim neutralitas vt nunc accidentalis, & aduentitia eſt,non erit firma,vt multum, perdurans ,corpus enim quantumcumque ea effectum pronum eſt,merito ſuæ naturæ ad reditum in diſpoſitionem iam amiſſam,propter quod videtur tale corpus dici neutrum, ſecundum præſens tempus.
Iterum attende,quoniam dixi vere media &c. quoniam contingit corpus à quocumque gradu ſanitatis fieri ægrum vt nunc, & non, niſi primus fiat neutrum vt nunc,de perfectione enim operationum ad ſenſibilem earum læſionem quis non peruenit,niſi pertingat inſenſibilem læſionem operationum, qua corpus dicitur neutrum vt nunc,& dico ipſam eſſe medium & formæ,& tranſitus:formæ quidem quoniam eſt imperfectior quocumque gradu ſanitatis de latitudine ſanitatis exiſtente,& perfectior ægritudine vt nunc,& eſt medium tranſitus,cum nullum corpus contingat mori ægritudine vt nunc, quin tranſeat per medium neutrum vt nunc. Iterum attende,quoniam dixi ſaniſsimi,& ægerrimi, & volo per ſaniſsimum quodcumque ſanum de latitudine ſanitatis exiſtens,quæcũque etenim in latitudine ſanitatis exiſtunt,comparatione ad neutrum vt nunc,ſana ſunt,licet quædam alterius comparatione ægra,vel neutra dicantur, & volo per ægerrimum, ægrum vt nunc,quod eſt ægrum neutri vt nunc, ad differentiam ægri ſimpliciter, quod eſt ægrum neutri ſimpliciter tantum,& ſanum neutri vt nunc. Iterum attende,quoniam neutrum vt nũc eſt vere medium ſui ſaniſsimi, quod eſt quod-

libet de latitudine ſanitatis exiſtens,& ſui ægerrimi,quod eſt ægrum vt nũc, ideo totam neutralitatis vt nunc latitudinem ordinauimus mediam inter totam latitudinem ſanitatis,& latitudinem ægritudinis vt nunc, ex vtroque latere latitudinis ſanitatis ſecundum quod corpus ab ea labi poteſt,vel verſus calidum,vel verſus frigidum,cuius latitudinis neutralitatis vt nunc difformis,duæ ſunt latitudines vniformiter difformes,iuxta duos modos,quibus dicitur neutralitas vt nunc,quarum vna ſecundum illius extremum remiſsius exit à latitudine totius ſanitatis, & terminatur in extremo intenſiore ad extremum remiſsius latitudinis ægritudinis vt nunc,altera verò eſt exiens à latitudine ægritudinis vt nunc,ſecundum illius extremum remiſsius,& terminatur in extremo intenſiore ad latitudinem totius ſanitatis,vt patens eſt in imagine præcedentis figuræ. Iterum attende,quoniam corpus ſub vno extremo contingit tranſire in alterum,& econtra, ideo euenit, quòd neutralitas vt nunc dicta eſt duobus modis,aut enim corpus eſt in via media ſui motus à ſanitate in ægritudinem vt nunc,& ſic dicitur neutrum ægrotatiuum, ſeu neutrum decidentiæ,quoniam continue cadendo,& deteriorando mouetur, & ſic corpus in tali motione media deſcribit latitudinem vnam vniformiter difformem exientem ſecundum extremum remiſsius à latitudine ſanitatis, quia minus male per eam in exitum à latitudine ſanitatis diſponitur. Secundum verò extremum intenſius terminatur in latitudinem ægritudinis vt nunc, quoniam in via media illius motionis continue peius diſponitur per fieri magis propinquum ægritudini vt nunc,aut corpus eſt in via media ſuæ motionis de ægritudine in ſanitatem, & dicetur neutrum ſanatiuum,quod communiter dicunt neutrum conualeſcentiæ, quoniam corpus conualeſcendo mouetur,in ſanitatem, & ipſum in tali motu deſcribit latitudinem vniformiter difformem ſecundum extremum remiſsius exientem latitudinem ægritudinis vt nunc,quoniam in tali exitu corpus minus bene diſponitur,& ſecundum extremum intenſius terminatur in latitudinem ſanitatis, quoniam continue cum appropinquat latitudinem ſanitatis corpus melius diſponetur. Et ex his ſequitur neutralitatem ægrotatiuam verſus ſanitatem eſſe lapſum minus malum,verſus verò ægritudinem vt nunc,eſſe lapſum deteriorem, cuius contrarium euenit de neutralitate ſanatiua,quæ in extremo remiſsiore verſus ægritudinem vt nunc, eſt lapſus minus bonus, in extremo verò intenſiore verſus latitudinem ſanitatis eſt lapſus minus malus,quoniam cum vergat in latitudinem ſanitatis videtur ſapere naturam illius. Adhuc attende,quòd duo hi modi neutralitatis,ſcilicet decidentiæ, & conualeſcentiæ ſunt ipſius neutralitatis vt nunc tantum,& non neutralitatis ſimpliciter,quemadmodum voluerunt moderni,quoniam neutralitas ſimpliciter eſt à generatione talis, & neutralitas decidentiæ eſt poſt habitam ſanitatem,& conualeſcentiæ poſt habitam ægritudinem vt nunc, & hoc permittit modos illos ex tempore haberi. Iterum attende,quoniam dixi, operationum inſenſibiliter læſiua,& huius veritas eſt,ſola comparatione neutralitatis vt nunc,ad ægritudinem vt nunc,quoniam per comparationem ad totam latitudinem ſanitatis,neutralitate vt nunc,ſenſibiliter læduntur operationes viuentis, & ex hoc colligo differentiam inter neutralitatem ſimpliciter,& vt nunc,quoniam ſola collatione ad ſanitatem ſimpliciter,neutralitas ſimpliciter eſt operationũ ſenſibiliter læſiua,neutralitas verò vt nunc,per reſpectum ad totam latitudinem ſanitatis,eſt operationes ſenſibiliter lædens. Iterum attende, quoniam optime ſanum corpus,cum mouetur ad extremum ſibi diſtantiſsime oppoſitum, quod eſt ægrum vt nunc,non pertingit media in latitudine ſanitatis exiſtentia,quæ ſunt corpora naturaliter lapſa,vt præmonſtratũ eſt:attingit tamen medium trãſitus, quod ſecundum ſui partes diuerſas proportionatur diuerſis lapſibus naturalibus corporum lapſorum de latitudine ſanitatis exiſtentiũ,proportionatur igitur prima pars latitudinis neutralitatis ægrotatiuæ ſanitati vt multum,quoniam per viam tranſitus illa pars ita videtur appropinquari ſanitati optimæ,ſicut eidem in latitudine ſanitatis appropinquatur ſanitas vt multum:& ſic ſecunda pars latitudinis neutralitatis proportionatur neutralitati ſimpliciter,quoniam per viam tranſitus ſicut illa appropinquatur optime ſanitati prima illius parte mediante correſpondente ſanitati vt multum,ita neutralitas ſimpliciter appropinquatur in latitudine ſanitatis optimæ

optimæ ſanitati,media exiſtente ſanitate vt multum,& ſic de tertia parte neutralitatis vt nunc dicatur ipſam proportionari ægritudini ſimpliciter ex eadem via. Quid igitur ſit neutralitas vt nunc,& quot,& qui ſint modi eius, & quem ordinẽ teneant in latitudine per comparationem ad extremas latitudines,ex habitis ſic dicatur. Sed ex dictis oritur dubitatio,ſi quilibet lapſus præter naturam ſit deterior,quocumque lapſus naturali. Cui nos dicemus,quod lapſus naturalis poteſt ad duo comparari,vel ad habentem ipſum,vel ad optime ſanum, à quo naturaliter labitur.Si primo modo ſic quilibet lapſus præter naturam eſt deterior quolibet lapſu naturali,quoniam quilibet lapſus naturalis comparatione ad habentem eſt operationum illius perfectiuus, quoniam enim à natura factus eſt inſtrumentum idoneum pro omnibus operationibus quoad ipſum habentem tantum exercendis,& quilibet lapſus præter naturam eſt operationum quolibet modo læſiuus, cõparatione verò ad optime ſanum aliquis lapſus naturalis deterior eſt aliquo dato lapſu pręter naturam,cum operationes viuentis illo deterius ſe habeant ſecundum talẽ comparationem,ſicut lapſus nati cęci,vel leproſi collatione ad optime ſanum deterior eſt lapſu præter naturam,quo Socrates temperatus eſt leuiter ephimerans cęcitas enim quantumcumque connata magis imperficit operationes optimè ſani quàm leuis ephimera,& etiam contra,dicimus aliquem lapſum præter naturam reſpectu optime ſani deteriorem eſſe aliquo dato lapſu naturali,ſicut lapſus,quo Socrates eſt hecticus tertiæ ſpeciei deterior eſt lapſu naturali,quo Socr.natus eſt colericus ualde,quoniam ex hectica tertię ſpeciei magis imperficiuntur operationes optime ſani,quàm ex colericitate naturaliter diſtemperata,& ſuper hoc finiam ſermonem meum circa ſcientiam latitudinum diſpoſitionum, à quibus primo afficitur ſubiectum genus ſcientiæ medicinæ. Ad gloriam CHRISTI viui, & intactæ Virginis MARIAE tuentium me nunc, & in hora mortis; & huic ſermoni, Ego BENED. VICTORIVS terminum impoſui,anno CHRISTI M D X. cùm in Alma Academia Bononienſi Theoricam medicinæ fœliciter edocebam.

QVAE TOTO HOC opere iam excuſo vel mutanda vel corrigenda ob exemplar deprauatius deſcriptum cenſuerit Auctor,hæc ſunt.

pag. 6 verſu 42 ibi
11 17 ſed medicus
16 43 hyle
17 18 quandoque
18 6 deferre
19 12 Quod autem
20 48 tantum
25 42 cauitatis
28 50 decimo nono
30 35 quoniam
35 14 His non ſanguinis eruptionem
35 27 quinquages.ſecundo
37 16 tum
39 40 conſiderari
44 2 Quoniam quod
45 11 degit
50 55 in ianua
51 7 liuidum
53 22 in medio
54 29 ingreſſus egreſſusque
65 30 inedia
65 43 quod
65 50 necare non valebit
71 41 in hac
74 46 peruenturis
31 20 ſcilicet
41 16 cerebro illata eſt
46 18 calidos
61 28 ſuperfluam
64 19 ſubſultio
65 49 necare non valebit
70 3 ſanguinis
88 14 permutatione
89 27 a colore
91 44 vniuerſim
93 38 quoniam
40 afficiantur
94 19 Nam
94 50 qui in parte inferiore
95 32 ad
96 24 arquatis
97 12 ab albe
104 41 tantum
108 38 cauſum
109 52 naturam
110 5 omnia citiſsime
110 12 attenuationem
110 41 coloris
113 5 refert autem Hippocr.
115 1 imorum
115 1 qui
115 22 cauſam
115 26 dolorum
115 28 mortem
116 8 queant
123 26 decretoriorum
124 36 Galenum
129 13 tabem
131 16 effecta
133 31 inflammatio
137 12 phrenitis
137 21 ſectione ſecunda
145 2 oſtendit
157 44 omnino in quarto
157 51 ad vigeſimum quartum
157 2 trigeſimò
166 31 obſeruientium
166 49 inquiente
170 29 ſi ſit
177 6 ſint decretorii & verſ.11 materia
178 27 fluor,& verſ. 35. quàm, & verſ.37.certius
179 35 neruoſis
188 42 vnde natura
192 8 tamen
195 49 pluſquam
198 4 tertio Topicorum, & ibid.tertio Ethicorum
199 48 proprie erit ex
203 4 in illud
203 15 & minus non variant.
204 54 poſitio
210 55 hæc eſt effectus
211 10 dominium
212 20 patuit hoc ſupra
212 21 praui
212 34 poteſt
214 32 in illo genere
215 7 tamen
215 47 ſciret
217 36 geniti
217 47 & accidentibus
220 9 hæc
220 15 nato
220 55 æqualitas
221 54 qua
222 15 reſiſtitiuam
222 49 remiſsiore
222 46 cum duabus
222 56 quas
224 18 in ventre
225 46 diſponi quod
227 35 plurimo.
231 1. ægro
236 52 latitudinem
237 20 & latitudinem ægritudinis vt nunc
140 19 arguit
140 34 neutralitate.

TABVLA CAPITVM, ET DVBIORVM PRAESENTIS operis Theoricæ latitud. medicinæ ad Galeni ſcopum in Arte medicinali.

CAPVT primum de diffinitione, ſubiecto, & perfectione medicinæ. fol. 187
Caput ſecundum diſputat, an neutralitas ſit media diſpoſitio inter ſanitatem, & ægritudinem 189
Caput tertium inueſtigat, quod genus medii inter ſanitatem, & ægritudinem ſit neutralitas 192
Caput quartum quærit, qua latitudine graduum ſint menſurabiles ſanitas, ægritudo, & neutralitas 195
Caput quintum eſt de modis, quibus dicuntur ſanitas, ægritudo, & neutralitas. ſ. ſimpliciter, & vt nunc, ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter vt multũ. 196
Caput ſextum eſt de diffinitione ſanitatis, & eiuſdem coarctatæ his modis. ſ. ſimpliciter vt nunc, & ſimpliciter ſemper, & ſimpliciter vt multum 199
Caput ſeptimum ſoluit dubitationes contingentes ſanitati ſimpliciter, & ſanitati vt nunc 203
Prima dubitatio, vtrum ſanitas ſimpliciter ſit diſpoſitio congenita 203.D
Secunda dubitatio, vtrum corpus ægrum artis beneficio poſsit fieri ſanum ſimpliciter 207
Tertia dubitatio, vtrum corpus ſanum vt nunc ſit à generatione, vel ſecundũ præſens tempus tale 211.D
Quarta dubitatio, vtrum ſanitas illa, quam uere optimam appellant, à qua corpus dicitur ſemper ſanum locum teneat in latitudine ſanitatis, quam diuiſit Galenus ſecundo Tegni textu commenti ſeptimi 212.B
Quinta dubitatio, vtrum optima ſanitas, à qua corpus dicitur ſemper ſanum ſit coæqualitas de ſecundo modo modorum æqualitatis, quos poſuit Princeps prima primi doctrina tertia 220.A
Sexta dubitatio, vtrum latitudo totius humanæ complexionis æquetur latitudini totius ſanitatis eiuſdem 221. C
Caput octauum eſt, de ægritudine ſimpliciter, & de modis, quibus ipſa dicitur 22
Caput nonum eſt de neutralitate ſimpliciter, & de modis eius 2303
Dubitatio, vtrum corpus naturaliter lapſum in complexione ab optime ſano per vſum alicuius regiminis poſsit reduci ad corpus optime ſanum in complexione 233.D
Caput decimum eſt, de ægritudine vt nunc 236
Caput vndecimum eſt, de neutralitate vt nunc, & modis eius 241
Dubitatio, vtrum quilibet lapſus præter naturam ſit deterior quocumque lapſu naturali 243

INDEX EORVM, QVAE NOTATV MAGIS DIGNA VISA ſunt in Prognoſticorum Commentariis.

ABSCESSVS eſt ubi natura à fluore iuncta, non in pus ſanguis deuênit, ſed in alienam quandam mutationem, quæ in profundo iacet, pagina 69.c
Abſceſſus aliquis non in pus uertitur, ſed naturæ aut artis opere diſcutitur, ac reſoluitur ibidem
Abſceſſus aliquis, calore tum naturali, tum præter naturam, in ſuppurationem concidit, & cauſa, & quando, & quo modo 69.d
Abſceſſus eſt corporum ex phlegmone in pus tranſmutatio 133.b
Abſceſſus bona expurgatio eſt, cum pus ex abſceſſu diſrupto, bene expurgat patientẽ partem 133.c
Abſceſſus bonus erit ubi per eum pars affecta & totum corpus expurgabitur, robore facultatis exiſtente 133.b
Abſceſſus qui in cruribus erumpit, in pulmonia uehementi, ac periculoſa, omnis utilis eſt, & cauſa 135.d
Abſceſſus materiam fore concoctam duobus dignoſcitur indiciis, & quæ, & qualia 136.b
Abſceſſus materia, neque concocta, neque abunde innocuéque euacuata cum fuerit, proculdubio ægrotatio mala erit ibidem
Abſceſſus ubi in articulo cruriũ infeſtat cum urina nullum habente ſedimentum, aut non bonum periculum imminet futuræ claudicationis in eodem articulo & cauſa 136.b
Abſceſſus ſi euaneſcit, aut retrocedit, nequaquam egrediente ſcreatione, & febre detinente morbus difficilis eſt & cauſa 136.d
Abſceſſus optimus eſt qui effluxione in parte corporis ſit remotiſsima à loco affecto, & ad infernas corporis partes ibidem
Abſceſſus malus eſt, qui fluxione non fit, ſed primogenio membri, & ad ſupernas ſedes ibidem.
Abſceſſus futurus eſt ex continuis febribus, & non ex intermittentibus 172.b.c
Abſceſſus in longis fiunt febribus, & non in his, quæ minimam temporis partem occupant. ibid.
Abſceſſus hyeme potius accidunt 174.b
Acuti morbi materia calida ac tenuis plurimum eſt 20.c
Acuti morbi natura eſt facile moueri de uno in alterum membrum ibidem
Acuti morbi ſubitam in iudicatione habent per mutationem ibidem
Acutorum morborum præſagitio expeditior, & breuior faciliórque exiſtit, & cauſa 21.a
Adeps & pinguedo quo nam modo diſsident 111.b
Aegrorum plurimi, qui ſe medico obſequentiores reddunt facilius morbo uindicantur 13.a
Aegri ut optatum adipiſcantur finem imperio medici ſubiici debent 19.d
Aeger quiſpiam teneri poteſt morbo ſalubri, morietur tamen, & cauſa 29.c
Aeger ubi ex morbo acuto conualuerit ſignis necis apparentibus id Deo optimo adſcribatur 32.a
Aegrum cubantem à medico offendi in latus dextrum, aut ſiniſtrum optimum, & ſaluberrimũ eſt 42. per totam, & 43.a
Aeger cum in morbo acuto in eius uigore reſidere cupit, malum, & cauſa 48.d. et 49.a.b.c
Aeger cum in pulmonia reſidere cupit, & in hora ſtatus illius exitioſiſsimum eſt, et cauſa 49.a.b.c
Aegrum contingit in acuta febre neceſſario mori ſudore frigido ex toto corpore prodeunte 61.b
Aegrum noctu dormire bonum eſt, & propter quam cauſam 57.a
Aegrum noctu uigilare malum eſt, & propter quid ibidem
Aegrum interdiu uigilare bonum eſt, interdiu uerò dormire malum, & cauſa 87.a.b
Aegrum neque interdiu, neque noctu dormire peſſimum, & cauſæ 88.b.c
Aeger ob uigilantiam modum excedentem mente commouetur, & cauſa 88.c
Aeger ſi in primo quaternario à febre non liberetur, poterit tamen in ſequentibus decretoriis quaternis à morbo uindicari ſecundum qualitatem indiciorum apparentibus quaternariis 142.c.d
Aequale dicitur, quod ſimile, & paritatem habet, inæquale uerò diſsimile eſt, & imparitatem habet 63.a
Aequale ſimpliciter quod in toto, & omnibus partibus ſimile eſt ibidem
in: Aetatis decurſu qui plus proceſſere eis regentis facultatis robur non concreſcit 137.c
Aetas pubertatis à quo die principium ſuſcipiat, & terminum poſsideat 160.a
Aetas pubertatis multi ſanguinis adgeneratiua eſt calidioris, atque billioſioris 160.b
Aetate pubertatis ſanguis è naribus facile excerni poteſt ibidem
Aetate pubertatis donec quis pertingat annum trigeſimumquintum, forti exiſtente capitis dolore, fluor ſanguinis è naribus expectandus eſt, & cauſa ibidem
Aetate prætereunte trigeſimum quintum annum non expectabis adhuc cum dolore capitis uehementi è naribus eruptionem, ſed ſuppurationem & ratio ibidem
Aetatis primum conuerſionis terminum ad habitum frigidiorem, annus eſt trigeſimus, uel trigeſimus quintus 173.c
Aetas crementi maioris ſanguinis copia abundat quàm bilis 178.c
Affectus & affectio quonam modo differunt 15.c
Affectus iecinoris, plurimum hominem necat 65.d
Aluus in cõmuniori ſignificatione, uentriculum continet 76.d
Alui fluor cum morbi uiolentia fit, uultum exitialem efficit 30.a
Analogiſtica ratio quid ſit 25.a
Anhelitus motus, ſequitur motum pulſus 55.b

Angina morbus eſt acutus,& ratio 163.a
Angina latam habet appellationem, & quo modo 162.c
Anginoſis ſupinus ſitus admodum contumax eſt 162.d
Angina quid ſit,& eius cauſa 164.a
Anginæ quatuor decernit genera Galenus, Hippocrates uerò tria 164.b
Angina ſalubris eſt,etſi diuturnior, in qua fauces & ceruix ſimul rubuerint 165.d
Anginoſus ſi facile excitet, & ſine dolore firmatur ſpes eſt futuræ ſalutis 166.a
Anginoſus, ob quam cauſam recidiuare poterit 166.b
Animali facultate demortua præſagire poſſumus ægroti proximam mortem 84.c
Aqua inter cutem morbus diutinus eſt, & cauſa 75.d
Aqua inter cutem quonam modo oriatur à morbo acuto, & cauſæ 74.a
Aqua inter cutem ex morbo acuto orta deterrima eſt,& cauſæ 75.b
Aqua inter cutem defectu facultatis iecinoris concoctricis progignitur 75.c
Aqua inter cutem,uitiato iecore primogenio & aliquãdo per conſenſum è uitiato progigni poteſt, & quo modo ibidem
Aquæ inter cutem à parte inani, aut lumbis ortæ peculiare indicium eſt alui fluor,& cauſa 76.d & 77.a.b.c
Aqua inter cutẽ qui detenti ſunt ob inflammationem,uel ſcirrhum præcordiis occurrens,anguſtiã in pulmone patiũtur,& cauſa 77.d. & 78.a b
Aqua inter cutem detenti primo eorum pedes intumeſcunt,et cauſa,et tardius abſoluuntur 78 c
Aqua inter cutem uitiato hepate ortum habens alui uacat profluuio,& cauſa 78.c
Aqua inter cutem affecto iecinore ortum habens œdema ſequitur circa uentrem,& cauſa 78.d
Artium omnium proprium eſt propoſitum finem appetere & ipſum uti bonum conſequi 11.b
Atræ bilis generatio duobus fit modis 108.c
Atra bilis æſtate ex flaua bili ſuperaſſata progignitur 172.d
Aures frigidæ, ac cõtractæ & fibræ earum inuerſæ in acutis malum, & cauſa 26.b
Aures quid ſint & earum functiones 26.c
Aurium ſitus & poſitio,figuráque et cauſæ 26.c
Aures & naſus cur ſemper aperta exiſtunt, & non alia ſenſoria 26.c.d
Aures cur obuolutam habent figuram. ibidem.
Aures cur ad capitis latera inſertæ ſunt 26.d
Auditus ab omni poſitionis differentia mutari contingit 27.a
Aures natura inſtituit uacuas,& cauſa 27.a
Aurium ſubſtantia, & à quo principium aſſumant 27.b
Aurium temperatura quæ & qualis ſit 27.c
Aurium contractio naturæ contrarium exiſtit, et cauſa ibidem
Aurium fibræ uerſæ malum & cauſa ibid.
Aurium fibræ quid ſint,& earum multiplex ſignificatio 27.c.d
Aurium frigiditas in acutis indicium eſt deterrimum & cauſa 28.a
Aurium contractio conuulſionem in acutis indicat & cauſa 28.b.a
Aurium dolor,acutus ac uehemens cum continua febre,curatu difficilis eſt 160.c
Aurium dolores,qui delirium & mortem imminentes ſunt 160.c.d
Aurium dolor uehemens auditum corrũpit ibid.
Aurium dolores acuti & uehementes breui ægrũ interimunt 161.d
Auriũ dolor acutus periculoſus eſt,et cauſa 160.d
Aurium dolore minores natu celerius pereunt: natu uerò maiores ſerius 162.a

B

Bilis flaua ſola euacuata ſincera eſt euacuatio 115.d
Bilis flaua in morbo laterali deterrima eſt, & cauſa ibidem
Bilis attingens caput facile delirium ducit ibid.
Bilis flaua cum acutas accendat febres curatu difficilis eſt 116.d
Bilis atra prauiorem ducit operationem in particula decumbens 117.a
Bilis ſcreatio ex ſuppurato pectore excreata exitioſa eſt 123.a
Bilis & pus ſi ſeorſum aut ſimul ſui mala qualitate pertingant cor,periculum futuræ necis imminent 123.b
Bilis ante ſeptimum iudicatoriæ excerni eſt impoſſibile 123.c
Bilis ex qua ardens febris ortum habuit expurgata febrem ſoluit 176.b

C

Capitis calor ſurſum ſanguinem trahens & iecur impellens,ſi conſpirent,ſanguinis è naribus eruptio expectanda eſt 68.b
Calor quoniam agentior motum accelerat, frigus uerò immobilitat,& materiæ motũ tardat ibid.
Calor quum copioſius ad caput attollitur ſanguinis è naribus fiunt profluuia, & in febribus ardentibus deliria 68.b
Calor cum ſiccioris actionis ſit & celeris motus ſuppurationis haudquaquam tardat 68.d
Calor ſecũdum naturam alieno permiſtus calori ſuppurationem progignit,atque eruptionem 126.b
Calore non integre concoquente pituita progignitur 132.d
Calore præter naturam flãmido circa ilia exardeſcente, in infernis partibus abſceſſum expectabis 135.b
Capitis dolor haudquaquam æquat in uehementia, & acuitate,cæterarum partium dolores,& cauſa 158.d.& 159.a
Capitis dolor uehemens et continuus cum febre continua,acutus eſt morbus 159.a
Capitis dolor uehemens & continuus, quando & qualiter,& in quibus corporis locis,futurum ſanguinis fluorem è naribus,aut abſceſſum,aut ſuppurationem promittit 159.b.c.d

Capitis dolor quo modo & à uentriculo, & à pulmone progigni poteſt 175.c
Capitis dolor per rationem ſui prouentus indicat qua die decretoria ſolui contingat 176.c
Ceruix, quid appellatione eius intelligatur 162.d
Cerebrum omnibus membris conſentit quorum conſiſtentia neruoſa exiſtit 64.c
Circuitio quid ſit 67.c
Circuitio prima fit in duabus primis quadris morbi acuti, & cauſa ibidem
Circuitus primi in febribus qui ſint 140.c.d
Circuitiones conſurgunt in diebus decretorijs 146.c
Circuitiuum alij quodam numero dierum conſtãt, alij menſibus, & qui ſunt & quo modo fiant, & cauſæ 148.b
Circuitus qui diebus conſtãt, modo Lunæ incedunt, & quo modo 146.c.d
Circuitio duplex, quæ ſit & qualis unaquæque, & quo fiat modo 151.a.b
Confidentia ægri de medico plus facit ad ſanitatem inducendam, quàm Medicus omni ſua arte, & inſtrumentis 13.a
Confidentia ægri de medico, num ipſum ſanet, dubitatio ibid.
Confidentia quid ſit 13.b
Confidentia ſola ægri de medico æger non conualeſcit ibid.
Contrarium id maxime eſt, quod à naturali conſtitutione plurimum recedit 23.b
Conuulſionis ratio 28.b
Color uiridis aut niger in acutis malum & cauſa 28.c
Color ruber ſalutaris eſt ibid.
Coloris uiridis & nigri, pallidiq. generatio 28.c
Conuulſio eſt affectio neruorum motioni deputatorum 35.d
Conuulſio fieri non contingit noxa cerebro iam illata ſit ibid.
Corpus præter naturam extenuari indicat uirium imbecillitatem 40.c
Conſuetudo tantã habet uim, ut etiam morbi cauſa difficile permutari ualeat ibid.
Conſuetudo eſt altera natura 40.d
Conſuetudo non aliud fuit Hippocratis tempore, quàm natura ibid.
Corporibus ſanis multa naturæ cõmoda ingeruntur, ubi in latus dextrum aut ſiniſtrum decumbant, & quot, & quæ 42.c
Conſuetudo eſt natura acquiſita 45.a
Color pallidus ſeu uiridis minus malus eſt colore nigro aut liuido & cauſa ibid.
Color liuidus in ulceribus maiorem indicat læſionẽ, minorem uero pallidus oſtendit, & cauſa 52.b
Conuulſio facultatis animalis ac ſuorum inſtrumentorum noxa eſt 84.b
Conuulſioni omnia membra quæ ſubmittuntur, à cerebro neruos ſuſcipientia, patiuntur, & cerebrum & uirtus animalis, & eius functiones læduntur, & cauſa 84.c
Conuulſio qua genitale, & teſtes conuelluntur, noxa eſt facultatis animalis in cerebro ſedentis, & ratio ibid.
Conuulſio dolorem ſignificat, & quo modo 84.d
in Conſuetudine quæcunque ſunt, eadem ex natura ſunt apud Hipp. 86.a
Conſuetudo quæ ſenſim alicui acquiritur, uti habitus quidam ei inhæret ibid.
Conſuetudinem, naturæ conformem qui ſeruabit à medicis non damnetur, & cauſa ibid.
Conſuetudinem non conuenientem ſi quis ſibi uendicaret non ſeruanda ſed amouenda eſt ibid.
Conſuetudo mala in quibus obſeruanda eſt & in quibus non obſeruanda erit 86.a.b
Conſuetum dixit Hippocrates ſecundum naturã, & quatenus ab eo intelligatur 87.d & 88.a
Color ruffus eſt color aliquantulum ruber 93.a
Color ſubruffus eſt color aliquantulum ruffus 94.a
Corpora ægrota uitio ſanguinis exuperantis in ſanitatem reuerti facile poſſunt 104.b
Color liuidus, aut niger Caloris naturalis mortificationem indicat 113.c
Color uiridis fit in tranſitu ad nigrum & eſt ueluti nigri principium 117.b
Concoctiones Iudicij celeritatem, ſalutiſque ſecuritatem indicant 134.b
Computatio dierũ menſis per dies integros minime fieri poteſt, ſicut nec annus nec ſeptimana 146.c.d
Conuulſiones quæ ad febres ardentes ſequuntur ex ſiccitate fiunt 179.a
Cõuulſiones facile pueris cõtingũt & cauſa 179.b.c
Conuulſione humida rectius, pueri facile conuelluntur ibid.
Crepitus uentris quid ſit 100.c
Crepitum uentris ac ructum æque liberum Stoici fatebantur 100.d
Criſes in diebus factæ iudicatoriis maiorem habent iudicationis firmitatem ſiue bonæ, ſiue malæ fuerint 123.b
Criſes ſunt rationalis facultatis opera 141.c
Criſes maxime familiares ſunt acutis 141.d
Criſis eſt integra ſanitatis reſtitutio repentina, & mortis ſubitus prouentus 142.a
Ex criſi non neceſſario æger ſubito ſanitati reſtituitur, neque eum mors ſubito inuehit, ſed perpetuo ad melius aut deterius ipſum ducit ibidem
Criſis, id eſt iudicatio translatitia quadam appellatione à iudicio fori dicta eſt ibidem
Criſis, id eſt iudicatio præcipitem in morbo ſignificat motionem in melius, aut in deterius. ibidem.
Critica mutatio quadrifariam fit, & quomodo 142.a.b
Criſis proprie nominatur, ſola ſubita morbi mutatio ad ſanitatem 142.b
Criſis ſimpliciter non dicitur ſubita mutatio morbi in melius, & cauſa 142.b.c
Criſis ſimpliciter morbi ſolutio eſt, defecta uero eſt morbi diminutio & ſi utraque bona ſit 143.a
Criſis id eſt iudicatio cum quadam fit euidenti excretione, ut in acutis morbis aut abſceſſu ut in diutinis ibid.
Criſim apud Hippocratem etiam malam nominant quidam 144.d

Criſes morborum id eſt iudicationes in diebus decretorijs firmiores ſunt, ſeu ad bonum ſeu ad malum iudicatio fiat 146.d
Criſis per ſeptenarium habita, maior fidiorque & ualidior ac ſalubrior dicitur 147.a
Criſis eſt ſubitus impetus morbi in naturam & contra, ad bonum uel malum 147.c
Criſis futuræ tempus difficilius eſt agnoſcere in diutinis morbis 151.c.d
Criſis in quibus morbis acutis uidelicet uel diutinis difficiliorem, uel faciliorem habeat ſui temporis prouentus cognitionem ibid.& .152.per totã.
Criſis ideſt iudicatio in quibus morbis, longior aut breuior, & in quibus certior & incertior fiat & cauſæ 153.a.b.c
Criſis & prouentus temporis eius fit per numerum dierum in continuis febribus, in intermittentibus uero per numerum circuituum 153.d
Criſim quæ celerem aut tardam efficiunt in triplici inueniuntur diſcrimine 170.a
Criſium permutationes, non ſunt morborum, ſpecie aut numero diſsidentium 178.b

D

Delirium in morbis acutis eſt uehemens & inordinata mentis commotio 38.a
Decubitus ſupinus in acutis morbis non bonus eſt & cauſa 43.d.& 44.per totã.& 45.a
Decubitus ſupinus, inter decubitus ſalubres & inſalubres medius exiſtit & cauſa 44.b.c
Decubitus ſupinus per abuſum dicitur bonus & malus 44.c
Decubitus in morbis acutis, quo æger decliuis eſt, malus eſt 45.b
Decubitus decliuis uirtutis regentis corpus ægrũ, omnino extinctionem indicat ibid.
Decubitus in latus, uirtutem in muſculis ualidam indicat potentem in latus firmare corpus 45.c
Decubitus in latus non contingit in demortuo corpore & cauſa ibid.
Decubitus ægrotantis acute, nudis pedibus malum eſt indicium 45.d
Decubitus, quo modo & quando malus ſit 45.a.b.c
Decubitus ſupinus in acutis, Si quis ſic decubuerit non ſolitus, prauus eſt 47.c
Decubitus ſupinus ſi coëat cruribus reductis aut diſtractis prauior exiſtit & cauſa 47.d
Decubitus ſupinus ubi decumbens, in crura habeat admodum reducta, & complicata in acutis delirium indicat, & cauſa 47.d
Decubitus in uentrem non ſolitus in acutis malum eſt indicium & cauſa 48.b.c
Decretoria humoris permutatio à robuſtiori membro ad debilius bonam morbi iudicationem indicat 133.b
Defluxio fluxus eſt humoris in pulmonem irruentis 118.c
Dentium ſtridor in acutis non ſolitus peſsimum eſt indicium 49.d.& 50.per totam.
Dentes in numero oſsium numerandi ſunt 50.a
Dentes inter oſſa, ſoli ſunt participes mollium cerebri neruorum, ideo ſoli ſentiendi uim habent 50.a
Dentium generatio ibid.
Dentes duriores ſunt alijs oſsibus & cauſa ibid.
Dentibus ab ortu ſuo, natura dedit temperiem, quibus frigidum obnocuum eſt ibid.
Dentes quia duriores ſunt, in his ſtrepitus fiunt, & ſtridor ibid.
Dentibus ſtridere quid ſit & quo modo fiat 50.b
Delirium eſt prauus & errans quidam motus naturalis uirtutis & imaginatiuæ 52.d
Deſipientia futura indicatur, ubi æger neque interdiu neque noctu dormierit, & cauſa 88.b
Deiectiones, functiones ſunt naturalis facultatis in iecore ſedentis, & cauſa 89.a
Deiectionis nomine alui excrementa ſignificatur ibid.
Deiectio optima quid ſit ibid.
Deiectiones duorum ſunt generum uidelicet ſincere & non ſincere 89.b
Deiectio bona mollis eſſe debet & cauſa 89.c
Deiectio ut optima ſit, eo tempore ſecreta eſſe conuenit, quo ſecunda ualetudine æger euacuari aſſueuit 89.d
Deiectio ut optima ſit, eius quantitas reſpondeat pro portione quantitatis ingeſti cibi 90.a
Deiectiones celerius ſecretæ, conſueto tempore, in acutis malæ ſunt, & cauſa ibid.
Deiectiones ſerius excretæ, ſanitati tempore aſſueto malæ ſunt ibid.
Deiectiones maioris uel minoris quantitatis quàm eſſe debet, proportione quantitatis ingeſti cibi malæ ſunt & cauſæ 90.b
Deiectiones ſimillimæ naturali deiectioni, uentrem inferiorem bene habere indicant 90.d
Deiectio bona eſt ſi madens, neque ſtridet neque crebro & paulatim excernitur & cauſæ 91.c
Deiectio ſi cum ſtridore & crebro excernitur mala & cauſa ibid.
Deiectio madens quid ſit & quo modo fiat 91.d
Deiectiones madentes fiunt ob alteram duarũ cauſarum, & quæ cauſæ ſunt 92.a.b
Deiectio quæ copiæ ingeſti cibi non reſpondet deterrima eſt 92.d.& 93.a
Deiectio ſi minor & pauca & ſemel tantum die noctuque deiiciatur & pro ratione non ſit ingurgitati cibi mala eſt, & ratio ibid.
Deiectio talis non eſt decretoria, & cauſa 92.a
Deiectio à morbi principio aquoſa, ſi ſubſequentibus morbi temporibus, præſertim ſtatu fiat corpulenta & cõſtans optima erit, & decretoria 93.c
Deiectio ſubruffa nec graue olens, optima eſt, & Ratio 93.c
Deiectio ſubruffa naturalis, & optima eſt 93.a.b
Deiectio male olens deterrima eſt & cauſa 94.b.c
Deiectionum male olentia, malignam humorum indicant putredinem 94.b
Deiectio aquoſa quid ſit, & quo modo fiat 96.a.b
Deiectio candida mala eſt & cauſa 96.b
Deiectio admodum crocea mala eſt & cauſa 96.c
Deiectio ſpumans mala eſt & cauſa & quonam modo fiat 96.c.d
Deiectio exigua ac glutinoſa, candidaque & ſubcrocea

crocea atque leuis mala eſt & cauſa 97.a.b
Deiectio nigra admodum exitioſa eſt in acutis morbis, & cauſa 98.a
Deiectio nigra & atra bilis ac ſanguis niger melancholicuſque humor, in proprijs ſignificationibus diſsident 98.a.b.c.d
Deiectio liuida malum morbi terminum indicat & quid ſit & quo modo fiat 98.d.& 99.a
Deiectio opima mala eſt & cauſa & quid ſit 99.a
Deiectio uerſicolor mala eſt, & cauſa & quid ſit, & quibus modis dicatur 99.a.b.c
Deiectio ſtrigmenta habens mala eſt, & cauſa, & quid ſit & quot modis dicatur 100.b.c
Deiectiones multorum colorum malæ niſi ad bonū uertantur, & quo modo uertūtur in bonū 100.a
Deiectiones bilioſæ, morbum ad abſceſſum conuerti non admittunt 134.d
Deiectio in morbis acutis, in ſe aggregās liuidum colorem & grauem odorem, deterrima eſt 114.b
Delos inſula quid ſit 184.a
Dies quartus in acutis morbis eſt minor decretorius, & uerus index ſeptimi 67.c
Dies ſeptimus fortiſsimus decretorius eſt & cauſa ibid.
Dierum decretoriorum, primus eſt ſeptimus dies, nedum ordine & numero uerum dignitate ac poteſtate 123.c
Dies ſeptimus plurimos decretorios iudicat dies 123.c
Dies decretorij experientia, priuſquam ratione ſtabiliuntur 141.d
Dies decretorij qui ſint 143.b.c
Die non decretorio quandoq. contingit ægrum perdi quæſtio & ſolutio 143.c.d
Dierum decretoriorum ordo qualis ſit & obſeruandus 143.d.& 144.a
Dies indices & contemplabiles, quid & quales ſint 144.a
Dies intercidentes quid & quales ſint 144.b
Dies tertius in acutis ab initio morbi num inter dies decretorios computandus ſit, ſolutionem uide 145.c.d.& 146.a.b.c
Diei ſeptimi natura, regi aſsimilatur, ſexti uero tyranno & cauſa 146.d.& 147.a
Dies ſeptimus, magnus & perfectus, ualiduſque, & fidus dicetur decretorius 147.a
Dies ſeptimus, primus dicitur decretorius potentia & dignitate 147.b
Dies quartus ſi decretorius dicatur & primus decretorius, ſolo ordine & numero, non uirtute & dignitate decretorius dicitur ibid.
Dies decretorius num uigeſimus dies ſit an uigeſimus primus 149.per totam & 150.a b
Doloris cauſa eſt inæqualis intemperies 62.c
Dolor, corporis uires exſoluit 65.a
Dolor uehemens particulæ infixus, animi deliquia & perfrigerationem infert & cauſa ibid.
Dolor in inflammatione, quonam modo generatur 73.b
Dolor cum plerunque ſine continua febre ſit nō erit de genere acutorum 81.c
Dolor in ſui uigore morbus acutus eſt 81.d
Dolore ubi corpus uexatum, facile conuertatur, leuiterque ſurgat, bonum 82.a.b
Dolores qui circa pulmonem & coſtas affligunt cita & prompta ſcreatio tollit, & cauſa 115.a
Dolor nō fit abſq. uehementi ſenſu alterationis 121.b
Dolor uehemens alicuius particulæ non tollitur, niſi tollatur uehemens illa alteratio ibid.
Dolor ubi diuturnatur illic ſuppuratio gignitur 127.b
Dolor cognitionem facit ubi ſuperfluitates natura propulſet 127.c
Dolor atque calor, & ponderis ſenſus, ubi hæc tria ſimul in altero uel utriuſq. latere coëant illis ſuppuratio faticabit ibid.
Dolor iam ad particulam defluxione decumbente, perficitur 134.b
Dura ſunt quæ uehementer renituntur 65.a
Durum concoctioni non obedit 65.a

E

Epilogiſmus quid ſit 24.a
Epilogiſticam rationem plurimum ſequuntur empirici rei ipſius contemplationem ab inuentione cauſæ fugientes 24.d
Euacuationis omne genus uultum exitialem progignit 30.b
Euacuatio immodica totum exiccat corpus 40.c
Euacuatio per directionem cauſam tollit contentiuam, à qua eſſe morbi magis pendet 67.a
Euacuatio ad contrarium ſolam præcedentem aufert cauſam, & ratio ibid.
Exordium quid ſit 9.d
Extremorum nomina per abuſum medio congruunt 44.c
Extremorum liuor, ac frigus in morbis acutis peſtiferum eſt, ſi morbi acuti uitio id accidat, & cauſa 83 d.& 84.a.b
Excreatio ſincera in morbis pectoris, & coſtarum mala eſt, & cauſa 116.d
Extuſsimus quæcunq. per pulmonem, & aſperam arteriam feruntur 122.d

F

Facies obtutui hominum, atque eius affectionum indicia in primis offeruntur 22.b
Faciei indicia maximam ad præſagiendum uim obtinent, & cauſa 22.c.d
ad Faciem natura regens corpus hominis ab omnibus membris nobilibus multos accumulauit ſpiritus 22.c
à Facie indicio ſumpto, facile iudicium fertur de ſtatu principalium membrorum 22.d
Fallere qui alios uult, & à nullo falli, ſimilitudinem, & diſsimilitudinem rerum optime tenere oportet 23.b
Faciei color niger aut uiridis in acutis malum, & cauſa 28.a
Faciem hominis quum natura produxit, ei rubrū colorem inſtituit 28.b
Faciei color rubeus copiam in ea ſpirituum, & natiui caloris oſtendit ibid.
Faciei color niger quid indicet, aut uiridis 28.c

Fames quid ſit 30.b
Fame corpora natura exſiccantur ibid.
Fame immoderata fit uultus ſimilis exitiali ibid.
Fauces quæ ſint 162.b
Febres quæ per incurſiones fiunt, atq. etiam intermittentes adhuc extremorum algore exiſtente mortis periculo uacant : ubi uerò fuerit morbus acutus, aut ab acuto ortum habens extremarum corporis partium frigiditas exitioſa, & cauſæ 79.d.& 80.a.b.c.d
Febris hectica non ſemper eadem conſiſtit, ſed interdiu tenuior eſt, noctu uerò uehementior 129.c
Febres ex ſiccitate, et caliditate, ut hecticæ, et quæ ex ſuppuratione contingunt corpora noſtra abſoluunt, & ſummi digiti potiſsimum caleſcunt, & cauſa ibid.& 130.b
Febris cum ſuppuratum detinet, ſuppurationis curatio impoſsibilis exiſtit 132.c
Febris ſi ſuppuratum dimiſerit ob puris euacuationem appetentia concreſcet ibid.
Febre non deſinente, in ea humorum cruditas inuenitur, & tunc aliquid bene euacuari eſt impoſsibile 134.b
Febribus ardentibus, & continuis maxime familiares ſunt criſes 141.d
Febrem habentem omnia indicia ſecuriſsima non contingit in primo quaternario ægrum non liberare, neque febrem habentem omnia ſigna pernicioſa non occidere 142.c
Febres ſimpliciſsimæ quid ſunt, & quales 145.a
Febres ex accidentium ſeuitia malæ, atque maleficæ fiunt 145.a
Febres ſimpliciſsimæ mitiora habentes accidentia in his non niſi ſecuriſsima indicia decerni poſſunt, & cauſa 145.b
Febrium ſimpliciſsimarum iudicatio non præterit quaternarium, ſed eo, uel citius febris deerit, & cauſæ 145.b
Febris talis ſimpliciſsima ſi in quarto die non ſoluetur, uel ante, & ſoluetur in ſequentibus diebus decretorijs, cauſas uide 145.b
Febris continua ſecundum computationem dierum decretoriorum iudicatur 168.b
Febres recidiuam expectant, ubi deſinunt in die nõ decretorio 168.d
Febris longa facile per abſceſſum terminatur 169.b
Febris prorogationis plures ſunt cauſæ, et quæ ibid.
Febris quæ comitatur ſenes longo tempore eſt eis morbus ad extremum peruentus 174.a
Febres erraticæ ob inæqualitatem temperaturæ autumni in eo maxime contingunt 173.b
Febres Quartanæ plurimum in autumno gignuntur ibid.
Febres quartanæ comitantur potius annum agentes trigeſimum, aut quadrageſimum 173.d
Febres quartanas humor efficit melãcholicus 174.a
Febris ardens fit maxime tempore æſtiuo, & cauſa 176.b
Flatus, ſpirituſque, & uentus pro eodem habentur à quibus ſpiritus flatuoſus cõſurgit in ſe formam uenti ſuſtinens, atque ſpiritus 100.c
Flatus ſi ipſe condatur, & non exierit ſed ad ſupernas permeauerit ſedes hominem dolore percutiet 100.d
Flatus ſi ſurſum permeans, ſeptum corripiat mens commouebitur, & æger delirabit, & propter quid 101.a
Flatuoſus ſpiritus in aluo accumulatus ſi ad ſuperiores attigerit ſedes in his doloris uehementiam exacerbans præ dolore ægrum necare poſſet 101.b
Frigiditas extremorum in morbis diutinis qui ſine febre ſunt, & in hyeme, ac in ætate ſenili, nihil in re uitæ abſurdum exiſtit, & cauſa 79.c.d

G

Geſticulatio manuum eſt operatio, & motus earum ob errorem facultatis imaginatiuæ 52.c
Geſticulatio eſt geſtum facere ibid.
Geſticulator dicitur, qui geſtu corporis, uel partium eius populum oblectat 52.c
Geſticulationes manuum in acutis ob errantẽ imaginatiuam fiunt ſimiles illi imaginationi per quam ſuffuſi errant 53.d
Grauedines fluxũ humoris per nares deſignãt 118.c
Grauedo ſecundum ſe nihil pulmonẽ offendit 118.c
Grauedines ad nares decumbentes ſternutamenta excitant, quibus Thorax concutitur & offenditur 117.c
Gurgulionis inflammatio morbus eſt acutus 167.b
Gurgulio quid ſit, atque gargareon, & columella quibuſque afficitur morbis 167.b.c
Gurgulionis diſsidentia ab uua 168.a

H

Habitu corporis reſoluto, ſudoris copia prouenit, et cauſa 129.d
Hiantem dormire ſemper in acutis morbis exitioſum eſt 46.d
Hiatus proprie eſt oris apertio ibid.
Hiatus talis cauſa, & quo nam modo fiat, & à quibus, & quando exitialis eſt, & quando non 46.d.& 47.a.b
Hippocrates ex quali, & qua ſtirpe natus 6.b
Hippocrates natione Græcus de inſula Co, & patria Cous ibid.
Hippocrates in præſagiis potius diuinus quàm humanus habetur 6.c
Hippocrates à Galeno commendatur ibid.
Hippocratis laudes à Galeno ibid.
Hippocrates ueritatis amator, potius quàm gloriæ ibid.
Hippocrates primus fuit, qui rectè medicinam inſtituit ibid.
Hippocratis intentio in libro Prognoſticorum 8.b
Hippocrates non aſſuetus libro Prognoſticorum prætexuit procœmium, & quare 9.b
Hippocrates cur dogmaticus dicitur à Galeno 10.b
Hippocrates ſolitus eſt ſuppurationem tuberculum appellare 71.c
Hippocrates eos purgare noluit, quibus ſumma ineſſet cruditas 134.a
Humiditates ſi ab aliqua corporis parte in acuta febre per ſudorem euacuantur, ibi morbum eſſe ſignificatur 61.c

Humiditas

Humiditas talis, ſi à natura decretoriè per ſudorē euacuatur, morbus ſalubris erit ibid.
Humor qui concoctioni deputatur, à cæteris motionibus ceſſare debet 134.a
Humor concoctus citra abſceſſum, ſolutionem nuntiat 170.a
Humores in ſenibus craßiores atque maioris lentoris fiunt 171.a
Humores calidiores citius, frigidiores uerò tardius ſuppurantur 126.a
Humorum copia in capite, caput ipſum procliuius facit ad cerebrales morbos 61.b
Hydropis generandæ una communis ratio à iecore uidelicet & parte inani, quæ eſt uirtutis concoctricis imbecillitas, & defectus 75.d
Hydropis commune indicium eſt in omni eius ſpecie, pedes primo intumeſcere, & cauſæ 76.c.d
Hyems tempus frigidum eſt & humidum 174.b
Hyems pituitam adgenerat ibid.
Hypochondria et ilia quo nā modo diſsident 62.a.b
Hypochondria nominantur præcordia 62.a
Hypochondria cur ſic dicantur 62.b
Hypochōdriorū inflammatinombus, iecoris uidelicet & lienis ſanguis natura è naribus eruptus, iuuamentum præſtat, & cauſa 67.a

I

Iecinore inflammato ocyßime contingit mori 65 c
Iecinoris inflammatio aquam inter cutem conciliat ibid.
Iecur à natura prima operatione conditum eſt, & cauſa 65.c
Iecur ad alimenti diſtributionem natura conditit ibid.
Iecur cū grădius factū fuerit, ex nare dextra ſanguis prœruptus, admodū iuuat, & cauſa 67.a
Ilia duplici ſignificatione decernūtur 61.d.& 62.a
Ilia & hypochondria quo nā modo diſsident 62.a.b
Inanes partes ſunt quæ ſibi locum uendicant inter extremam thoracis coſtam & oſſa femoris, ut ieiunum & lactes ac inteſtina tenuiora 75.d
Inanes partes dicuntur, quæ ab oßibus uacuæ ſunt, et flaccidæ ibid.
Inæquale eſt quod diſsimile eſt, imparitatem habens in toto aut in partibus 63.b
Indicium unum ſolum prognoſticum malum ſufficit ad mortem prædicendam 123.d
Indicium bonum non unum tantum ſed multa requiruntur ad ſanitatem promittendam 123.d
Inflammatio in ſcirrhoſam duritiem facile uerti poteſt, & cauſa 66.c
Inflammatio quælibet ex alicuius humoris abundantia progignitur 115.c
Inflammatio coſtarum facile inflammationem cerebri progignere ualet 115.d
Inflammatio quæ uiſcera noſtri corporis infeſtat, ſuo calore ſanguinem ad ſe trahit per modum cucurbitulæ 119.a
Inflammatione inchoante conuenientius ſanguinis miſsio è contrario fienda eſt, & cauſa 67.b
Inflammatione iam facta, euacuatio per directionem iuuat ibid.
Initium ſuppurationis quid ſit & quando 126.c.d
Inſania eſt uehemens mentis ac inordinata commotio, præ humiditate cerebri, in quo animæ ſunt opera 38.a
Inteſtinum ieiunum dicitur, quod ſemper cibo uacuum inuenitur 75.d
Inteſtinum ieiunum multifariam in orbes conuoluitur, uaſorū complurium ſerie contextos ibid.
Ionia minoris Aſiæ prouincia eſt 40.a
Ionica diuiſio eſt ſeparatus manifeſtuſque & breuis ſermo, qui Ionica lingua explicatur ibid.
Ionica lingua una eſt de quinque Græcis linguis; quæ notißima exiſtit, atque breuior ibid.
Iudicatio & prouentus temporis eius fit per numerum dierū in continuis febribus: in intermittentibus uero per numerum circuituum 153.d
Iudicium in rebus inuenitur duplex 10.a

L

Lacrymæ inuoluntariæ ſolum in acutis morbis non erunt notæ futuræ mortis, ſed ipſæ & uultus exitialis mortem promittunt 35.b
Lacrymæ inuolutariæ in acutis quid ſignificēt ibid.
Lacrymæ inuoluntariæ in acutis oculorum uirtutis detentoriæ debilitatem ſignificant ibid.
Lacrymæ ob lippitudinem uel defluxionē de capite in oculis decumbentem, lethales non ſunt 35.c
Lactes dicuntur ob mollitiem, & earum pinguedinis candorem lacti aßimilatum 75.d
Lactes ſunt loca in lateribus ſub umbilico pubetenus, adeò delicata, ut plagā ferre nō poßint ibid.
Lapidis generatio in pueris ob quam fiat cauſam 141.a
Lapidis generatio & inflammationis in ueſica in ſenibus rarò fit, & cauſa ibid.
Lien à natura factus eſt ſecunda operatione, iecur uero prima, & cauſa 65.c
Lien cùm intumuerit, ſanguis è nare ſiniſtra eruptus iuuat, & cauſa 67.a
Lienem natura condidit diſcretionis & purgationis gratia excrementorum ibid.
Liene indurato tardius cōtingit hominē mori ibid.
Lienis indurati aquam inter cutem conciliat ibid.
Liuentia omnia infrigidantur, indeq. extinguuntur 52.b
Lumbi partes ſunt ex utraque parte thoracis inferna ſpondilium ſitæ 76.a
Lumbi quid ſunt ibid.
Lumbi quid ſint, & eorum ſocia interna & externa 138.c
Lumborum dolores quandoque ſine febre & æſtu et alia ſyndrome ægrum corripiunt, quandoque uero cum his 138.b
Lumborum dolores et partium infernarum ſi cum febre fuerint, ubi eas partes relinquentes præcordia attigerint, exitiales ſunt ibid
Lumbrici triplici diſsident ſignificatione, & quæ ſint & qualem modum & locum ſuæ generationis obtineant 94.d.& 95.a.b
Libya quid ſit 184.a

M

Maxillarum rubedo accidit pulmoniæ 14

Manuum geſticulatio qnid ſit 52.c
Manuum geſticulationes in acutis ob errantem fiunt imaginationem ſimiles illi per quam ſuffuſi errant 53.b
Maxillarũ rubeus color plures habet cauſas 130.a
Materia morbi, celeriori cõcoctione habita per opus naturæ, aut medici adminiculantis excernetur, & morbus alio quàm abſceſſu curabitur 134.a
Materia cruda nulla euacuatiõe excernẽda eſt ib.
Maiores natu dolore aurium tardius pereunt & cauſa 162.a
Medicinalis ſpeculationis materia eſt corpus humanum, & rationes 6.d
Medicinæ operatiuæ, & medicinæ ſcientiæ una eſt materia 7.a
Medicinæ ſubiectum eſſe ſanitatem renuitur 7.b
Medicus non conſiderat ſanitatem uti materiam, ſed uti ſcopum 7.b
Medicinæ finis eſt ſanitatis adeptio etſi æger moriatur 7.d.& 8.a
Medici cur quidam Methodici dicantur 10.a
Medici cur dogmatici quidam dicuntur 10.b
Medici haudquaquam muniti rationali cõtemplatione non curent legere Galeni libros 10.b
Methodici in morbis curandis ſola indicatione ab effectibus contenti ſunt 10.b
Medicus ex uſu prouidentiæ ægri liberalius parent ipſi 11.c
Medicus ex uſu prouidentiæ obuiã uadit & morbo, & accidentibus eius, ut eorum euentum prohibeat aut magnitudinem ibid.
Medicus ex uſu prouidentiæ uacat crimine accuſationis, & mortis ibid.
Medicum protrahere ſermonem in his, quæ non attinent ad artem ſuam ſuperuacaneum eſt 12.c
Medicus tenetur ægroto præſagire, quæ ſemper oblectationem, ac uoluptatem afferant 15.a
Medicus pro poſſe conetur ægro gratificari 15.a
Medicus in ſuis præſagijs haudquaquam ægrum incommodet, exaſperetque 15.a
Medicus ægro ea non pronuntiet, quibus metuat æger, aut contriſtetur ibid.
Medicus ægroto pronuntiet, quæ ad bonũ uergunt: quæ ad malum aßidentibus prædicat 15.b
Medicus morbi curationem optime molietur ſi oppugnabit accidentibus morbo contingentibus 15.c
Medicus ubi futuras affectiones cognouerit facile oppugnabit morbo & accidentibus eius 15.c
Medicus etſi futuras affectiones agnoſcat, ægros tamen omnes in ſanitatẽ nõ perducit & cauſa 16.b
Medicus ſi omnes ſanaret languores Deo adſcriberetur 16.c
Medicus futuras agnoſcendo affectiones, rectè earum curationem cum ratione molietur ibid.
Medicus crimine mortis haudquaquam accuſandus eſt, ſi morbi ſeuitas naturæ opus ac medici ſuperet 17.b
Medicus ubi morbi naturam non agnouerit nulla ratione exquiſita morbum curabit, at ubi æger pereat, medicus crimine mortis non uacabit 17.c
Medicus quid per diuinum contingens morbis intelligere habeat 18.a. & ad uſq. finẽ cõmenti.
Medici ægrotis conuenientia debent imperare, & cauſa 19.d
Medicis cõuenientia imperantibus ægri temere obedire nolentes ſi perdãtur culpa ſui perdũtur ibid.
Medicum oportet ægrorum peccata obſeruare, & cauſa 20.a
Medicamentorum purgantium potionibus oculorũ albedinis aliquid ſubinſpicitur 40.c
Medici illi fugandi ſunt, qui uaria morborum genera etſi grauia ſolo urinæ potu curare promittunt, & ratio 58.d
Medicus naturæ opera recte operantis aſſequi debet 70.a
Membro affecto exonerato illius facultas reſurgit, & optimas eius functiones aſſequi ualet 70.a
Membra quæ thoracẽ conſtituunt ſunt quibus ſpirandi uis demandata eſt 114.c
Membranæ interſepientis thoracem in duos uentres plures ſunt utilitates, & quæ, atque quales ſint 127.d
Medicamenta quæ uehemẽter mouent corpus frangunt, qualia ſunt medicamenta purgantia 134.a
Minores natu dolore aurium acuto celerius pereunt 161.d
Morborum curationi tria accõmodat Galenus 16.b
Mortis neceſſaria cauſa 16.d
Morbi longi difficilem, ac tardam in iudicatione permutationem habent & cauſa 20.d
Morbi longi prænotio, neque facilis, neque breuis, neque expedita exiſtit, & cauſa 21.b.c
Morbus acutus quid ſit 21.c
Morbi acuti qui ſunt 21.d
Morborum acutorum diſcrimen ibid.& 22.
Morbi acuti ſimpliciter intra decimum quartum diem iudicantur ibid.& 57.d.
Morbi principium duplex, cuius prima ſignificatio triplicem recipit dißidentiam 32.c
Morbi ſecunda principij ſignificatio duplici ſignificatione dißidet ibid.
Morbi principium aliquando id eſt, quod nullam habet latitudinem ibid.
Morbi principium quoddam eſt latitudinem habens 33.a
Motus anhelitus ſequitur motum pulſus 55.b
Morbus eſt affectio præter naturam actionem impediens 57.a
Morbus acutus ex conuerſione terminum habet quadrageſimum diem 57.d
Morbi, qui quadrageſimum diem excedunt diutini dicuntur 59.a
Morbi diutini non admodum iudicantur per ſudores, uel excretiones, ſed per concoctionem, aut abſceſſus ibid.
Mollia ſunt, quæ modicè renituntur 62.d
Motus contrarij impediunt exquiſitam euacuationem materiæ ſuppurationis 71.d
Morbi acuti, an in ipſis poßit fieri annotatio deprehendens cum rigore, & frigore extremas corporis partes abſque mortis periculo, & ſolutio 80.b
Morbis acutis, an extremorũ frigiditas contingere poßit

re poßit abſque uiſcerum inflammatione, & ſolutio 80.c.d

Mors ægroto expectanda eſt, ubi ipſius præter mẽbrorum grauitatem ungues, ac digiti liuidi fiant, & cauſa 83.a.b.c

Molle bifariam dicitur, tenax uidelicet, & aquoſum, & quid utrumque ſit, & ab eo dicitur deiectio mollis, & tenax 89.c.d

Morbi diuturnitate uirtus debilitatur 108.a

Morbi cruditate materiæ creſcit timor perditionis ægrotantis ibid.

Morbus lateralis maxime ex bilioſis fit humoribus 113.c

Morbus longus abſque periculo nõ eſt cẽſendus 116.c

Morbi thoracis deterrimi ſunt, ubi ſputum ſupprimatur ibid.

Mortis indicia celerius ægrum necant, quàm æqualia ſalutis eum liberent 133.a

Morbus, qui in abſceſſu finiri habet, à craſſa, & cruda materia ortum habet 134.d

Morbi qui minima temporis parte infeſtant, uti ſunt acuti morbi facilius, & certius præſentiuntur 154.c

Morbus peracutus quid ſit ibidem

Morbus peracutus facile cognoſcitur, & ſuæ indicationis futuræ prouentum quis præſentiet, & cauſa 155.a

Morbi acuti ſalubres indicia hæc habent æger facile ſpirat, ſine dolore agit, noctu dormit, & alia ſecuriſsima ſigna habet, & cauſæ ibidem, & donec finiatur 156

Morbus in quo æger periturus eſt, ſigna habet propria, & quæ ſunt, & qualia, & cauſæ 156.a.b.c

Morborum terminum nemo agnoſcet, iudicabitq́; niſi ſpacium morborum temporum principii uidelicet, augmentiq́;, ac ſtatus exquiſitè cognouerit, & ratio 157.a.b

Morbus peracutus duplex eſt 163.a.b

Morbi longi ob craſſos, lentosq́;, ac frigidos fiunt humores 170.b

Morbi diutini ſenes ad mortem comitantur 172.a

Morbi omnes diutini frigidi ſunt ibid.

Morborum numero, aut ſpecie diſsidentium, non ſunt criſium permutationes 178.a

Morbus, qui uno in loco multos inuadit hic uulgaris morbus dicitur, qui ſimul ſi hoc habeat, ut multos perimat, peſtis eſt 182.c

Muſculi corporis affecti actiones à conſilio, & uoluntate pendentes perdunt 84.c

Murmur in uẽtre inferiore, quum diſcutitur hinc, et inde leuis quidam aquæ ſtrepitus apparet, quo murmur ſoluitur 101.c

Murmur quid ſit & cum ſtercore, & urina excernitur ibid.

Murmur non ſemper ſolius ſpiritus flatuoſi indicium eſt euacuationis, ſed ex humore aliquando permiſti 101.d

Mulieribus parturientibus duplex tempus accidere poteſt 157.c

Mulieris parturientis dies computandi ſunt ſecundum ordinem dierum decretoriorum à primo die partus per quattuor ad uiginti ueluti in acutis & quo modo, & cauſæ 158.a.b

Mulier propriè dicitur, quæ uirgo non eſt 177.b.c

N

Natura quãdoque idem eſt quod temperatura 14.a

Natura morbi facultas dicitur, qua ipſe ualeat animal lædere, uel eius functiones impedire ibid.

Naturæ contrarium, omne eſt malum 24.b

Naſus compreſſus naturæ ægrotantis contrarium eſt 24.a

Naſus natura exanguis, & paucæ carnis eſt, ideo facilè contingit eius carnem abſolui 24.c

Naturæ quæcũq. cõtraria ſunt deterrima ſunt 25.c

Natura oculos conſtituit in altiſsimo corporis humani, quoniam illorum functio locum talem poſtulat ibid.

Naſus cur eius forma ſit extrinſecus longa, & præeminens, neque ei natura operculum dedit, & cauſæ 26.d

Naſus cur ſemper apertus ibid.

Natura ſemper ſollicita eſt ad tutelam rei neceſſariæ 36.c

Naturæ quicquid præter naturam eſt, moleſtum eſt: quicquid uerò ſecundum naturam eſt, iucundum eſt 41.a

Naturæ quæcumque ſimillima in acutis ſunt, ſaluberrima ſunt: quæcumque uerò diſsimilia inſaluberrima dicuntur 62.c

Natu maiores quanto plus à radice primi ſeminis recedunt, copiam natiui caloris perdunt 137.d

Natu maiores per rationem decrementi roboris facultatis regentis, & per diſtantiam à primo ſemine citius intereunt ibid.

Natu minores ob ualentiorem facultatem regẽtem natu maioribus magis ſeruantur ibid.

Natu minores in ſuppurationibus, quæ cum febribus, et doloribus conſiſtunt, magis moriuntur natu maioribus ibid.

Natu minores qui ſint, & qui natu maiores ſunt. 161.c.d

Natu minores ocyſsimè aurium dolore acuto, & uehementi pereunt 161.d

Natu maiores dolore aurium acuto tardius pereũt 162.a

Natura iudicatorie operatur, non coacta, neque irritata 175.a

Natura cum ſponte, & nequaquam irrita aliquã mouet excretionem, id agit maxime in die decretoria ibid.

Nebula quandoque ſurſum fertur, quandoq. deorſum inuehitur 106.b

Nebula cum ſurſum fertur, & in ſublime inuehatur id calido tribuatur, ubi uerò deorſum petierit, id frigus operatur, & cauſa ibid.

Nebula in urinis apparens, id calor operatur, ſi in ſurſum attollatur: ſi uerò in deorſum, frigus conficiet, & cauſa ibid.

Nominum pauca eſt habenda ſollicitudo 61.d

Nubes quo nam modo generentur 106.b

Nubes aliquando ſplendida eſt, aliquãdo uerò atra, & cauſa ibid.

Nubecula, quæ in urina inuehitur, ſi candida eſt bona eſt, & cauſa 106.d
Nubecula nigra in urina apparens, mala, & cauſa ibid
Nubeculæ in urinis in locis diuerſis apparentes diuerſa inducunt præſagia, & cauſæ 111.d. & 112.a

O

Obtutus ideſt aſpectus ſi crebro moueatur inſaniam expectabis, & ratio 64.c
Oculos natura conſtituit in altiſsimis corporis humani, quoniam illorum functio talem expoſtulat locum 25.c
Oculi admodum caui in acutis morbis malum eſt indicium, & cauſa ibid.
Oculi cur in anteriori parte ſiti ſunt 26.d.27.a
Oculi ſi in acutis lucem effugerint deterrimum indicium eſt, & cauſa 33.d
Oculi copia ſpirituum animalium egent, ut ſuas functiones ualidè operentur ibid.
Oculi ſplendidam lucem fugientes cum demortuo uultu, propinquam indicant mortem 34.a
Oculos Deus nobis utiliter donauit ibid.
Oculi optimarum rerum nobis cognitionem attulerunt, & Deorum munere dati ſunt 34.b
Oculi ſimillimi ſunt Soli ibid.
Oculorum naturam, functiones, perfectionem, dignitatem, lucem, ſpiritus, uide 34. per totam.
Oculi nolentes ſi lachryment, & morbus acutus fuerit triduanus, uel poſt, mors expectanda eſt 35.a
Oculi nolentes ſi lachryment, & alia non adſint ſigna exitialia, non eſt mors expectanda 35.b
Oculorum uirtutis detentoriæ debilitas dignoſcitur per lachrymas ibid.
Oculi ſi illachryment ob lippitudinem, aut fluxionẽ de capite decumbentem non exitioſum eſt 35.c
Oculi ſi in acutis peruertantur, exitioſum eſt, & cauſa ibid.
Oculi ubi in acutis peruertuntur conuulſionem ſignificant 35.c.d
Oculorum motus recti quattuor habentur, & quales 35.d
Oculorum motus orbiculares duo ſunt, & quales. 35.d. & 36.a
Oculorum peruerſionis cauſas, uide 36.a.b
Oculorum ſi alter altero minor exiſtit exitioſum eſt, & cauſa, & quo nam modo ueritatem obtineat 36.b
Oculorum in acutis ſi alba rubeſcant lethale, et cauſa 36.b
Oculorum conſtitutionem, & ſubſtantiam uide, & cauſam agnoſces, in acutis albamenti oculorum rubeſcentis 36.b.c.d.et 37.a.b
Oculi ubi in morbis acutis liuidas, aut nigras uenulas obtinuerint, deterrimum indicium eſt, & cauſa 37.b.c
Oculorum uenæ liuidæ, aut nigræ, natiui caloris refrigerationem indicant, & inde extinctionem, & mortem 37.c
Oculis in acutis hærens pituita exitioſum eſt, & cauſa 31.c
Oculorum pituitam intellige excrementitiã pituitam, quæ ab ortu ſuo cauſam præter naturam obtinet 37.d
Oculorum pituita qualem habeat cauſam præter naturam ibid.
Oculi in morbis acutis ſi ſublimes fuerint exitioſum eſt 38.a
Oculos ſublimes, inſtabiles dixit Galenus, atq. hinc & inde motos 38.a
Oculi inſtabiles ex ui morbi acuti lethales ſunt, & cauſæ 38.a.b.c
Oculorum præminẽtia ex acuto morbo exitioſum, & cauſa 38.d
Oculorum ingens cauitas cum uultu exitiali malum 39.a
Oculi ubi præeminentes fuerint cum uultu exitiali lethale eſt 39.a
Oculorum ſuſpectiones in acutis ſi ex ſomno apparuerint uitioſum, & lethale eſt, & cauſa 39.d. & 40. per totam.
Oculorum ſuſpectiones ſunt ſubapparentiæ alboris oculorum commiſsis palpebris 40.a
Oculi ob maiorem uicinitatem ad cerebrum magis patiuntur, quàm alia animæ ſenſitoria 64.c
Oculorum cauitas indicium eſt iam inceptæ ſuppurationis, & cauſa 130.a
Oculi caui fiunt in morbis longis præſertim in his, qui diuturnitate ad exiccationem ducunt ibid.
Odor grauis effectus eſt ſuppurationis 114.b
Oedema communiori ſignificatione omnis tumor præter naturam dicitur, & ratio 65.a
Oedema triplici ſignificatione partitur ibid.
Oedematis ſub generali eius annotatione inflammationem comprehendit 65.b
Oedema in præcordiis durum, & dolens in acutis peſsimum, & cauſa 65.d
Oedematis generatio uaria exiſtit 78.d. & 79.a.b
Onus, quod in corporis particula præſentitur accumulatam in ea materiam fore ſignificat 127.c
Os ſtomachi à ueteribus ſolitũ eſt cor appellari 175.d

P

Palpebrarum neceſsitas in homine 41.c
Partes corporis, quæ inflammationem patiuntur putredinis ratione febrem accendunt, et cauſa 127.a
Pectoris, aut pulmonis quæcunque ſuperfluitates ſunt, tuſsi expurgantur 114.d
Pedum tumores in ſuppuratis cauſam habent 130.b
Permutatio quæ fit in die non decretorio fallax eſt, & mali iudicii 166.a
Phrenitide affecti cur manus admouẽt, ut muſcas uenentur, aut feſtucas colligant 54.a
Pinguedo, & adeps quonam modo diſsident 111.b
Pleuritis ſputum ſi ſpumeum fuerit illius materia eſt pituita, ſi niger melancholia, ſi rubrum ſanguis 115.d
Pondus in parte aliqua corporis accumulationem indicat materiæ partem illam grauitantis 127.b
Prognoſticorum libri ſubiacentia 6.d
Prognoſticorum libri finis 7.c
Prognoſticorum libri ordo ad alios medicinæ Hippocratis libros 7.d
Præſagia officio, & uſui medicorum plurimum conferunt

conferunt 9.c
Proœmium quid ſit 10.a
Prognoſticationis officium, an ad medicum attineat, quæſtio 10.c
Prouidentiæ, uariæ, multæq; ſignificationes deſcribuntur 11.d. & 12.a
Prudentia, & ſapientia in una animæ uirtute ſimul coëunt 12.6
Prouidere quoniam actus eſt ſapientis, ideo ſapientia dicta eſt prouidentia, & prouidentia prudentia ibid.
Prouidentia præſenſionem ſignificat 12.c
Prouidere, uel præuidere eſt aliquid uidere ante, uel priuſquam ſit ibid.
Præſenſio, & prædictio non ideo diſsident, quoniam hæc ſit ſcientia eorum, quæ certa ſunt, altera uerò eorum ſit certium. ſ. & incertium 14.b
Præſenſio, & prædictio ideo diſsident, quoniam præſenſio eſt animæ functio, & ab ea prodit: prædictio uerò per uocem efficitur eorum, quæ à multis ſunt prius per animam præſentita ibid.
Præſenſio duplici ſignificatione deprehenditur 14.c
Præſenſio communiori ſignificatione tribus temporibus conuenit præſenti uidelicet, futuroq;, ac præterito 15.a
Præ propriori ſignificatione ſoli tempori futuro congruit ibid.
Principium morbi duplex eſt 32.c
Principij morbi primæ ſignificationis triplici diſcrimine ſignificatur ibid.
Principij morbi ſecundæ ſignificationis duplex ſignificatio, una abſque latitudine, altera cum latitudine 32.c.d. & 33.a
Præcordia antiqui ſeptum dicebant 55.b
Præcordia non à poſitura, ſed ab officio talia dicuntur 62.b
Præcordia ſi ſine dolore ſunt ſaluberrima ſunt 62.c
Præcordia ſeu hypochōdria ſi inæquali intemperie uacabunt, ſaluberrima erunt 62.c
Præcordiis ſi durū, & dolens œdema inerit in acutis æger moriturus pronūtiabitur, et cauſa 65.a
Præcordiorum muſculi ſunt eorum partes extimæ, intimæ uerò ſunt iecur, uentriculus, lien, & peritoneum 65.d
Præſagitionis ſumma in collatione uirium morbi ad ægroti uires conſiſtit 82.b
Præſagitio tali collatione cognita medicus facilè præſagire poterit ægrum hunc conualiturum, alterum moriturum, & cauſæ 82.c
Pulmonia quid ſit 49.a
Pulmonia eſt grauis inflāmatio circa pulmonē 53.d
Pulſus magnus quid ſit 55.c
Pulſus ubi in præcordiis fuerit perturbationem ſignificat, aut delirium 63.c
Pulſus uariæ ſignificationes 63.c.d. & 64.a.b
Pulſus in præcordio cum tumultu mentis emotorius eſt 63.c
Pulſus in communi eius ſignificatione pellendi actiō denotat 63.c
Pulſus qui proprius eſt carpi natural. eſt pulſus 63.d
Pulſus propriè eſt motus euidentium arteriarum, maxime ubi manus iungitur lacerto 63.d
Pus qualem obtineat generationem, & quonam modo, & qualiter, & ex qua materia, atque efficiente ortum obtineat 72.b
Pus optimum quid ſit, & quas obtinet conditiones, ut ſibi optimitatem conciliet 72.b
Pus quem ſibi colorē uendicat, ut optimū ſit ibid.
Puris modū generationis in inflāmationibus habet ſimilem generationi ſeminis in animalibus 72.c.d
Pus in inflammatione, cur album, leueq;, & minimè fœtidum procreatur, & contra 73.c.d
Putredo quid ſit 94.b
Putredo humorum igneum accendit calorem admodum naturæ ægrotantis contumacem 94.b
Pus quo nam modo generetur 102.d
Puri proportione reſpondet ſedimentum in urina genitum 103.a
Putrefactionis effectus eſt odor grauis 114.b
Putredo nedum in ſe uitium eſt, uerum & cuique rei male permiſcetur eam deteriorem reddit 114.c
Pulmo ſi in initio inflammationis laboret, excernaturque tunc ſcreatio flaua non multo ſanguine permiſta, id ſalutare eſt 119.d
Pulmonis inflammatio à bile, & ſanguine ſolum progignitur, & cauſæ 119.c.d
Putreſiunt facilè, quæ ex calido, & humido afficiuntur ibid.
Pus ſecundum naturam non erumpitur, niſi perfecta fuit ſuppuratio, & cauſa 126.c
Putredo materiæ caliditatem addit 127.a
Purulentos ubi quis non cognouerit in eorum cura errore capietur. q.n. in tabem uertentur 129.a
Purulenti quare nihil expuunt commentatione dignum 129.d
Purulenti inappetentes ſiunt, & cauſa 130.c
Purulentis in corpore puſtulæ naſcuntur, & cauſa ibid.
Purulentia duplex eſt, diuturna uidelicet, & breuis ibid.d
Pus ſi abſque labore, & ualida tuſsi expurgatur ſalubre eſt, & cauſa 132.d
Purulentæ mictiones pus urinis permiſtum fore indicant 140.a
Pus cum urina quis emiſerit ueſicam affectam eſſe oſtendit ibid.
Pus ubi ſolum emitteretur, aut urinæ commiſtum ſuperfertur ſuppurationem in ueſica eſſe ſignificat ibid.
Pus ubi exactè urinis commiſtum uidetur, aut mediocriter, tunc à renibus, aut à ſupernis partibus euenire indicabit ibid.
Pueris conuulſio accidit, ſi febris acuta fuerit, & quæ, & qualis ſiant 179.a
Pueri conuulſione humida rectius facile corripiuntur, & cauſa ibid.
Pueri nihil aliud uiuendo agnoſcunt, præter eſitandi commoditatem 179.b
Pueri maxime conuulſionibus ſunt parati, & cauſæ ibid.
Pueri neruoſas partes nondum ſatis ualidas habent ibid.

Pueri in duabus uirtutibus regentibus corpus natu rali.ſ.et uitali ualidi ſunt, in tertia uerò animali.ſ.motiua imbecilles ibid.
Pueris uigiliæ nequaquam ſunt aſſuetæ, & cauſa 179.d
Pueris ineſt ſecundum naturam copia, & multitudo ſomni, & cauſa ibid.

Q

in Quartanam febris continua non tranſibit, niſi intermiſerit 172.d
in Quartanam febris continua tranſibit magis in autumno, quàm in æſtate 73.a
Quartanarum febrium iudicationes uti in morbis longis fiunt per numerum circuituum reſpicientium numerum, & ordinem dierum decretoriorum in continuis febribus 154.a.b.c
Quartanæ circuitus quales, & qui ſunt, & quonam modo fiant ibid.
Quartanæ febres æſtiuo, & autumni tẽpore oriuntur 173.a
Quartanæ febris ex continua febre æſtatem permeante generari poteſt 172.d
Quartanæ febres potius comitãtur agentes annum trigeſimũ, aut quadrageſimũ, et ſeniores his 173.d
Quartanas febres humor melancholicus progignit 174.a

R

Raucedines fluxũ humoris ad fauces deſignat 118.c
Reſpirationi partes ſeruientes duæ ſunt, uidelicet pulmo, & thorax 55.c
Reſpirandi difficultas quantam eſſe reſpirationis læſionem cuilibet in propatulo eſt, ſicut ſentiendi, aut mouendi difficultas læſio eſt ſenſus, aut motus 57.a
Reſpirationis nocumentum fit, ubi ſeptum nocitum inuenitur 138.d
Rigores qui ſint 176.b

S

Sanguis cum refrigeratur, nigreſcit 28.c
Sanguis melior eſt cæteris humoribus, & naturæ functionis conuenientior, benigniorque ad alitionem 103.b
Sanguis uitiatus facile reduci poteſt ad benignum ibid,
Sanguis raritate ſuperficiei obtinentis inflammationem quo ad eius tenuiorem partem reſudet aut perſpiret, magnitudo prohibetur inflammationis 119.a
Sanguis ſi in initio generationis inflammationis reſudat ac reſpirat, cõmodum eſt & utile 119.b
Sanguinis miſsio per directionem clarior & citior eſt curatio; quæ uero ad contrarium tardior & obſcurior: & huius ueritatis cauſa 67.a
Sanguinem per os excerni, duobus contingit modis, & qui ſunt, & eorum cauſæ 120.a.b.c
Sanitas affectio eſt naturalis actionẽ perficiẽs 57.a
Sanitas in æquali ſtat temperantia 62.c
Screatio quæ cito & ſponte & ſine dolore fit, optima eſt: & cauſa 115.b
Screatio ſpumans mala eſt, & cauſa 117.b
Screatio ſi rubea ſanguis erit inflammationis materia ibid.
Screatio ubi rubida & flaua foret, inflammationis materia ex bile & ſanguine erit ibid.
Screatio ubi dolor ea circa pectus non tollitur, mala eſt 121.c
Screatio, ubi dolorem ſedat, bona eſt, et cauſa 121.c
Screatio ubi dolorem non ſedat, non ob hoc præſagire debes futuram ægrotantis perditionem, niſi alia conſiderabis: & quæ, & quomodo ibid.
Screatio ubi dolorem ſedat, appareatque praui coloris, non debes terreri, ſed alia conſiderare 121.c.d
Screatio bona uel mala erit indicatio uidelicet ſalubritatis uel inſalubritatis ſuppurationis, ſi ſeptimo die excerni continget ab hora inceptionis ægrotationis, & cauſa 123.c
Screationis ubi flauus color ſimpliciter affuerit, humor inflammationem progignens bilioſus exiſtit 119.c
Scythia quid ſit 184.a
Sedes calidior & mollior celerius ad perfectam ſuppurationem atque eruptionem ducit: & cauſa 125.d
Sedes frigida ſerius ad ſuppurationem perfectam ducit ibid.
Sedimentum urinæ quid, & quale ſit 102.c.d
Sedimentũ conficitur natura ſuperante cauſam agentem præter naturam à qua putredo gignitur, & quomodo 102.d
Sedimentum in urina locum tenet deorſum, & deducitur à ſido, quod eſt deorſum deſcendo 103.b
Sedimentum quia aliquid præter naturam in ſe habet, ideò nulli naturæ functioni obſeruiens cum urina emittitur 103.b
Sedimentum quid ſit 104.d
Sedimentum referens in urina ſpeciem craſsioris farinæ malum, & cauſa 105.a
Sedimentum referens ſic quid indicet, & huius declaratio 105.a.b
Sedimentum tenue & candidum uitioſum eſt, quod aquoſum ſedimentum ſolitum eſt dici 105.c
Sedimentum aquoſum crudum eſt & diuturnum ibid.
Sedimentum aquoſum atque urina aquoſa indicant materiam crudam eſſe, & morbum diuturnum & uitioſum ibid.
Sedimentum tenue eſt quod non habet corpulentiam, & eſt ſemper album, & cauſa ibid.
Sedimentum furfureum deterrimum eſt, & cauſa ibid.
Sedimentum furfureum quid ſit, et quomodo conficitur, ibid.
Sedimenti urinæ forma maximi momenti eſt in cognitione optimæ urinæ, & non optimæ 102.d
Sedimento quæ neceſſario contingunt, ut optimum dicatur 103.b.c
Semen ex ſanguine ortum habet, & quid ſit ſemen 72.d
Semen quo nam modo ex ſanguine oritur ibid.
Semen quoniam in ſe nihil præter naturam habet commiſtum, ideò ob ſui temperiem concoctionem generationi conuenientem obtinet 103.b

Seminis & ſanguinis ordo concoctionum præcedentium eorum generationem ibid, & 73.a.b
Senum facultas infirma eſt 172.a
Septum tranſuerſum antiqui præcordia appellabant 55.b
Septi motus cum neceſſarius ſit motui reſpirationis eius noxa in motu reſpirationis læſionem ducet 138.d
Septo tranſuerſo dolente noxa cerebro per partem nerueam conſentitur, & mens ægroti commouetur & delirat 132.c
Soluta continuitas quid ſit 51.c
Somnus an ſit facultatis naturalis an animalis functio 85.b.c.d
Somnus & uigilia quid ſit, et cauſa propter quam fiunt 86.d
Somnus interdiu factus ægrotanti quandoque nullam affert noxam, & propter quas cauſas 87.b.c
Somnus quies eſt uirtutis animalis, & quo nam modo 88 Vigilia uero eſt inquietudo facultatis corporis animalis 88.c
Somni & uigiliæ uariæ ſignificationes 85.a.b
Somni abundantia & multitudo ineſt pueris ſecundum naturam 179.d
in Somno uirtus animalis quieſcit, naturalis uero fortius operatur 86.d
Spiratio crebra eſt quæ breuibus fit interuallis 54.c
Spiratio rara eſt, quæ longis fit interuallis ibid
Spiratio magna quid ſit 55.c
Spiratio duplex habetur, una uidelicet ſimplex, altera uero compoſita, & quæ ſunt 56.b
Spirationis facilitas eſt naturalis ſpiratio 57.b
Spirationis priuatio nõ ſtat cum uiuo animali 54.c
Spiritus ſeu ſpiratio quid ſit ibid
Spiritus rarus paruuſque in acutis morbis natiui caloris extinctionem indicat, & cauſa 55.d
Spiritus frigidus ex ore & naſo exhalans in acutis lethale 56.a
Spiritus quid ſit, & quo nam modo à ſpiritu flatuoſo diſsidet 100.c
Spiritus flatuoſus ſi per infimam alui ſedem abſque ſonitu & crepitu exierit, in morbis acutis bonum eſt. Et cauſa, & quid ipſe ſit, & à quo progignatur 100.c.d
Spiritus flatuoſus cum urina aliquando excernitur 101.c
Spontinam euacuationem natura committendam expectabit in die iudicationis 175.b
Sudor eſt unus ex humoribus in animalis corpore prodeuntibus 58.b
Sudor eſt elaboratus uel à natura, uel à morbi cauſa 58.b
Sudor quoniam ſic elaboratus, quandoque bonus eſt, & naturalis, quandoque malus & uitioſus 58.c
Sudor & urina eundem habent modum generationis, & eandem materiam 58.c
Sudor bonus quid ſit 59.d
Sudor optimus quid ſit ibid.
Sudor malus quid ſit 60.b
Sudor ſi non fiat in acutis in die indicatorio ambiguus erit 61.c
Sudoris ſignificatio eſt ſuccorum, qui in uniuerſo abundant corpore. Vrinæ uero eorum ſunt, quæ in uaſis continentur 58.c
Sudoris ſignificatio à multis aſſumi poteſt, uidelicet ab eius quantitate & qualitate, odoreque, & ſapore: à tempore, quo fit & ab eius exitu à corpore 58.c
Sudoris bonitas tribus perficitur rebus 59.a
Sudores frigidi in morbis acutis lethales ſunt 60.d
Sudores frigidi humorum frigidiſsimam multitudinem indicant 61.a
Sudores frigidi ex toto corpore prodeuntes in acuta febre ægrum necant 61.b
Suffuſio quid ſit 53.c
Suffuſiones in oculis uiſionis errorem propinantur ob errantem imaginatiuam, promittentem aliquid extra intueri, dum tamen nihil tale extiterit 53.c
Superaſperſio aquæ frigidæ pectori tuſsim progignit 14.a
Suppuratio quid ſit, & quo nam modo fiat 70.d
Suppuratio eſt quæ extra membri ſuperficiem intumeſcit 71.c
Suppuratio ubi in mucronem uertitur & in ſublime eius generatio, ex ſucco calido & tenui exiſtit, celeriuſque in pus uertitur ibid.
Suppuratio ubi in latum ducitur eius generatio ex ſucco frigido exiſtit, ſeriuſque in pus ſubducitur ibid.
Suppuratio eget tempore ut ad perfectionem deueniat 126.c
Suppuratio gignitur ubi dolor diuturnatur 127.b
Suppuratio in parte illa fit quæ calidior exiſtit 127.c
Suppuratio in parte illa fatigabit, in qua dolor & calor, atque ponderis ſenſus ſimul coëunt ibid.
Suppurationis locus quia propinquus eſt cordi ad ipſum uapores porrigũtur, et febrẽ accẽdũt 123.a
Suppurati dicuntur qui pus habent in ſpacio inter thoracem & pulmonem 122.b
Suppurati dicuntur, qui non ſolum in thorace pus obtinent, ſed in quauis alia corporis parte ad pus alterata tubercula ibid.
Suppuratus ſi febris eum dimiſerit, eadem ruptionis die ſanus euadet 132.c
Suppuratum ubi febris dimiſerit, ob puris euacuationem appetentia concreſcet ibid.
Status morbi acuti quid ſit 48.d
Stridor dentium in acutis morbis non aſſuetus, malum. Significat autem inſaniam ac mortem, & cauſæ 49.d
Stridere dentibus quid ſit, & quo modo fiat 50.b

T

Temperaturæ calidæ qui ſunt, citius: frigidi uero tardius pubeſcunt 173.d
Temperaturæ calidæ conuerſionis terminum primum ad habitum frigidiorem annum trigeſimum quintum poſsidet, frigidæ uero temperaturæ annum trigeſimum, & cauſæ ibid.
Temperies calidior, & ætas tempuſque, loca, uires uigentes ocyſsimè ſuppurationem perficiunt, & his contraria ſerius 126.a

Tempora aſtricta malū indicium eſt, & cauſa 25.d
Temporum operationes 26.a
Thorax quid eſt 76.a
Tormina fiunt propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non habet exitum 100.D
Tremor affectus eſt neruoſorum membrorum lacertorum uidelicet & muſculorum, quo membra grauitate ſua deorſum mota ſunt. Et uiribus ſurſum mouentibus eadem ſurſum mota 38.b
Tremor inualidæ uirtutis functio eſt ibid.
Tremor ex ariditate inſanabilis eſt ibid.
Tremor labri inferioris uomitionem indicat decretoriam, & ratio 176.b
Tremoris inſtrumenta quæ ſunt 38.b
Tuberculum dicitur quodcunque extra corporis ſuperficiem extuberat 71.c
Tuberculum eſt omnis moles præter naturam abſq. inflammatione 101.b
Tuberculum abſq. inflammatione ſoluit murmur incidens circa ilia 101.a
Tuberculum ſi in eo ſpiritus flatuoſus antiquatur, inobediens erit diſcuſſui & reſolutioni 101.c
Tuberculum abſque inflammatione ex ſpiritu generatur flatuoſo ibid.
Tuſsis, pectus & pulmonem expurgat 114.d
Tuſsi expuuntur in ſuppuratis materiæ, quæ intra thoracem & pulmonem exiſtunt 132.d
Tuſsimus quæcunque ex aſpera arteria & pulmone feruntur 114.d

V

Valida facultas celerem efficit motum 170.b
Venter inferior quandoq. lædetur ob humores quos ei conſentiunt alia membra, & cauſæ 91.a.b
Venter inferior quid, & quale ſit 90.c
Venter mollis corporatuſq. indicium eſt bonum, & uentris ſalubritatem indicans, & ratio 95.b
Venter intentus durus ac repletus ſi fuerit, uentris noxam ac inſalubritatem ægroti indicat: & cauſæ 95.c.d
Ventris nomen triplicem habet ſignificationē 48.c
Ventris duplex ſignificatio 90.c
Ventrem inferiorem bene ualere quæ indicant 90.d
Verbum hoc reſidere triplicem obtinet ſignificationem 48.d
Veſica utilis eſt ad animantis uitam 139.a
Veſica ſi dura eſt, ac dolore uexatur affectio difficilis eſt ac exitialis exiſtit, & cauſa 139.b
Veſica afflicta ob inflammationem cerebro noxam conſentit per partem nerueam 139.c
Veſica dura ac dolens cum febre continua duræ excernuntur deiectiones, & cauſa 139.d
Veſicæ deterius ſymptoma eſt inflammatio 139.b
Veſicæ dolor hominem fatigans, ipſum interimere poteſt 139.c
Veſicæ duræ & dolenti ſi febris adſit acuta, æger morietur, & cauſa ibid.
Veſicæ inflammatio accidit pueris maximè agentibus decimum quartum, uel decimum quintum annum 140.d
Veſicæ inflammatio & lapidis generatio in ſenibus rariſsimè fiunt 141.a
Veſicā affectā indicat pus urinæ permiſtum 140.a
Vigeſimus dies num ſit decretorius, an uigeſimus primus 149. per totam. & 150.a.b
Vigilia pluſquam oportet corpus noſtrum extenuat & cauſa 29.c
Vigilia immodica ob quas fiat cauſas ibid.
Vigilia moderata quid ſit 29.d
Vigilia edax eſt quo modo, & qualiter, & cauſa ob quam ſic dicitur 159.b.c
Vigilia in continuis febribus necis periculum imminet, & cauſa ibid
Vigiliæ pueris nequaquam ſunt aſſuetæ 179.d
Viridis ſcreatio mala eſt, & cauſa 117.b
Viri cur ſic dicantur 177.b
Virtus ubi abeſt, contingit ut malè agat 43.a
Virtutis regentis animalis corpus extinctio eſt, ob reſolutionem natiui caloris, & ſpirituum ei ſeruientium pro uita 45.c
Virtutis retentricis membrorum imbecillitas ſinit humores ad os uentriculi fluere. Ob quod fit uentriculi paſsio, & ſyncope, uicinitate oris uentriculi ad cor 61.b
Vita diu ſtare non poteſt cum natiuo humido conſumpto, & cauſa 28.d
Vlcus quid ſit 51.c
Vlcus ſi liuidum & ſiccum fuerit, ægroto futuram necem promittit ibid.
Vlcus colorem euariat pro diuerſitate humorum dominantium in corpore 52.a
Vlceris color præter naturam oſtendit dominium humoris uitiantis ulcus: indicatque qualem humorem ab ulcere euacuare debes ibid.
Vlceris color liuidus maiorem indicat læſionem, pallidus minorem 52.b
Vnguium manuum curuitas, cauſam habet 124.a
Vomitio duplex dicitur, ſyncera, & non ſyncera, & quæ ſint 113.a
Vomitio ſi bile ac pituita permiſta eſt, non eſt ægro tanti mala, & cauſa 113.c
Vomitio ſic permiſta, ſi multitudine ægrum inuehitur, inutilis eſt ægro, & cauſa ibid.
Vomitio permiſta, ſi craſſa eſt, mala eſt, & cauſa 113.c
Vomitio liuida aut nigra, porraceaque deterrima eſt & cauſa 113.d
Vomitio in febribus per conuenientia tempora effecta, uigente uirtute donec conſiſtat morbus, ægrotanti utilis eſt, & cauſa. Vbi uero contra, ei contumax eſt 114.a
Vomitio liuida & graue olens repente ægrum perimit, & cauſa 114.b
Vomitio aggregans in ſe colorem liuidum, & odorem grauem, mortem ocyſsimam ægro promittit 114.b
Vomitio quidam modus euacuationis eſt 174.d
Vomitio ſpontina quid ſit, atque indicatoria 175.a
Vomitionis porraceæ color, at ubi locum tenet ſuæ generationis, & quo nam modo, & à quibus generatur 113.d
Vomitiones inter ſe diſsident, quædam enim ſunt placidæ, quædam implacidæ, & quid utraque ſit

ſit 113.d
Vomitus ad diuerſa conſueuit dici, motus naturalis, & motus præter naturam 112.d. & 113.a
Vomitus qui in principio ſit acceßionis, febris ardorem minuit 176.a
Vomitus bilioſi rigores ſequuntur, ipſique tertianas ſoluunt febres 176.b
Vomitus ſpontinus ac decretorius in febribus continuis, & morbis acutißimis, qui non ſine febre continua ſunt, exiſtunt magis 177.c
Vrina hominis imbecillis eſt facultatis, exceptis porcis domeſticis, quibus execti ſunt teſtes, & cauſa 58.d
Vrina in acutis febribus magnam habet præſagij uim 102.a
Vrina optima quid ſit in acutis, & ſimillima eſt naturali urinæ 102.b
Vrina quæcunque naturali dißimillima eſt, mala eſt, & ſimpliciter incocta ibid.
Vrina qualis ſit optima, & ſecundum naturam ad amußim circumſcribi non poteſt, ſed ab altero de optima urina addiſcere quis poterit, aut à ſe ipſo experientia percipere 102.c
Vrina quædam eſt optima, quædam peßima, quædam intermedia, & quid & qualis ſit unaquæque earum ibid.
Vrina quæ nullo morbi tempore ſedimentum colligit, morbi longitudinem indicat forti habita uirtute 103.c
Vrina quæ nullo ſedimine in temporibus morbi annotatur, debili exiſtente uirtute mortem ægro futuram promittit 103.d
Vrina rubri coloris ſalutaris eſt, & cauſa 104.a.b
Vrina rubram nubeculam quarta die obtinens in ſeptima iudicationem indicat 104.b
Vrina rubra etſi ſalutaris ſit, prolixiorem tamen indicat morbum, & cauſa ibid.
Vrina rubra & ſubrubra quo modo dißident, & quæ harum ſalubrior eſt, & quæ longiorem aut breuiorem morbum indicat 104.c
Vrina quædã cruenta dicitur, quam Galenus prærubram appellat, tantum indicans ſupra renes affectos 104.c.d
Vrina aquoſa cruda eſt & diuturna 105.c
Vrina aquoſa & ſedimentum aquoſum indicant materiam crudam eſſe, & morbum diuturnum, & uitioſum fore ibid.
Vrina modice crocea, quæ ſubruffa dicitur, quo nã modo conficitur ibid.
Vrina ruffa quid ſit, & quo modo conficitur 107.b
Vrina ſubruffa optimam indicat concoctionem, & cauſa ibid.
Vrina ruffa inconcoctionem indicat, et quo modo, aut concoctionem, quæ non eſt in effectu, ſed quæ iam facta eſt ibid.
Vrina tenuis omnes corporis uenas indicat, & ſe ipſam non eſſe ſecundum naturã, & cauſa ibid.
Vrina tenuis humores crudos eſſe in uaſis corporis indicat ibid.
Vrina facile indicare poteſt morbum fore diuturnum 107.c
Vrina alba et perſpicua morbũ indicat longũ 107.a
Vrina alba & perſpicua dicitur aquoſa 108.b
Vrina tenuis & aquoſa quoniam in ſe nihil habet quod ſidat aut pendeat, ualde lethalis eſt, & cauſa ibid.
Vrina fœtida admodum lethalis eſt, et cauſa 108.c
Vrina nigra lethalis eſt, & cauſa ibid.
Vrina craſſa exitialis ualde eſt, & quomodo ueritatem habet 109.a.b.c.d
Vrina tenuis ſenſim in proceſſu craßior facta ſalubris eſt, & cauſa 109.a.b
Vrina nigra per ſui rationem praua eſt, abſque etiã aliis adiunctis prauis ſignis 109.c
Vrina nigra aut aquoſa in omni ætate praua eſt, & cauſa 109.d
Vrina nigra in mulieribus & uiris, & aquoſa in pueris deterrima eſt, & cauſa 110.b
Vrina tenuis et cruda boni coloris, ſalubris eſt ibid.
Vrina tenuis & cruda, atque boni coloris, & morbus ſit diuturnus indicabit criſim permutationis ad abſceſſum in infernis præcordiorum ſedibus, & cauſa 110.c
Vrina talis cum prauo colore aliisq; indiciis malis ægrotantis mortem indicat 110.d
Vrina ſi talis fuerit, & morbus ſit acutus, & alia indicia inſalubria ſint mitiora, ægrotanti ſalutẽ promittit per criſim futuram ad abſceſſum poſt aures, & cauſa ibid.
Vrina in qua tela ſupernatat, mala, et cauſa 111.b.c
Vrina liuida et graue olens peßima, et cauſa 114.b
Vrina purulenta quid ſit 140.a
Vrina ſi ſedimentum purulentum candidumq; & leue obtineat, ueſicæ expurgationem à pure ſignificat ibid.
Vrina in purulentis quæ nullo modo puri commiſta eſt, neque ueſica molleſcat, dura exiſtens, & febris continua fuerit, primis circuitibus ſic permanens, exitialis eſt 140.c
Vrinæ ſignificatio ſumptæ à ſapore deceptoribus medicis relinquitur 58.d
Vrinæ ſedimentum eundem generationis modum obtinet, qualem pus in ulcere inflammationis 63.d
Vrinæ & in eis contenta ſunt opera & excrementa à facultate naturali prodeuntia 102.b
Vrinæ ſunt excremẽta deiectionibus proxima ibid.
Vrinæ in tota morbi acuti conſiſtentia aliquando non ſubſidunt, interdum uerò ſubſidunt, & ſi ſedimentum candidum leneque, & æquale fuerit, morbi prolixitatem indicat, & non abſque periculo 103.d
Vrinæ color naturalis eſt modice croceus, & cauſa 107.a
Vrinæ quæ non reſident, ubi uires affuerint, longum fore morbum indicant, & cauſa 107.c
Vrinæ color & ſi niger fuerit, aliquando nihil periculi imminet 108.d & 109.a
Vrinæ tenues quatenus tenues tempus requirunt cõcoctionis 110.c
Vrinæ crudæ in his nullum concoctionis indicium apparet ibid.
Vrinis pus permiſtum fore purulentæ mißiones

oſtendunt 140.a
Vtile eſt & bonum, quod ſecundum naturam eſt, quod uero præter naturam eſt malum & incommodum 57.b
Vtile & curioſum eſt in morbis exitialibus nedum prædicere ægrum periturum, uerum & diem, quo periturus eſt 124.a
Vultus in acutis exitialis, in quo morbi tempore apparere conuenit 29.b
Vultus fit ſimilis exitiali fame immoderata 30.b
Vultus exitialis cum ingenti oculorum cauitate mortem propinquam promittit 39.a
Vultus exitialis ubi ſibi aſſociet oculorum proeminentiam breui ægrum periturum indicat ibid.
Vultus in acutis, ſi colorem euariet aut figuram, aut ſubſtantiam, adeò ut nullam firmam manſionem obtineat, lethale eſt, & cauſa 39.c
Vultum exitialem procreat mœſtitia, & alia quæcunque mœſtitia facile gignunt, ut amor, ſolicitudo, & inuidia 30.b

F I N I S.

SANTENVS COTTIDERVS CARrarienſis, *in doctiſſimum D. Benedictum Victorium Fauentium præceptorem.*

Cous ſigna ſenex promit præſaga futuri
Temporis, & medico fingit ineſſe Deum.
Vt bene felici genio uir noſcere poſsit
Tale Machaoniæ candidus artis opus:
Ingenio præſtans ſalebras Victorius omni
Excuſsit: laudis præmia redde lubens.

Idem in Eundem.

Erranti facilis uia, certum noſcere callem
Eſt opus, in præceps ne uagus inde ruas.
Nil eſt difficile ignaro, cuncta ſubire
Audet, ad abſtruſos nec timet ire locos.
Aequoreos nunquam tentes ſine remige fluctus,
Explores aditus: obruet unda gradum.
Mira Fauentinus magni præſagia Coi
Nunc aperit: lector laudet utroſque pius.